This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600030082J

162 . . e 76


SA,
IQUE
US
RIGIO,
EKELII FIL.

SYLLEPSILOGIA
HISTORICO-MEDICA
HOC EST
CONCEPTIONIS MULIEBRIS
CONSIDERATIO
PHYSICO-MEDICO-FORENSIS
QUA
EJUSDEM LOCUS, ORGANA,
MATERIA, MODUS IN ATRETIS SEU IMPERFORATIS,
ITEM SIGNA ET IMPEDIMENTA,
DEINDE
DIDYMOTOKIA SEU GEMELLATIO
SUPERFOETATIO ET EMBRYOTOKIA
ET DENIQUE
VARIA DE GRAVIDITATE VERA, FALSA,
OCCULTA ET DIUTURNA
NEC NON
DE GRAVIDARUM PRIVILEGIIS ANIMIQUE
PATHEMATIS ET IMPRESSIONE
RARIS ET CURIOSIS OBSERVATIONIBUS
TRADUNTUR
A
D. MARTINO SCHURIGIO,
PHYSICO DRESDENSI.

DRESDÆ & LIPSIÆ,
SUMTIBUS B. CHRISTOPH. HEKELII FIL.
M DCC XXXI.

BIBLIOTHECA
MEDICO-CHIRURGICA
HERMANNS

PRÆFATIUNCULA.

SIcuti in generis humani propagatione conceptionem ordinarie coitus antecedit, ita non immerito in Gynæcologia noſtra continuata, ſive in edendis noſtris, ad muliebria pertinentibus, collectaneis poſt mulierum congreſſum ad Syllepſilogiam, ſive abſtruſiſſimum conceptionis myſterium progredimur; in cujus ſectione prima variæ veterum ac modernorum opiniones de mulierum ſemine fœtusve materia, imprimis in teſticulorum ſeu ovariorum ovulis latitante, item de conceptionis modo ac loco, an nimirum intra vel extra uterum, an in tubis Fallopianis, vel in abdominis cavitate fiat, proponuntur. Deinde de conceptionis ætate ac voluptate, hujusque per flagra ſtimulatione, de atretarum item ſive feminarum imperforatarum ſine penis feminisque virilis in uteri vaginam immiſſione & absque læſione virginitatis, conceptionis poſſibilitate, porro de marium & femellarum generatione, de conceptionis impedimento, ſterilitate atque divortio diſſeritur.

Secunda Syllepſeos ſectio Didymotokiam, ſeu gemellationem proponens, de gemellorum ortu & cauſis, de gemellationis modo, gemellorum, trimellorum quadrimellorum, & plurium uno partu editorum fœtum exemplis eorumque tunicis ſeu involucris atque placentis, monſtroſo eorundem coalitu horumque baptismate & anima, item de geminorum ſimilitudine & jure primogenituræ agit.

Gemellationem in tertia ſectione inſequitur ſuperfœtatio, circa quam imprimis quæſtio ab autoribus moveri ſolet, an ſuperfœtatio a gemellatione differat, & an revera detur? poſtque varias autorum reſponſionis gratia adductas ſententias ſuperfœtationis denominatio, deſcriptio, modus & partus tempus, item tam in hominibus quam in brutis obſervata exempla cum quæſtionibus medico-forenſibus adducuntur.

Siſtit porro ſectio quarta Embryotokiam, ſeu fœtum alio fœtu minimo prægnantem eumque parientem, variisque exemplis ejusmodi partum a quamplurimis autoribus pro impoſsibili judicatum, tam in hominibus, quam brutis, v. g. in vitula, mula, canicula, gliribus, muribus, cancris item & bombycibus, nec non ex regno vegetabili & minerali repertis confirmat.

Denique ſectio quinta novem capitibus conſtans deque feminarum graviditate tractans primo ingravidationis ſignorum, pro veris habitorum, incertitudinem monſtrat; deinde de quæſtione, an certa fœtuum, gravidarum utero adhuc incluſorum, dentur ſexus ſigna? item de ingravidatione falſa, occulta & diuturna; porro de gravidarum, ratione juramentorum, incarcerationis, torturæ, pœnarum & ſepulturæ, privilegiis, & denique de illarum ſymptomatibus animique pathematis, ſeu potenti in fœtus impreſsione & variis inde exortis nævis maternis atque monſtroſis fœtibus prolixe agens tractatum concludit.

GYNÆCO-

GYNÆCOLOGIÆ CONTINUATÆ

SECTIO I.

De Conceptione.

CAPUT I.

De Conceptionis modo.

§. 1.

PRogredimur a coitu ad abſtruſiſſimum conceptionis opus, quod juxta Theod. Craan. *Tract. de Homin. cap. 139. p. 696.* eſt omnium explicatu difficillimum. ita ut ſummus noſter artifex videatur hocce myſterium ſibi ſoli reſervaſſe, nec Deus voluerit, ut homo ſuperbus reſpiceret ad illa tenuiſſima ejus operis principia. Quid itaque mirum, quod circa conceptionem fœtusque formationem Phyſico-Medici adeo differentes foviſſe legantur ſententias, dum quidam, imprimis priſtini Philoſophi conceptionem totamque fœtus materiam a ſolo mare ejusque ſemine, in uteri cavitatem injecto, alii ab utriusque, viri ſcilicet & feminæ, feminis commiſcela, & alii, imprimis recentiores, a ſola muliere ejusque vero ſemine, in ovarii ovulo latitante, derivant; quanquam modernorum nonnulli etiam, differenter tamen, vermicularem conceptionem defendant, de qua, tam affirmative, quam negative, in Spermatolog. noſtr. *cap. IV.* §. *4 5. 6. a p. 159. ad p. 170.* prolixe egimus.

De Conceptione

diſſentiens Autores.

§. 2.

Fœtus materiam a ſolo virili ſemine quidam petunt.

Prima veterum opinio (quod ſcilicet a ſolo & univerſo ſemine virili fœtus formetur, a femina vero ſolummodo locus formationis, ſeu domicilium, & pro nutrimento ſanguis menſtruus, ad partum usque, concedatur,) feminis equidem pariter ſemen concedit, quod tamen nil niſi acris quædam & ſubflava ſeroſitas ſit, quæ ad fœtus formationem nihil conferre poſſit, cum ſecundum ipſos nullus alius ſit ejus uſus, niſi ut effluxu ſuo delectationem mulieri afferat, cum econtra ſemen virile ſedulo examinatum ex omnibus partibus, quæ ad humani corporis conformationem ſunt neceſſariæ, compoſitum ſit.

§. 3.

Alii ab utriusque feminis miſcela.

Hac vero ſententia, totam conceptionis & generationis prærogativam viro tribuente, non contenti alii Autores eandem viro & feminæ ſimul adſcripſerunt, dum feminis pariter certum ſemen, virili non admodum diſſimile, attribuunt, atque ab utriusque maris & feminæ ſeminis commixtione conceptionem fœtusque formationem dependere ſtatuunt; cum non ſolum mas, ſed etiam femina ſuam ſuppeditet portionem, ita nimirum, ut totum ſemen virile in coitu ab utero avidiſſime abſorbeatur, inque ejusdem, poſt coitum fœcundum occluſi, cavitate cum muliebri ſemine conjunctum, certis temporis intervallis, poſt varias immutationes in fœtum perfectum convertatur. Generationem potius ſecundum mentem veterum ex miſcela utriusque ſexus ſeminis, quam, ut plerique hodie opinantur, ex ovo fieri evincere conatur Gallicus quidam Chirurgus de la Motte *in diſſert. 1718. Pariſiis edita:* v. Laur. Heiſter. *Or. de Increm. Anat. p. 87.*

§. 4.

Seminum excretio fiat ſimul.

Ad hanc ſeminis fœcundam commiſcelam requirebant etiam dicti Autores, ut ambo conjugum ſemina uno eodemque momento excernerentur, ſicque in embryonem, poſtea menſtruo ſanguine nutriendum, unirentur; quem ſeminum concurſum olim omnes fere, nonnulli etiam ex recentioribus, defen-

fendunt, ita tamen, ut semen muliebre in testibus elaboratum, non adeo spissum, uti virile, statuant. Talem seminum concursum ad conceptionem præsupponit Johannes Riolanus, parens, *Art. bene medend. pag. m. 177. b.* aliquando, inquiens, frustratur conceptio, quia semina non concurrunt, forte, quod vir citius, quam femina ejaculetur, fortasis etiam, quod uterque calidior, frigidior, humidior. Ideo etiam fieri videmus, ut mulier, quæ ex primo marito nullos potuit suscipere liberos, si forte ad secundas nuptias convolet, numerosa prole domum impleat, quia seminum major concordia; imo vero per ætatem temperamentum uteri immutatur. Ex recentioribus inquit Dn. du Verney, si semen muliebre citius in uterum perveniat, quam masculinum, contingit ab illius calore, in hoc agente, id adeo alterari, ut partes maxime subtiles in auras abeant, hinc non solum minori copia superesse, sed præterea ineptum evadere usui, cui dicatum erat. Eadem ratione si semen maris in uterum longe antequam muliebre admittatur, in idem discrimen res recidit, vid. Nicol. Blegn. *Zodiac. Med. Gallic. An. II. mens. Mart. Obs. 3. p. 72.* plura vid. Andr. Laurent. *Histor. anat. Lib. VIII. cap. 4. fol. 298. seq.*

§. 5.

Quid veteres per semine semen intelligant?

Quid autem per semen muliebre intellexerint veteres videamus, nimirum, cum nonnunquam in coitu, vel etiam extra eundem, a titillatione clitoridis, vel sola quoque phantasia, certum humorem, virili semini non adeo dissimilem, per genitalia muliebria prodire observarent, illum in feminarum testibus vasisque seminalibus generari, coitusque tempore exinde, pro fœtus formatione, ad uterum descendere, ibidemque cum semine virili mixtum, ut modo dictum, denique in perfectum fœtum abire credebant, unde etiam Johannes Riolanus, filius, *Anthropograph. Lib. II. cap. 35. fol. 181.* ad quæstionem: an mulier semen habeat proprium, prolificum, necessarium ad procreationem? Ita respondet: id demonstratur ex vasis seminalibus,

quæ materiam ſeminalem præparant, & ex ejaculantibus, quæ ſemen elidunt. Præterea ad hoc opus habet teſtes, appetitum venereum, ſive titillationem ad venerem; imo delectationem majorem, in emiſſione ſeminis, intra cavitatem uteri & collum: quin etiam extra orificium uteri in ſalacibus, quæ peperere laxamque habent vaginam, impetuoſe erumpit ſaliendo. Nonnullæ mulieres admodum libidinoſæ, ad conſpectum & colloquium viri formoſi vel amati, ſemen ſuum effundunt cum ejaculatione: Itaque certum eſt, abſque ſemine muliebri in congreſſu mutuo viri & mulieris nullam fieri conceptionem. Andreas Laurentius *Hiſtor. anat. Lib. VII. cap. 9. & 10. fol. 278.* inquit: Teſtes conſtruxit natura ad ſeminis elaborationem, emittunt enim prolificum ſemen feminæ, ut & mares. Ibidem etiam deſcribit, quomodo ſemen hoc per vaſa deferentia ad uterum veniat, item quomodo gravidæ omni die coire ſemenque effundere poſſint. De ſeminis muliebris in teſticulis elaboratione, contra Caſparum Hofmannum agit Thomas Whartonus *Adenograph. cap. 33 p. 203. ſeqq. usque ad p. 212.* ubi allegatum caput ita claudit: Ex dictis conſtat, teſtes muliebres conſtructos eſſe non tantum ad ſemen proprium conficiendum, ſed ad recipiendam ſufficientem portionem ſeminis virilis; quod cum ſuo ſemine permixtum, placido lentoque motu per vaſa ſua ejaculatoria deponant in uteri parietes, ut ex eo formetur fœtus. Nicolaus Venette *de la Generat. Part. III. cap. 4. Art. 3. p. 390. ſeq.* eorum ſententiam refutans, qui feminis nullum ſemen concedunt, ſed potius ſanguinem menſtruum pro fœtus materia agnoſcunt, ita ſcribit: La ſemence des femmes eſt bien differente de leurs regles, l'une eſt blanche & les autres ſont rouges. Celle-là ſort en petite quantité, & ne ſ'ecoule point ordinairement ſans quelque plaiſir, & celles-cy s'epanchent le plus ſouvent en abondance. Après tout la forte imagination peut ſouvent contribuer à l'ecoulement de la ſemence; Et ſi les femmes n'ont pas de ſemence propre à engendrer, comment les enfans reſſemblent-ils ſi par-

parfaitement à leur mere dans les qualités du corps, dans les paſſions de l'ame, & dans les maladies, aux-quelles ils ſont ſujets ? Et que dira-t-on du melange de differentes bêtes, comme d'un cheval & d'une aneſſe, qui font un mulet, ſi la femme par la ſemence ne contribuë rien à la generation ? L'on m'avouera, que la nature ne fait rien envain, & qu'il ne faloit pas un ſi grand appareil de vaiſſeaux ſpermatiques, de teſticules, de cornes, &c. ſi toutes ces parties n'eſtoient faites, que pour humecter la matrice. Elles ont aſſurement un autre office, que celuy, que les Peripateticiens leur donnent, elles ſervent à faire dela ſemence pour formes les hommes. Et quoique la ſemence des femmes ne ſoit pas ſi cuite, que celle des hommes, elle ne laiſſe pas pourtant d'eſtre de la ſemence. &c. Et *Art. 6. p. 418.* de Conceptione ita pergit: La femme n'a pas pluſtoſt receu la matiere de l'homme par une amoureuſe alliance, qu'elle la preſſe de toutes parts pour la faire paſſer promptement dans l'un ou dans l'autre de ſes vaiſſeaux ejaculatoires, afinque s'y mêlant avec la ſienne, elle y cauſe la conception. Ita etiam Johannes Baptiſta de Lamzweerde *Hiſtor. Molar. cap. 7. p. 71. ſeq.* ſcribit: Ipſa partium genitalium muliebrium efformatio feminarum demonſtrat ſemen muliebre dari; Et *p. 72.* dicit, ſemen muliebre ſequi temperamentum corporis, unde deſumptum eſt, adeoque minus obtinere caloris & valoris, quam virile, & eſſe multo tenuius & aquoſius, propter majorem particularum figuræ oblongioris copiam, attamen æque ac ſemen maſculinum omnium partium corporis feminini rudimenta & virtutem ſeminalem complectitur. Item *p. 73.* pergit idem: Differt præcipue femininum ſemen a maſculino, quod perfectiora partium genitalium muliebrium & mammarum rudimenta in ſe complectatur, &c. Feminas verum habere ſemen, maſculino ſemini prorſus ſimile, ſtatuit etiam Guylielmus Lamy. vid. Ido Wolff. *Obſ. Chir. med. Lib. I. Obſ. 46 p. 146.*

§. 6.

Non eſt verum ſemen,

Cum vero dictus liquor, a feminis quandoque in coitu & alia occaſione profuſus, atque a variis Autoribus pro vero ſemine muliebri habitus, minime in teſtibus muliebribus generetur, neque exinde profluat, ſed potius ex certis vaginæ uterinæ glandulis, proſtatis dictis, ſecernatur, atque vel in coitu, vel ab alia titillatione per certos meatus ſeu lacunas, ad dictæ vaginæ cavitatem deferatur, nunquam autem ad ipſum uterum regrediatur, ſicque ad fœtus formationem nihil omnino conferat, propterea etiam dicto proſtatarum liquori minime muliebris ſeminis nomen impertiri debet, uti in Muliebr. *Sect. II. cap. 4. p. 158.* de hoc liquore pluribus monſtravimus. Deinde etiam ibidem de hoc & vero feminarum ſemine, quod in ovarii ovulis continetur, aliquot Autores adduximus; quibus adhuc alii annecti poſſunt, ſi quidem Johanni van Horne *Microcoſm.* §. *67. p. 273.* videntur feminæ per duplicem meatum excernere humorem ſeminalem in uterum, quorum unus a teſtibus, alter a tubis derivatur. Imo etiam intra vaginam effluit guttatim, ſi premas internam membranam. De hoc liquore & vero ſemine muliebri ita ſcribit Franciſcus Zypæus *Fundament. Medicin. Part. II. cap. 3. Art. 4. §. 41. ſeq. p. 80. ſeq.* Mulieres ſemen habent prolificum, ſi per illud ova intelligas, quorum ipſarum pleni ſunt teſticuli, & quæ ab aura ſeminali virili fœcundata & expanſa, ex alveolis ſuis ſeu calicibus, quibus magna parte continentur, erumpunt, ut in tubas Fallopianas, exinde in cavitatem uteri deſcendant. Humor, quem mulieres emittunt in congreſſu, non eſt verum ſemen, quia ille foras circa clitoridem & vulvæ orificium ejicitur, raro in vulvam, nunquam in uterum. Patet hoc idem in gravidis, quibus uteri oſculum arctiſſime ſemper claditur & flaveſcente mucagine præmunitur. Nec poteſt dici ad fundum reſumi, quia natura ſic luderetur opera. Deinde multæ feminæ concipiunt, humorem tamen illum, ut fatentur, non emiſerunt; ſeminis præterea raro habet conſiſtentiam, neque ſpirituoſus eſt, quia meretri-

Sed liquor proſtatarum.

ces

ces ſæpius in die ſe polluentes illius excretione non debilitantur; neque ſeminis elaborationem habet, cum in illius organis non generetur, ſed in nudis glandulis. Hæc & alia ex Franciſco Zypæo deſumpta etiam verbis Gallicis leguntur dans la Medecine dogmat. mechanique de Louis Bellefontaine *Vol. I. Exercit. 7. p. 37.* Et Michael Ettmüllerus *Oper. Med. Tom. I. Inſtit. Phyſiol. cap. 22. fol. m. 161.* inquit: Putatum quidem hactenus fuit, feminarum teſtes, vaſa præparantia, ſimilemque apparatum circa genitales partes, nulli alii uſui deſtinatum eſſe, quam generationi ſeminis ſui generis, quod in miſtione cum ſemine virili in utero ſemen fœcundum faceret, quod quidem aquoſius ſit, quam virorum, cum ex defectu epididymidum ultimam perfectionem non accipiat, eſſe tamen perfectum in ſuo genere. Verum hæc falſiſſima ſunt, ſicut & de hujus ſeminis in uterum excretione, per quas vias id contingat, & an neceſſario cum ſemine virili in coitu fœcundo ſit permiſcendum, ipſis veteribus ſemper obſcura fuit controverſia. Ad Johannem Jacobum Harderum ita ſcribit Johannes Conradus Peyerus: Mulieres in congreſſu ſemen emittere, virorum inſtar, vetus eſt traditio, qua te non credam præoccupatum. Nos operam damus ſapientiæ & veritati, ad quam firmo ratiocinio cautaque experientia paratur introitus. Decipi, qui amant, facillime poſſunt, humore turgentibus venis connubium ſollicitatis ac incenſis libidine femellis e vulva profuſo, qui nihil aliud eſt, quam pituita uteri colliquata, & ſerum e glandulis vaginalibus excretum. Semen enim ſi eſſet, inutiliter ita profunderetur. Vidi aliquando rejectas ab equa turgente mucaginis illius plures uncias, quod ſuppeditare nequiviſſet vel uterque teſticulus. vid. Pæan. & Pythagor. *Exercit. anat. Exercit. 9. p. 97.* Inquit etiam Guernerus Rolfincius *de Generat. Part. II. cap. 8. p. 138.* nihil ſeminale ſpirituoſum, virtuoſum in coitu emittere feminas, argumento eſt, quod hoc agentes non excipiat magna virium debilitas. Secundum Regner. de Graaf *de Mulier. Organ. cap. 13. p. 523. ſeq.* liquor ille, in veneris certamine aut libidino- *Plagium.*

bidinoſis cogitationibus tanto impetu erumpere ſolitus, quem multi ſemen eſſe credunt, erumpit primario ex lacunis in vaginæ & meatus urinarii orificiis collocatis; ſecundario vero ex meatibus in uteri collo copioſe exiſtentibus, cui procul dubio aliquid etiam conferunt pori in vagina ac uteri parte interna exiſtentes. Non itaque liquor ille, a teſtibus aut tubis provenit, quia teſtes ne quarta ex parte tantum liquoris in ſe continent, quantum uno quaſi ſaltu e pudendis erumpere ſolet. Non prodit etiam ex tubis Fallopianis, quia nec illæ tantam liquoris quantitatem continent, &c. vid. etiam Joh. Bohn. *Circul. anat. Progymn. 1. pag. 5.* Guilielmus Harvæus *de Generat. Animal. Exercit 34. p. m. 182.* maxime miratur, eos, qui emiſſionem hujus liquoris ad generationem neceſſariam putant, non animadvertiſſe, humorem illum foras ejici, & circa clitoridem vulvæque orificium utplurimum profundi; raro intra vulvam, nunquam vero intra uterum, ut cum maris ſpermate miſceatur; eſſeque conſiſtentia ſeroſum ſive ichoroſum, ad modum urinæ, non autem genituræ inſtar, lentum atque unctuoſum; ut tactu facile innoteſcit. Quorſum autem foras ejiciatur, cujus uſus neceſſario intus requiritur? debuitne humor ille, ceu utero valedicturus, ad limen vulvæ amandari, ut majore cum gratia ab utero retraheretur denuo? Et *Exercit. 65. p. 421.* inquit idem Harvæus: Licet ſalaciores quædam mulieres humorem aliquem in coitu emittant; eum tamen fœcundum ſemen eſſe, aut ad conceptum neceſſario requiri, non arbitror: plurimæ enim ſine ejusmodi effuſione & nonnullæ quoque citra voluptatem aliquam concipiunt. v. Joh. Frid. Ortlob. *Hiſtor. Part. diſſ. 35. p. 274.* Andreæ Ottomaro Gœlickio ob temperamenti naturæque individualis diverſitatem vix poſſibile eſſe videtur, ut a maſculo æque ac femella in coitu ſimul eodemque tempore ſemen excernatur in noſtris præcipue ſeptentrionalibus regionibus, in quibus ad venerem paulo languidiores ſunt femellæ. v. *Exercitat. Francofurt. Tom. I. Sect. I. p. 12.* v. etiam Georg. Fr. Rallius *de Generat. Animal. Sect. II. p. 88. ſeqq.*

§. 7.

§. 7.

Cadit proinde ex adductis opinio de hoc ſemine feminino, deque conceptione & fœtus formatione ex utriusque ſeminis, virilis ſcilicet atque muliebris, commiſcela, ad usque tempora Harvæi defenſa, qui Autor etiam firmo ſatis argumento eandem inſuper infringit, quod ſcilicet nihil in utero de ſemine reperit unquam, licet copioſiſſimas, eo fine, poſt coitum ſecuerit, vid. Chriſtian. Joh. Lang. *Phyſiolog. Theſ. 38. Oper. Tom. I. fol. 230.* Vel juxta verba Theodori Craanen *diſſert. de Homin. cap. 62. p. 708.* Harvæus Anglus aliquot diebus poſt coitum damarum & cervorum nihil reperiit ſeminis virilis, nec feminæ intra ipſum uterum; exinde ruit veterum opinio exiſtimantium, utriusque ſexus ſemen debere commiſceri inter ſe, intra arvum genitale, priùsquam conceptio fiat: experimentum hocce Harvæi docet, illa plane eſſe chimerica, cum nihil ſeminis reperierit intra uterum. Ipſius autem Harvæi verba *Exercit. 67. p. 434.* ſic ſonant: Uteri (ſcilicet cornuum) cavitas & interior ſuperficies haud aliter, quam inferior ventriculorum cerebri concameratio, aut caro glandis intra præputium, tacta molliſſima & læviſſima apparet. In illa vero nec ſperma maris, nec aliud quippiam ad conceptum ſpectans (licet accuratam per Septembris & Octobris menſes totos diſſectionem inſtituerim) invenire unquam potui. Mares tamen interea quotidie coitum celebrabant, egoque femellas quamplurimas diſſecabam. Eſtque hoc ipſum mihi multorum annorum experientia compertum. Cum proinde, periculo ſæpius facto, nihil aliud intra uteri cavitatem occurreret, cœpi primum dubitare, num maris ſemen ullo pacto (injectione ſcilicet, aut attractione) conceptionis locum poſſet ingredi? tandemque iterata ſæpius inſpectio ſententiam hanc mihi ratam fecit, nihil prorſus ſeminis ad ea loca pertingere. vid. etiam Act. Erud. Lipſienſ. *An. 1715. menſ. Martio p. 123.* ubi refert Joh. Ad. Genſelius, Harvæum in diſſectionibus cervarum & damarum, tum ante finitum earundem coeundi terminum, tum etiam poſtea in-

Conceptio per ſeminum commiſcelam falſa.

ſtitutis in uteri cavitate, nunquam ſeminis aut ſanguinis veſtigium reperiiſſe. Hoc experimento Harvæano permoti recentiorum plerique ſeminis equidem virilis cum humore dicto feminarum ſeminali, ſeu proſtatarum, mixtionem in quibusdam concedunt; veterum vero mixtionem ſeminis utriusque, per quam hominis formationem fieri ſtatuebant, penitus negant, unde, non fieri ſeminum mixtionem, nec ex ipſorum coagulo efformari fœtum, ſcribit Georgius Wolffgangus Wedelius *Phyſiolog. Sect. III. cap. 28. p. 199.* Utramque ſententiam ſcilicet de conceptione ex commiſcela ſeminum &Harvæi ex ovulo conciliare olim nitebatur Autor quidam ſub ficto Jani Orchami nomine, de quo vid. Georg. Fr. Rauius *de Generat. Animal. Sect. II. §. 1. p. 59. ſeq.*

§. 8.

Fœtus materia a ſola ſemina ex ove.

Hanc proinde veterum opinionem recentiores Phyſiologi pariter explodentes fœtus materiam feminæ in ſolidum adſcribunt, eamque extra uterum, & quidem in certa teſticulorum muliebrium, ſive juxta modernorum denominationem, ovariorum, veſicula ſeu ovulo quærunt: In dictis autem ovulis verum ſemen muliebre, ſive liquorem quendam certa ſtamina continentem tanquam materiam primam ad fœtum ejusque vaſa & membranas idoneum atque ſufficientem, imo omnes quoque embryonis partes jamjam latitare, in Muliebr. docuimus: quod inſuper confirmat Johannes Gothofridus Bergerus *Phyſiolog. Lib. II. cap. 5. p. 456.* conſtat jam, inquiens, & pluribus accuratioribus obſervationibus confectum eſt, verum ſemen muliebre extra uterum veſiculis quibusdam, vel ovulis, contineri intra teſtes mu-

Conceptio ex vermiculis.

lierum. Quam ſententiam quoque plurimi paulo poſt allegandi confirmant autores, quibus nihilominus alii conceptionem a certis vermiculis deducentes contradicunt. Cum vero de hoc conceptionis & generationis vermicularis modo in Spermatologia noſtra egerimus, & quidem vermiculos defendentium opiniones *cap. 4. §. 4. p. 159.* eosdem autem rejicientium rationes *§. 5. ſeqq. p. 164.* adducendo, prolixitatis vitandæ gratia benevolum lectorem illuc

illuc remittere libet. De qua ſententia inſuper vid. Dan. Hoffmann. *Annotat. in Gofey de Generat. fœtus p. 60. ſeq.*

§. 9.

Quamvis etiam, uti modo dictum, plerique modernorum Medicorum hominis generationem ex ovo defendant, non deſunt tamen, pariter ex recentibus, huic opinioni variis ex cauſis contradicentes, e. g. quia teſtes muliebres pro ovariis minime agnoſcunt; item quia neſciunt, unde tam copioſum, uti nonnunquam in coitu vel a titillatione venerea effluit, humorem deducerent, niſi a teſticulis, quippe in quibus ille liquor, ab ipſis pro ſemine muliebri habitus, neceſſario elaborari deberet, quo dubio in principio etiam laboraſſe videtur Caſparus Bartholinus *de ovar. mulier. p. m. 18.* inquiens: Quamvis ego clariſſime ova in teſticulis mulierum viderim & demonſtraverim Hafniæ, Lugduni Batavorum, Pariſiis, Florentiæ, Romæ alibique, nihilominus remanſit mihi eadem cum aliis difficultas, quam novo invento de ovariis prætendit Diemerbrochius, qui ova in ovario mulierum admittere non auſus eſt, neſcius, unde tam copioſum, qui in coitu profluit, humorem deduceret, niſi a teſtibus, qui ſemen ſuum profunderent. Nimirum ductus quidam cœci, qui ſubſtantiam urethræ perreptant, a Graafio deſcribuntur, quos non ſufficientes huic mulieri arbitratus ſum. Guſtavo Caſimiro Gahrliep novum illud ovarii muliebris inventum, an commentum? (ut inquit) adhuc difficultatibus laborare videtur ac tricis, haud ita prompte extricandis. *vid. M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 57.* quo loco ita pergit: Nec illa in ovis illis præſuppoſitis, ſi non ſuppoſititiis, rudimenta totius fœtus fidem adhuc in mente mea invenerunt: ſpecioſi quidem ſunt ingenii valde prompti partus, at nondum, ut mihi videtur, ſatis etiamnum maturi, ut plene adoleſcant. Inter plurima argumenta, quibus ad hoc aſſerendum movetur dictus Autor, non poſtremum eſt, prolis in utero, ut nutriendi & augendi, ſic efformandi officium matri debere, & quidem præcipue vi imaginaria mentis, phantaſiæ nimirum ma-

Generatio ex ovo a recentioribus rejicitur.

ternæ; in fœtu pro lubitu agentis, qua etiam in perfecto fere jam fœtu diverſas operatur quaſi metamorphoſes, addit, detrahit, auget, minuit, figuram, colorem, aliaque accidentia mutat, mutilat, adſtruit, deſtruit, imo annihilat membra, omni procul dubio ante jam efformata & perfecta. Et Michael Bernhardus Valentini *in Epiſtola ad Joh. VVidium* teſtes muliebres famoſum nuper, nunc tamen in dubium rurſus tractum recentiorum ovarium nominat. *vid. ejusdem Polychreſt. exot. Diſſert. 9. p. 207. & M. N. C. Dec. II. An. 2. App. p. 461.* Inquit etiam Johannes Baptiſta Lamzweerde *Hiſtor. natur. Molar. Uter. cap. 13. p. 125.* ex variis rationibus concludit, ſemen nullibi, niſi in utero, commodam reperire matricem, uterumque eſſe ſolum & unicum ſeminis humani receptaculum, a Deo in naturæ libro præſcriptum, in quo ſi ſemen effundatur, prolificum & perfectum, fœtus, ſi imperfectum, mola generabitur, nam corporalis utriusque ſeminis ſubſtantiæ complicatio requiritur ad conceptionem, quidquid Harvæana experimenta contrarium ſuadere videantur. Item *p. 124. ſeq.* inquit idem Autor, hiſtoria fœtus Muſipontani extra uterum in abdomine inventi ibidemque putrefacti, non concludit, quod fœtus ille ſit extra uterum conceptus, quidquid Deuſingius & alii nugentur de poſſibilitate conceptionis extra matricem, ac ſi ſpiritus ſeminis maſculini relicta corpulentia non ſolum tubas Fallopianas, ſed & uteri poros in muliebre ovarium ibidemque cum ſpiritu ſpermatis fœminini conjunctus teſtiumque membranis excuſſus non modo in cavitate abdominis fœtus humani architecturam aggredi, ſed etiam inteſtinorum ventriculique poros penetrare, & intra illorum viſcerum ambitum idem artificium efficere valeat. Et *cap. 18. p. 168.* ſcribit Lamzweerde: Conceptio eſt utriusque ſeminis complicatio, ſi hoc ſanum, verus, ſi morboſum, falſus oritur conceptus.

§. 10.

du Verney ſententia. Prolixe etiam contra generationem ex ovo diſputat, & perquam validis, uti inquit, rationum argumentis & demonſtrationi-

tionibus palam facere, erroneam esse conceptionis per ova doctrinam, conatur Chirurgus Parisiensis, du Verney, in Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gallic. An. II. Mart. obs. 1. p. 57. seqq.* Rationes autem ipsius sunt, quod ovariorum patroni, qui testiculos muliebres illorumque globulos aut vesiculas falso pro ovariis & ovulis venditant, feminisque universam materiam ad generationem adscribunt, male statuant, discrimen, quod inter testes utriusque sexus intercedit, conceptam de illis opinionem fulcire, cum tamen cum antiquorum sententia multo minus congruat, ex quorum mente conceptio nihil aliud sit, quam exacta commistio seminum masculini ac feminini in uteri capacitate, & in diversis animalibus partes iisdem usibus dicatæ non semper eandem conformationem obtineant, uti ex volucrium testiculis, insectorum cordibus, animalium renibus atque pulmonibus probat. Deinde negat dictus Autor, quod globuli & vesiculæ, ab adversariis ovariorum nomine donati, a testiculis secedant ac divellantur, ut inde integra ad tubas uterinas deferantur: Si enim propositio hæc vera foret, non solum necesse esset, tubas immediate annecti testiculis, sed præterea illis inesse amplitudinem, proportione respondentem magnitudini ovorum, quo commeatum illis concederent facilem; saltem in mulieribus pubertate donatis, vel conceptionis tempore. Quamvis enim in avibus oviductus primo pene insensibilis eo demum tempore, quo incubare gestiunt, eam amplitudinem acquirat, quæ ovis, illum commeantibus, transitum concedere valeat; id ipsum tamen in feminis animalium terrestrium non observari, neque pubertatem, neque conceptionis tempus, vi experimentorum a se hactenus institutorum, ullam tubarum constitutioni immutationem inferre, tanquam certissimum præsupponit; quod tamen consequi necesse foret, si revera per illarum cavitatem ova deferrentur; quæ, cum multo majora sint, quam ut per illarum angustam cavitatem permeare valeant, procul dubio ab illis dilatandæ essent, non secus ac ovum gallinæ canalem, per quem illi transitus est,

ampliorem reddit, etſi duritiem ſub exitus tantum finem conſequatur, hoc eſt, poſtquam ductum illum pene integrum trajecerit. Porro hallucinari, inquit du Verney, ovariorum patronos aſſerentes, phantaſtica illa ova idealiter continere partes omnes fœtus, id enim ſi foret, nihil aliud in illis ovis requireretur, quam ut irrigui a ſuccis utero inhærentibus fœcunditatem acquirerent, (uti in ſeminibus plantarum obſervatur) ſicque inutile eſſet adjungere feminis maſculini vim, ut excludantur. Item ſpiritus per tubas aut vaſa ſanguifera ad teſticulos usque, in quibus ovariorum defenſores conceptionem fieri credunt, deferri ideo du Verney impugnat, quia tubæ pollicis ad minimum diſtantia a teſticulis diſtent ac latum ligamentum has amplectens multo amplius, quam requiritur ad exacte eas cooperiendas, neceſſe ſit, ſperma virile diſſipari, antequam eo pertingere queat. &c. His tamen objectionibus reſpondet Lietandus *ibid. Menſ. Jun. p. 158.*

§. 11.

Joſephi Mariæ Viduſſi.

Ex recentioribus etiam Italus quidam, nomine Joſephus Maria Viduſſi negat, recentiorum obſervationes circa generationem hominis ſufficere ad demonſtrandam hujus generationem ex ovo, hominemque ex mixto parentis utriusque ſemine oriri fuſe contendit. Sequi enim alias, dicit, liberos non eſſe de ſubſtantia patris, cum hic tantum, ut cauſa efficiens, non ut materialis concurreret. Sicque nec dari morborum hæreditariorum rationem poſſe. Dein in codice ſacro ſemen audit principium conceptionis, quæ locutio locum apud recentiores non habet, qui fœtum in ovo, ad minimum initiative ante conceptionem delineatum tradant, atque ita improprie dicant: Filius eſt de vel ex patre, perinde ac ſtatua eſt ex artifice. Quinimo conceptio nequidem in utero fieret, ſi ad Nigriſolii mentem eadem jam peracta eſſet, antequam ovulum deſcendat ad uterum. Qui vero ita ſtabit allocutio angeli ad B. Mariam: concipies in utero? Quapropter dictus Autor ſemen mulieribus adſtruit, quoniam ſcili-

ſcilicet emitterent ſemen in coitu, tuncque venerem ſentirent, pollutionibus etiam nocturnis laborarent. Præparando huic ſemini teſtes & vaſa certa deſtinat, ovula ergo incerti adhuc uſus, forte & præter naturam eſſe concludit. Verbo animalia vivipara ex commixtione ſeminis, ovipara ex ovis, inſecta mediante generatione ſpontanea produci aſſerit. *vid. Act. Erud. Lipſ. An. 1718. menſ. April. pag. 187. ſeq.* Varias difficultates contra conceptionem in ovulo adducit etiam Nicolaus Venette *de la Generat. de l'homme p. m. 432. ſeqq.* Sententiam eorum, qui generationem ex ovo fieri ſtatuunt, in diſſertatione Gallica Anonymus quidam impugnat, vid. Laurent. Heiſter. *Orat. de increm. anatom. p. m. 48.* Titulus dictæ diſſertationis eſt: Diſſertation anatomique ſur la generation de l'homme, dans la quelle on combatte le ſyſteme des Ovariſtes, *n. Paris.* Autori Belgico S. J. ſive Samueli Janſoni *de Generat. Homin. cap. 2. edit. German. p. m. 6.* Generatio per commiſcelam ſeminum, virilis ac muliebris, præ conceptione ovali ideo veritati magis conſona videtur, quod, ſi poſt actum venereum genitales partes mulierum permaneant ſiccæ, tunc viri ſemen in uterum pro fœtus formatione receptum & per conſequens femina impræġnata ſit; econtra vero, ſi dictæ partes pudendæ poſt coitum deprehendantur humidæ, certum ſit ſignum, viri ſemen non fuiſſe receptum. Mulierem enim impræġnari nequaquam compertum eſt, ſi ſemen viri in ea non remanſerit. Contra geneſin oviformem, inquit Johannes Ludovicus Hannemannus *M. N. C. Dec. II. An. 2. obſ. 55. p. 92.* de qua tot extant ſcripta, & quædam ego ante annos octo circa eam materiam meditatus ſum, urgeo hæc dubia: (1) an quolibet coitu ex ovario muliebri ovum aliquod eliciatur, quod ſi tunc coitus ſæpius una reiteretur nocte, ubi tunc maneant illa ova? & qui fiat, quod ſolum ex uno educatur proles, & non æque ex aliis vel omnibus? (2) quid dicendum de iis feminis, quæ 10. 11. 12. imo 16. 17. & 20. annos in conjugio vivunt, & licet millies virum expertæ ſint, tamen nullum edunt fœtum, niſi poſt tot elapſos annos?

Vel

Vel ova non habuerunt in ovario, vel ſucceſſu temporis in ovario naſcuntur illa ova: (3) quædam feminæ, poſtquam ſemel vel bis pepererunt, aut etiam ſæpius, tunc parere deſinunt 10. 11. 12. 13. 14. 16. annos, iis elapſis, rurſus parere incipiunt. Quæ hujus cauſæ? vel (1) ova deficiunt, vel (2) nondum elaborata ſunt; vel (3) tot annorum ſpatio de novo elaborantur. Tamdiu enim ova ſine partu vel conceptione in ovario eſſe non poſſunt, quin corrumpantur: Hæc & alia ſi expendam dubia, oviformis generatio, cui antea tantum tribui, mihi multis nominibus ſuſpecta & inter non-entia referenda eſt. Viviparorum generationem ex ovo in dubium vocare allaboravit etiam Sparaglia, item Bonanni & Triumfetti, quibus tamen reſpondet Franciſcus Maria Nigriſoli: Act. Erudit. *An. 1714. Novembr. p. 522. ſeqq.* Plura ejusmodi argumenta a Chriſtiano Johanne Langio *Phyſiolog. theſ. 3. fol. 230.* adducuntur, ſimul tamen foliis ſequentibus, eadem refutantur. vid. etiam Carl Drelinc. *de conception. adverſ. Cl. 4. p. 49. ſeq.* item Dan. Hoffmann. *Annotat. ad Hypoth. Goveyan. p. 58. ſeq.*

§. 12.

Conceptio extra uterum quomodo fiat?

His tamen & aliis rationibus nondum contenti plerique recentiorum Autorum conceptionem & generationem, validioribus argumentis, extra uterum, nimirum ex ovulis in ovariis muliebribus & quidem hoc modo fieri defendunt: quod, licet maritus cum uxore congrediens ſemen ſuum in uteri vaginam ſeu arvum muliebre injiciat, raro tamen illud materialiter ad uteri cavitatem perveniat, ſed ut plurimum paulo poſt coitum ex matrice iterum profluat; ſpiritus nihilominus genitalis, quo in coitu imprimis fœcundo, virile ſperma turget, ſive ſecundum Andr. Ottomar. Gœlicke *Medicin. Forenſ. Specim. I. p. 10.* portio ſeminis maſculini halituoſo-orgaſtica per tubas Fallopianas, aut alias vias, ad teſticulos muliebres, ſeu potius ovaria penetret; ibidemque ovulum unum aut plura peculiari actuet motu, ut hoc modo imprægnatio ſeu conceptio non in utero, ſed in ovario fiat, in eoque prima fœtus ſtamina formentur, vel potius jamjam formata ovulis-

ovulisque ab initio incluſa ad motum & incrementum excitentur; Quod ovulum fœcundatum poſt aliquot, a coitu fœcundo, dies, a tubæ Fallopianæ, quæ ab œſtro venereo ſucceſſive ovario appropinquat, fimbriis exceptum ſeu apprehenſum pedetentim per eandem ad cavitatem uteri detrudatur; & poſtmodum huic mediante placenta uterina annectatur, inque ſuis membranis ad certum partus tempus commoretur; quibus demum in partu disruptis fœtus hactenus iisdem incluſus in lucem prodeat. Unde apparet, materiam fœtui ſolam matrem; formam vero & principium motus patrem ſuggerere. Hanc de conceptione ovali ſententiam plurimi quoque recentiorum autorum defendunt, quamvis variis adhuc modis inter ſe differant; quorum verba, cum non modo conceptionis opus melius exponant, ſed etiam modo adductis objectionibus reſpondeant, hoc loco inſerere liceat.

§. 13.

Antequam autem diſſentientium autorum verba allegemus, præmonendum erit, nonnullos, conceptionem in ovulo defendentes, ejusdem fœcundationem ſtatim in teſticulo ſeu ovario, alios in tuba Fallopiana, alios demum in ipſo utero fieri, ſtatuere. Ratione ſeminis virilis, ovulum fœcundantis, alii genituram viri materialiter illud attingere judicant, alii tantummodo ſpiritualiter, ſive per vim plaſticam & irradiativam, in ſemine virili latentem. Viæ, quibus vel ſemen virile, vel aura genitalis, ad ovulum fœcundandum ex utero ad ovarium aſcendat, aliis ſunt tubæ Fallopianæ earumque cavitas, (quam alii negant,) aliis porosa uteri ſubſtantia, aliis ſanguinis circulatio. Porro diſſentiunt etiam autores, an ovulum fœcundatum ex ovario integrum per dictas tubas ad uterum deſcendat, an vero in teſticulo vel tuba disrumpatur, ipſeque ovuli liquor, ſive verum ſemen muliebre hoc modo ad uteri cavitatem deferatur, vel etiam in abdominis cavitatem effluat &c. Uti ex ipſorum verbis benevolus lector elicere poterit. *Autorum diſſenſus.*

§. 14.

Autorum verba. Inchoari conceptionem ſeu generationem non in utero, ſed in teſticulis muliebribus, ſive ovariis, ſemenque virile in coitu profuſum in ovula ibidem contenta potentiam ſuam exerere, ob ſequentes rationes probabile videtur Johanni Bohnio *Bohnii.* *Circul. anat. phyſiolog. Progymn. I. p. 11.* cum primo non tantum per Harvæi, ſed aliorum quoque inſpectiones frequentiores conſtet, ſtatim a fœcundo coitu nihil conceptus vel ovuli intra uterum reperiri; ſecundo prima & ſenſibilior ab eodem mutatio circa teſticulum obſervetur; tertio ova pennatorum intra ovarium actuentur; ac quarto ovula motore opus habeant, quo ex profundioribus & ſtrictioribus teſticulorum lacunis protrudantur, veroſimile fit, intra hos formationis negotium inchoari, i. e. conceptionem contingere. Quartum hoc nihilominus argumentum, quia facile impugnari poſſet per illa, quæ ab uno alterove ſupponuntur, quaſi ovula muliebria maturiora vinculis, ſtrictioribus hactenus, laxatis, partim a tunica teſticulorum fibroſo-carnea, partim a laciniis tubarum muſculoſis, elidantur atque exprimantur, & quidem antequam feminis maſculini contactum experta fuerunt. Hypotheſi huic vel ideo abſolute ſubſcribere ſe nequire, pergit Bohnius, quod tubarum extrema fimbriata exturbationi huic inſufficientia, fibroſitatum vero teſticuli ſtricturam & impulſum illarum turgeſcentiæ ac complexui haud ſemper ſynchronicam, hinc ovulorum plurium, ad abdominis cavum elabentium, perditionem vereatur, ne repetat notabilem illam alterationem, quam a coitu teſticulo contingere avtopſia evincit. Conceptum & primam Embryonis delineationem ita deſcribit Chriſtianus Johannes *Langii.* Langius *Phyſiolog. Theſ. 38. Oper. Tom. I. f. 226.* dum virile ſemen per patens in coitu uteri oſtium, ipſius cavo injicitur, fertur pars ejus ſpirituoſa in inſtanti per tubas Fallopianas ad ovaria muliebria. Inibi impingens in ovulum unum vel alterum ſtatim ejus ingreditur interiora, hocque momento incipit perficere opus, quod ex benedictione divina juſſa eſt: Nimirum ovulum ſpatio aliquot dierum

dierum ad uterum perFallopianam tubam devolutum ita disponit, utex minima intus concluſa cicatricula, quæ totius hominis rudimenta ſub ſtupenda exiguitate in ſe continet, ſucceſſive partes omnes emergant, & tandem perfecti, ſexu aut virili aut fœmineo ornati infantes in apricum veniant. vid. etiam *ejusd. Tom. III. diſp. 41. fol. 542. ſeq.*

§. 15.

Quomodo ovula imprægnentur, juxta Georg. Philipp. Nenter. *Phyſiolog. med. cap. 11. membr. 1. p. m. 329.* nondum adeo liquet. Plerique affirmant conceptionem fieri in ipſo ovario, & ovulum fœcundatum poſtmodum deſcendere per tubas Fallopianas ad uterum. Pro hacce ſententia pugnat imprimis avtopſia anatomica, qua conſtat, ovula imprægnata in ipſis tubis deprehenſa fuiſſe? Dantur tamen nihilominus alii, qui exiſtimant, in coitu fœcundo ovulum ferri ad uterum, & in ejus cavitate imprægnari, ad probandam ſuam ſententiam dicunt, ova interdum matura absque ullo prægreſſo coitu, in ſalacibus, ob nefandam genitalium frictionem, ad uterum devolvi: quod an veritati conſonum ſit, me neſcire, lubens fateor. Dum ergo incoitu ob continuam attritionem membri virilis in vagina, ſemen magno impetu per vaginam in uterum injicitur, ſubtilior ejus & maxime ſpirituoſa portio ovulum inſtar fulguris penetrat, ac primum principium agens ipſi communicat: craſſior vero ſeminis pars annotante Harvæo in brutis, ex utero iterum effluit. Bernardus Connor *Evangel. med. Art. 10. p. m. 62.* Semen virile vulgo dictum fermentum tantum viri ſeminale vocat, quia non in ipſo, ſed in femina tantum ſemen ſeu germen continetur; Et *pag. 64.* ita de generatione loquitur: Poſt elapſos quosdam ætatis annos vir & femina ab aucto nativo calore & humorum fermentatione venereo quodam æſtro perciti ad oſcula & mutuos amplexus libidinem ſatiaturi ruunt. Hoc in congreſſu vir, non ſine voluptate, in uteri muliebris cavitatem ſeminale illud fermentum ſeu ſuccum illum fermentaceum

Sententia Nenteri.

Connor.

emittit, qui in teſtibus elaboratur. Hic ſuccus partim cum circumeunte ſanguine, partim recta via per tubas Fallopianas ad ſeminaria fertur, & ſemina in illis, tanquam in totidem diverſis nidulis latentia, auræ inſtar prolificæ ſubit & penetrat, & prout unum vel alterum ex ſeminibus erit naturum, nempe prout debitam diſpoſitionem ſeu magnitudinem acquiſiverit, fermenti inſtar illud rarefaciet, inteſtinum inquam & expanſivum motum cum limpido & lymphatico ſeminis latice, in quo delineata fluctuant corporis ſtamina, inibit, eundem attenuabit, ſtamina ipſa expandet & diſtendet, porulos eorundem aperiet, ſicque attenuatus ambiens liquor dilatatos ſtaminum porulos ſubibit, ipſos ampliabit & largius nutriet, donec creſcente indies ſeminis mole, membraneum domicilium tandem præ magnitudine disrumpet, & per annexas tubas in uteri cavitatem ſemen delabetur; ibique uteri parietibus media placenta leviter alligatum, ab appellente matris ſanguine per umbilici vaſa ſine ulla reſpiratione alimentum conſtanter recipiet. Scribit etiam Michael Alberti *introduct in univerſ. medic. cap. II.* §. *78. p. 37* ovulum tale imprægnatur in ovario, ex quo ad uterum transfertur, quicquid enim de oculis in utero inter recentiores diſſeritur, non ſufficienter rationi conſonat. Et *Syſtem. Jurisprud. Medic. Cap. IV.* §. *9 p 84.* inquit: Conceptio eſt principii formantis ſive generantis combinatio cum ovulo materno, poſtquam ipſe formationis actus inchoat & continuat. Juxta Georg. Wolffg. Wedel. *Phyſiolog Sect. III. cap.* 28. *p.* 200. inſpiratur ſeminale virus & contagium veſiculis & ovario, ita ut in coitu fœcundo illud ad teſtes muliebres, ceu verum & genuinum ovarium deferatur pro irrorandis & fœcundandis ovis ſeu veſiculis.

§. 16.

Elsholtii. Johannes Sigismundus Elsholtius *M. N. C. Dec. I. An. 6. & 7. Obſ. 196. p. 287. ſeq.* hominis conceptionem ex ovario ſequentibus verbis ad mentem recentiorum deſcribit: In coitu prolifico ſemen virile irrigat non tantum uteri fundum, ſed & pars ipſius ſpirituoſa ſive au-

aura ſeminalis per vas deferens, ſive ductum brevem ad ovarium usque penetrat, adeoque, ovum cæteris maturius aut magis diſpoſitum ac poroſum virtute ſua (ut loquuntur Autores) fermentativa fœcundat. Intumeſcit inde per modum velut inflammationis ovum, rubeſcit & diſtenditur tuba, ſuamque proboſcidem ad ovarium digitis quaſi arctius amplectendo contorquet; quemadmodum illam tubarum rubeſcentiam, diſtenſionem ac contorſionem in recens gravida Amſtelodami Ruyſchius Anno 1673. publice oſtendit. Labentibus hinc tribus aut quatuor diebus ovum illud adeo creſcit, ut ovarium ſuum ad excluſionem ſtimulet: & quamvis in non gravidis ex ovario in tubas nullum foramen manifeſto compareat, in recens gravida tamen idem Ruyſchius obſervavit aperturam, quæ piſum majus admittebat: quinimo vidit illum ovarii locum, in quo ovulum olim ſederat, poſt excluſionem denſa ſpongioſitate villisque rubicundis obſeſſum, perinde ut in uteris recentium puerperarum conſpici etiam aſſolet: Porro vero, ubi ovum a proboſcide tubæ exceptum eſt, facilior omnino & innocuus delapſus in uteri cavitatem utplurimum datur. Eodem loco etiam dictus autor ad aliquot obiectiones contra conceptionem ex ovario ita reſpondet. 1) Cum nihil a ſeipſo moveri conſtet, quidnam illud ſit, quod ovum ex ovario in uterum propellit? Atqui facilis eſt reſponſio, ovum ſcilicet ſemel fœcundatum non moveri a ſe ipſo, ſed excludi ab ovario ſtimulato, ſicut idem in gallinis accidit, dum ova grandeſcunt. 2) Obj. quod metus ſit, ne ovum per tubæ anguſtias penetrans rumpatur. Aſt tubæ etiam in non gravidis tam ſint perviæ ſemper, ut flatum & aquam per canaliculum admittant; in gravidis vero multo magis diſtenduntur. Etiamſi etiam interdum fortaſſis ovum aliquod frangi contingat, nihil inde damni, niſi quod conceptionis hac vice ſpes pereat. &c. Syſtema de generatione hominis ex ovo ſtatuminat etiam Daniel Taury. vid. Hiſtor. Acad. Reg. Scient. *An.* 1699 *p.* 44.

§. 17.

Nuck. Item animal ex ovo generari, experimento probat Antonius Nuckius *Adenograph. Cur. Cap. 7. p. m. 63. ſeq.* inquiens: Occaſione ovulorum incidit, in iisdem latitare fœtus primordia: quam opinionem eousque defendimus, donec quispiam aliis ratiociniis & experimentis certioribus contrarium demonſtraverit. Experimentum interim, nuper inſtitutum, egregie hic pro eo militare videtur. Cani feminæ, tertio poſt congreſſum inſtitutum die, extraxi per vulnus abdomini inflictum, ſiniſtri lateris cornu (cujus ovarium jam duobus ovulis majusculis notabiliter conſpicuum) inter vaginam & ovarium, medio loco, ligatura arctiori conſtrictum, repoſui, vulnusque intra octiduum ad cicatricem perduxi. Vigeſimo primo poſt ligaturam iniectam die canem, cultro anatomico examinandam, inſpicio, &, quod ante hariolatus eram, etiam plene perſpexi. Siniſtri cornu pars (inter ligaturam & ovarium) duplici fœtu erat obſeſſum; altera vero portio (ligaturam inter & vaginam) plane vacua nobis viſa: quod manifeſtiſſime probat ovula ulterius, quam ad ligaturam, propelli non potuiſſe, & in ipſis ovulis, aura ſeminali fœcundatis fœtus quærendos eſſe, non vero in ſemine virili. Oppoſiti lateris cornu itidem inſpecto, tribus fœtibus (ſed regulariter diſpoſitis) diſtentum reperi.

§. 18.

Peyeri. Inquit etiam Johannes Conradus Peyerus *Merycolog. ſive de Ruminant. Lib. I. cap. 5. p. 48. ſeq.* Doctrinam de generatione animalium ex ovo gnaviter demonſtrarunt peritiſſimi viri complures, quibus ego calculum iterum iterumque adjeci, ratus glorioſum eſſe eorum caſtra ſequi, qui experientiam ſibi ducem præpoſuerunt, verumtamen præjudiciorum tenebræ & experimentorum neglectus multos impedit, ne perſpicuitatem attingant, experientia tamen nos docuit femellarum teſticulos ad generationem animalium tantum contribuere utilitatis, ut plane fons ſint & promtuarum fœtuum omnium: nam partibus iſtis caſtratione ademptis

aut

aut casu vel morbo destructis, animalia sterilescunt, nec amplius concipiunt, quia simul abolentur ova, in quibus conceptuum ideæ speciatim delitescunt.

CAPUT II.

De seminis virilis ad ovarium viis.

§. 1.

Viæ seminis ad ovarium.

QUa ratione autem & per quas vias ovulum in ovario contentum per semen fœcundetur, dissentiunt autores, dum nonnulli ipsam seminis substantiam, sive semen crassum, alii vero ipsius tantummodo spiritum sive auram sic dictam genitalem, quam alii *vim* plasticam, contagium & virus seminale vocant, ad ovuli imprægnationem concurrere, atque vel per tubas Fallopianas, vel per vasa sanguinea, mediante circulatione vel per uteri porositatem, ad ovaria deferri statuunt.

§. 2.

Semen per tubas ad ovaria ferri.

Ipsum semen ex utero ad tubas ascendere, defendit Regnerus de Graaf *de Mulier. Organ. cap. 14. Op. pag. 343. seq.* Tubæ, inquiens, ita efformatæ sunt, vt masculinum semen in mulieribus, vaccis, ovibus, ac aliis (dummodo ad uteri cavitatem pertingat) admittere possint: illudque revera admittere, ipsa experientia confirmare videtur: Luculenter enim cum Harvæo ostendunt plures anatomici, in uteri cavitate post coitum, licet prolificum, per aliquot dies nihil deprehendi. Cum vero mulieres in coitu seminalem materiam evidenter excipiant; neque eandem, quando fœcundæ fiunt, denuo rejiciant (uti vulgaris opinio est) necesse est, eam alicubi secedere: in uteri autem fundo nulli meatus sive receptacula sunt, quæ materiam adeo crassam, ut semen, recipere possint, præterquam tubarum foramina in uteri fundo hiantia: judicabunt itaque, virile semen has tubas subire; illudque liberius, cum Fallopius testetur, se, aliis fide dignis spectatoribus præsentibus, in meatibus illis sæpius exquisitissimum semen reperisse: simile quid cum

ab

ab aliis quoque obſeruatum ſit; petent, unde illud alias proueniret, quandoquidem a teſtibus non procedat, nec in tubis generetur. Semen craſſum ex utero per tubas Fallopianas ad ovarium protrudi ſtatuit etiam Dionis *des Accouchem. lib. 1. cap. 10. p. 86.* inquiens: La verge de l' homme ayant été introduite dans le vagina & ayant ejaculé la ſemence contre l' orifice interne dela matrice, cette ſemence en eſt reçûë & portée dans le fond dela matrice, d' ou elle eſt pouſſée par le conduits des trompes aux ovaires, où frappant l' œuf, le premier diſpoſe à être en maturité, elle le rend fecond, & l' oblige de ſe detarcher de l' ovaire & de tomber dans le méme canal dela trompe, qui le conduit dans le font dela matrice & dont par la ſuite il en ſort un enfant. Inquit etiam Caſparus Bartholinus *de Ovar. Mulier. p. 31.* certum eſt, ſemen viri non manere in oviductu, ſed ſive totum, ſiue præcipua ſui parte, intra ſanguinem penetrare, juxta Peyeri epiſtolam, a Johanne de Muralto *Clav. Medic. Exercit 9. p. 412.* communicatam tubæ tam in homine, quam brutis, ſemen virile ab utero ad ovarium ſive teſticulum transmittunt, indeque vicisſim, velut remunerationis loco ovum fœcundatum ex ovario in uterum remittunt. Sic etiam Chriſtianus Johannes Langius *Oper. Tom. III. Diſp. 38. fol. 509.* mas ſemen in teſticulis e ſanguinis flore ſecretum inque veſiculis ſeminalibus ad tempus usque coitus aſſervatum, una cum liquore proſtatarum, utero inſpergit muliebri, dum nerveo ſuo bipalio arvum illud fodit; in quo momento mira jucunditate perfunditur femina venereo œſtro jam flagrans; ipſius namque verenda loca turgida tum, ac vere inflata, arcte amplectendo tantorum gaudiorum autorem reciproca ſatisque amœna titillatione afficiunt non ſolum, ſed ſemen quoque emiſſum avide admodum excipiunt perque tubas Fallopianas ad ovaria mittunt, pro fœcunditate unius aut plurium ovulorum inibi ſub membranaceo tegmine latitantium. Semen virile per ductum Fallopianum pertingere usque ad veſiculas ſeu ovula, ſtatuit Johannes Dolæus *M. N. C. dec. I. An.*

I. An. 6. & 7. Obſ. 131. p. 175. Juxta Greg. Theod. Barthold. *Oper. Part. I. p. 54.* penis vagina exceptus ſemen in uterum ejaculatur, quod protinus per tubas Fallopianas ad ovarium defertur. Secundum Theodori Kerckring, Anthropogen. Ichnogr. *cap. 1. p. 2.* ſemen virile per tubas cæcas Fallopianas circumductum pervenit ad teſtes, & ibi cum ovo, eodem modo, ac in ceteris oviparis, mira quidem & hactenus non explicata, ſed vera tamen ratione conjungitur, atque ovum ita fœcundatum per vas ejaculatorium ad uterum tranſit, & intra ſpatium duorum vel trium dierum ad magnitudinem ceraſi nigri majoris excreſcit. De uſu tubarum Fallopianarum ita ſcribit Thomas Whartonus *Adenograph. cap. 33. p. 209* certum eſſe arbitror, eas aliquid ab utero excipere. Obſervavimus nuper, in diſſectione equæ gravidæ, tubas Fallopianas plurimis valvulis toto earum ductu muniri, ne quid ſeminalis materiæ per easdem verſus uterum, aut in ejus cavitatem deferatur. Verum e cavitate uteri in tubas foramen ſtylum admittens cernebatur. Videntur ergo vaſa hæc ita conſtructa eſſe, vt potius e cavitate uteri aliquid excipiant, quam quicquam in eandem effundant. Veriſimile eſt has tubas in coitu ſufficientem portionem ſeminis virilis ad conceptionem imbibere &c. Locus autem Gabrielis Fallopii, quo ſe in præſentia plurimorum fide dignorum ſpectatorum ſæpius in tubis ſemen exquiſitiſſimum deperiſſe ait, extat in ejusdem obſervationibus anatomicis *Oper. Tom. I. fol. m. 421.* Imo ſemen vel liquorem album ſeminalem quandoque in tubis gravidarum deprehendi, teſtatur Fridericus Ruyſchius *Theſaur. anat. VI. p. 15.* inquiens: Vocatus ad mulieris cujusdam, quæ, a marito in adulterio deprehenſa, occiſa eſt, cadaveris apertionem, reperi uterum aliquanto eſſe tumidiorem, itaque ſuſpicabar, illam concepiſſe, eoque aperto inveni ejus ſubſtantiam eſſe craſſiorem; cavitas autem referta erat ſemine albo & bene cocto, aut ſaltem ſubſtantia, quæ ſemini virili, ad colorem & viſum, ſimilis erat, utraque tuba eodem liquore referta erat; cum tubas nonnihil premerem, ſemen libere effluebat. Cum jam conſideramus, pergit Ruyſchius, mulieres affir-

mare, ſeſe (ſi non ſemper, ſaltem utplurimum) factas eſſe gravidas, aut concepiſſe, cum ſentiunt ſemen maxima parte remanſiſſe in utero, & contra in coitu improlifico ſemen exitum ſibi quærere, percipiant: Quid hinc aliud concludendum, quam quod non ſolum aura ſeminalis, verum etiam ſubſtantia ipſa ad conceptionem ſit neceſſaria. Dixerit forſan aliquis, reperiri mulieres, quæ dicunt, ſe concepiſſe, quamuis ſemen non retinuerint. Reſp. credibile eſt, illas ſaltem tantum retinuiſſe ſeminis, quantum requirebatur ad conceptionem prolificam. Hoc ego contendo, auram ſeminalem haud ſufficere, ſed neceſſe eſſe, ſemen ipſum uterum intrare in coitu prolifico. Idem etiam obſervavit Ruyſchius in meretricis, mox a coitu interfectæ, corpore. vid. *Exercit. ſubſeciv. Francof. Tom. I. Sect. I p. 11. §. 3.*

§. 3.

Dubium contra ſemen in tubis.

Utrum vero materia albicans, ſemini virili non diſſimilis, ſemper verum ſemen ſit, dubium adhuc, cum eiusmodi liquor etiam in non gravidis reperiatur, ſiquidem Johannes Mauricius Hoffmannus *M. N. C. Dec. II. An. 9. Obſ. 224. p. 412.* cadaveris feminei meminit, cuius tubæ Fallopianæ ſiue oviductus extremitates ſuas foliaceas ſeu fimbriatas oculis uſurpandas permittebant, intra canalem vero ſuum tortuoſum humorem complectebantur album, craſſum turbidumque, cui prorſus analogum uteri aperti cavitas absque ovulo, privata induſtria, etſi ſtudioſe perquiſito, retinuerat. Uterum cum teſticulis & vaſis deferentibus materia ſeminali corrupta, quæ caſeo recenter coagulato haud abſimilis fuit, turgidum in cadavere feminæ paſſione hyſterica extincta obſervavit Zacharias Mangetta. *Vid. M. N. C. Dec. I. An. 1. Obſ. 32. p. 107.* Hoc dubium etiam movet Johannes Bohnius *Circul. anat. phyſiol. Progymn. I. p. 14.* materia illa, inquiens, in tubis poſt coitum reperta, quam Graafius pro ſemine maſculino venditat, illis etiam femellis, quæ non coierunt, inexiſtit, haud infallibiliter genitura maſculina extrinſecus adveniens pronunciari poteſt: potiſſimum

cum

eum ipſum Graafium hypotheſeos ſuæ oblitum *Cap. 13.* offendamus, dum humorem a ſemine alienum tubas dictas interdum oblinire ait &c. Imo ipſe Fallopius *l. a.* verbis antecedaneis ait, ſe, quæ de tubarum conformatione & uſu ſcriberet, in virginum & mulierum, illarum pariter, quæ coierunt & non coierunt, cadaveribus obſervaſſe; & juxta Nicol. Venett. *de la generation Part. III. p. 425.* ces vaiſſeaux ſont presques toûjours pleins de ſemence. Imo Gallus quidam nomine Gofey, materiam viri ſeminalem pro generatione fœtus uterum plane non ingredi ſtatuit. vid. Daniel Hoffmann. *de generat. p. 61. ſeq.*

§. 4.

Seminis aura per tubas.

Ex his & aliis rationibus (v.g. quia tubarum foramina in utero nimis ſunt anguſta, adeo ut nullus fere flatus penetret, ideoque etiam a veteribus pro cæcis habitæ fuerint, item, quia talia foramina circa latera fundi uteri exiſtunt, ut adeo ſemen nullo impulſu directe ad tubas propellatur, imo motus tubarum periſtalticus non ab utero ad fimbrias, ſed ab his ad illum tendat) alii Autores ſemen virile non ratione craſſæ materiæ, ſed potius ratione ſpiritus ſive auræ genitalis ad ovarium penetrare defendunt, talemque auram pariter vel per easdem tubas ex utero ad ovarium adſcendere, vel per poroſam uteri ſubſtantiam, vel per vaſa ſanguinea ovulis communicari ſtatuunt. De his viis Chriſtianus Fridericus Garmannus ad Johannem Matthiam Neſterum ita ſcribit: Viæ, per quas ova e teſticulis ad uterum tendant, in Democriti adhuc latent puteo. Sed & hæ tandem quorundam oculatorum exercitatorum non effugient induſtriam. Sufficiant tubæ Fallopianæ, per quas ſemen prolificum aſcendere ad teſtes coniecturamur; via anguſta & invia quidem, vera tamen forſan, ſi corpus vivum cum mortuo componamus. v. Chr. Fr. Garmann. *Epiſtol. 100. p. 434.* Absque dubio autem per ſemen prolificum hoc loco intelligit primario partem ſubtilem & ſpirituoſam, quæ craſſe ipſius materiæ vim intrinſecam, ἐνεργίαν atque virtutem confert, v. Spermatolog. noſtr.

Cap. 1. §. 13. ſeq. p. 14. Quod confirmat etiam Franciſcus Zypæus *Fundam. Medicin. Part. II. cap. 3. Art. 6. §. 10. p. 80.* his verbis: Ad generationem, quæ fit per ovorum in muliere fœcundationem, non requiritur tam ſeminis copia, quam ſpirituoſitas. Et §. *13.* pergit idem: Mulieres habent ſemen prolificum, ſi per illud ova intelligas, quorum ipſarum pleni ſunt teſticuli, & quæ ab aura ſeminali viri fœcundata & expanſa ex alveolis ſuis ſeu calicibus, quibus magna parte continentur, erumpunt, ut in tubas Fallopianas, exinde in cavitatem uteri deſcendant. Item *Art. 15. §. 3. p. 229. ſeq.* inquit idem Autor: fit generatio hoc modo: Injicitur ſemen virile in vaginam uteri, ex illo motu quodam periſtaltico elevatur aura quædam ſeu ſpiritus ſeminalis, qui per oſculum uteri interius, uteri fundum, inde tubas Fallopianas, mulierum teſticulos, ovaria potius dixero, involat. Tubæ enim, quando ſale volatili & acri ſeminis irritantur & ſpiritibus plurimum inflantur, oſculo ſuo excretorio fimbrias erigendo ovaria amplectuntur, & ſpiritum ſeminalem ſua conſtrictione vermiculari per foramen teſtis involueri, quod naturaliter ineſt, in externam ovorum membranam per poros ejaculantur, quo humor in tubulis ovorum contentus exagitatur & rareſcit, in qua agitatione conſiſtit conceptio. Et *p. 231.* pergit idem: generari nos ex virilis ſeminis aura ſeminali, & non ex craſſiore ſemine, probat ſuperfœtatio ſeu nova conceptio in jam gravidis, nam talibus uteri oſculum arcte clauditur, vt non poſſit, niſi ſpirituoſum quid tranſire. Item juxta *p. 232.* exinde probatur, quod aliqui generent, qui ob penis brevitatem vel debilitatem nunquam ſemen in uteri fundum projiciunt, quod certe non fieret, niſi ex ejus aura ſolummodo generatio fieret.

§. 5.

Spirituoſæ particulæ. Spirituoſiores ſeminis maſculini particulas a craſſioribus moleculis, poſt liquoris genitalis mulierum admiſcelam præcipitatis, ad ovarium elevari, per hujus aut membranarum poros aut cuniculorum aëreorum, a Bellino detectorum oſcula patentia introrſum

ſum ferri ac unum plerumque, rarius vero plura ovula fœcundari, autumat Franciſcus Maria Nigriſoli. vid. Act. Erudit. *An. 1714. menſ. Novembr. p. 522.* Ad quæſtionem, qua ratione genitura maris & ovum feminæ conſtituat ſemen perfectum? reſpondet Michael Ettmüllerus *Inſtitut. medic. cap. 22. oper. Tom. I. fol m. 162.* in viviparis ſub coitu fœcundo in ardore venereo, vti genitura maris cum impetu irruens ſpiritibus animalibus turget, ita in mulieribus ſpiritus animales, affluendo ad teſtes, membranas eorum pungunt, & quoque liquori in iſtis contento ſe immiſcent, unde ſpumeſcunt, & cum magna voluptate foras prorumpunt, ſub qua actione ovulum genitura maris imprægnatum, verum dat conceptum. Et *cap. 23. fol. 166.* ita pergit: Ex modernorum experimentis anatomico-phyſiologicis notum eſt, quod, dum legitime copulantur mas & femina, iſte emittat ſuam genituram, ſub ſeminis nomine cognitam; hæc vero ex teſtibus excludit ova. Illius ergo genitalis ſpiritus amico afflatu in ovario ſe inſinuat ovulo muliebri, in eoque, ceu receptaculo appropriato, ſpiritui genitali concentrato feminæ ſe ſociat, ita ut ex utriusque copula & unione mutua fiat conceptio, hoc eſt, utriusque ſexus ſeminalis virtutis, in ſpiritu genitali fundatæ, in ovulo facta aſſociatio ad fœtificationem requiritur. Per oviductum, quem Fallopius tubam appellat, ſeminis virilis in uterum ejaculati partem ſubtiliorem (quam auram ſeminalem vocamus) ad teſtes & ova in illis contenta pervenire poſſe, ſtatuit Regnerus de Graaf *de Mulier. Organ. p 322.* & *p. 346.* dicit idem, neceſſarium non eſſe, quod ſemen ipſum ad uterum aut tubas aſcendat; Sed ſufficere, quod ſeminalis aura ad ova pertingat; ita ut neceſſario pro ovorum fœcundatione ad auram ſeminalem recurrere debeamus. Porro Johannes Jacobus Harderus inquit, liquoris genitalis partem ſpirituoſiſſimam, maximeque ſubtilem (ſpiritum plaſticum alii dicunt) de relicta parte minus ſubtili, quæque quaſi vehiculi vices ſuppleviſſe poteſt, in ovum ſe inſinuare, inque hoc poſtmodum totam fœtus delineationem moliri. vid. Pæon. & Pythagor. *Exercitat. 19. p. 110.*

§. 6.

§. 6.

Non craſſam ſeminis ſubſtantiam, ſed ſolam ſpirituoſiorem, conceptioni inſervire defendit Daniel Tauvry, illorumque ſententiam refutat, qui ſpiritum ſeminalem in tubas & ova non agere affirmant, antequam ſanguini permixtus per circulationem eo deferatur, utut hujusmodi hypotheſeos patroni per eam optime explicari poſſe, varia feminarum concipientium ſymptomata, contendant. Ipſe autem Tauvry aſſerit, per tubas ad ovaria non per effumationem, ſed infiltrationem, in uteri ac tubarum membranas deferri ſemen. Utut vero neget, per circulationem ſanguinis ad ovarium delatum ſpiritum ſeminalem ovo fœcundando ſufficere, non tamen ideo negat, quandam ejus partem ſanguini permiſceri poſſe. *vid. Act. Erudit. Lipſ. An. 1706. menſ. Novembr. p. 257.* De generatione Isbrandus de Diemerbroec *Anatom. Lib. I. cap. 29. fol. 176.* ita ſcribit: Semen virile ab utero comprehenſum rorido uteri calore fovetur, alteratur & colliquatur, ſicque ejus particulis crasſioribus & magis fixis a firmiore cohæſione ſeu nexu diſſolutis, particulæ ſpirituoſæ maximeque mobiles, quæ in iſtis crasſioribus veluti ſopitæ & incarceratæ latuerant, ab iis liberatæ mox per tubas uterinas ad ovaria tendunt, ut in iis ova, quæ ad ſufficientem maturitatem pervenerunt, ingrediantur (per membranularum enim ea cingentium poros facile tranſeunt, ut notum eſt in avium ovis) & illa fœcundent, in quibus in exili bulla concurrunt & inſtar tenuiſſimi pellucidi ac cryſtallini liquoris, in ovo ad uterum delato apparent. In hac ſola bulla totius fœtus formatio perficitur. In ea enim tenui & ſpirituoſa ſeminis parte vis architectonica latet, quæ per uterini caloris fotum, cum ſuo ſubjecto, cui inhæret, ſcilicet tenuiſſimo ac ſpirituoſo illo ſeminis liquore, a maſſa crasſiore liberata, mox prorumpit in actum; nam libera eſſe non poteſt, quin agat, & liberari nequit, niſi a cauſa externa, nimirum uteri calore, tota ſeminis virilis maſſa coitu ejecta in cavitate uteri diſſolvatur ac colliquetur, ſicque ex ea ſeparata ſpirituoſa ſeu germinoſa pars tu-

tubas ad ovaria, in iisque contenta natura ova deferatur, & ovis jam incluſa rurſus cum iis ad uterum redeat. Porro ova iſta, quæ jam in virginibus ante conceptionem, licet adhuc infœcunda, præſto ſunt, a ſemine virili, ejusque potisſimum ſpirituoſis ac igneis exhalationibus, per uteri tubas ad ovarium ſurgentibus, vitalitatis ac fœcunditatis radiis imprægnari, ſtatuit Johannes Conradus Peyerus. Vid. Joh. de Muralt. *Vademec. Exercit. 9. p. 402.* quam ſententiam etiam fovet ipſe Johannes Muraltus *de Art. Obſtetric. p. 62.* Juxta Petr. Linſing. *Inſtit. med. p. 86. ſeq.* fit conceptio per intimam ſpiritus maris genitalis aſſociationem cum ovulo muliebri & in hoc concentrato ſpiritui pariter genitali, dum ſcilicet ſemen maris ad vel in cervicem uteri effuſum ſuo ſpiritu uterum fœcundat, & ſic per unum alterumve porum, vel potius tubam inde dilatatam ruit in ovarium, ibidemque ovulum hoc vel illud penetrat concentratoque ibi ſpiritui ſe jungit, totumque actuat, ut colliquamentum jamjam reſolvi incipiat, & membranas ovuli dilatet: turgeſcens hoc ovulum in cavitate illa contineri amplius nequit, & ſic ab ovario ſeparatur, & a tuba ibi per ligamentum ſuum irritatum jam ante attracta excipitur inque uterum ſerius vel citius defertur. Et Johannes Bartholomæus Adamus Beringer. *Ideæ Inſtitut. Theſ. 15 p. 37.* conjecturatur, genituræ maris in uterum ſuſceptæ partem ſpirituoſiorem, ſpiritum genitalem, ſive auram ſeminalem nuncupatam, ovulum in proportione pororum maturum fœcundare, motulum inteſtinum ei introducendo, quo ſtamina tenellula modice & paulatim extendantur, & ad auctionem ſucceſſive ſuſcipiendam diſponantur; partem vero ejus crasſiorem vel uterum ipſum fœcundare, vel ut vehiculum abuſum foris eliminari. Johanni Friderico Ortlobio *Oecon. anim. Diſſert. 35. §. 14. p. 279.* probabiliſima videtur ſententia, ſubtilem portionem per tubas Fallopianas teſtibus adduci, quæ licet in demortuis flaccidæ & extremitatibus ab ovariis remotæ pendeant, in œſtro tamen ve-

ne-

nereo percitis turgeſcentes erigantur, & teſticulum amplexæ auræ ſeminali acceſſum faciant, ovuloque dein excipiendo & ad uterum deportando inſerviant. Chriſtianus Johannes Langius *Oper. Tom. III. Diſput. 41. fol. 542.* ita ſentit: Simul ac maris cum femina congreſſus finitur, & ſemen virile fœcundum utero femineo feliciter eſt inſperſum, ſubtilior ac nobiliſima ejus portio, quæ aura vel ſpiritus genitalis aut plaſticus vocatur, liberata a compedibus viſcidioribus, quibus antea detinebatur, pergit per tubas Fallopianas ad ovaria muliebria, inibique afflatu ſuo vel, ſi mavis, irradiatione fœcundat in momento ovulum unum vel plura, non aliter (ſi craſſo aliquo exemplo rem illuſtrare licet) quam ſcintilla e chalybe, pyritæ beneficio excuſſa, ſtatim ac fomitem attingit, ſuam igneam virtutem ſimul imprimit ac communicat eidem. Et Johannes Muraltus *in Anatomiſch. Colleg. Lect. II. p. m. 183* inquit: *ich gläube, daß der Saamens-Geiſt des Mannes die Eyer mit ſeinen aſtraliſchen und feurigen Strahlen oder Ausdämpffungen, die durch die Trommeten heraufſteigen zum Eyerſtock, ſelbigen mit Leben und Fruchtbarkeit anfülle.* Juxta Andr. Ottomar. Gœlicke *Medicin. Forenſ. Specim. I. §. 4. p. 12.* generoſior ac magis elaſtica feminis maſculini pars, imo fortaſis etiam gelatinoſo-lymphatica ejusdem portio, mox aſcendit per oviductus ſeu tubas Fallopianas. Sic Petrus Dionis *Anatom. Demonſtr. IV. p. 226. ſeq.* Conceptionis modum ita deſcribit: Seminis virilis portio maxime volatilis a tubis ad ovarium usque transfluit ad ova fœcundanda. Seminalis hicce ſpiritus tubas pervadere non poteſt, quin motum ipſis imprimat. Hinc fit, vt lacerum fruſtum ovarium undiquaque amplexum veniat, adeo ut ovum, quod ſeminis ſpiritus fermentarunt, ſenſim ab ovario exſolvatur, membranam disrumpendo, ut tubam ſubeat tandemque in uterum deſcendat. Ovum binis membranis obductum eſt. quæ primis temporibus vaſis tenuiſimis perſperſæ ſunt, quæ autem deinceps ſemper augentur, ex quo radices ovum in utero egit, placenta vero incipit craſſeſcere ſuccumque recipere alimentitium, quem

quem, ad eum deferunt uteri vaſa. Et ita ſingulæ fœtus partes creſcunt ope alimenti, quod per funiculum recipit; cum autem paulo major evaſerit, per os inſuper nutrietur ex illo lacteo ſucco, qui in amnio reperitur. Idem Dionis dans le traité *des Accouchemens Lib. I. cap. 2. p. m. 35.* de ovuli imprægnatione ita ſcribit: le ſentiment le plus probable ſur l' uſage des trompes eſt, que la partie la plus volatile de la ſemence de l' homme paſſe des trompes jusqu'a l' ovaire pour rendre les œufs feconds. Cet eſprit animal ne ſauroit pénetrer les trompes ſans en irriter & mettre en mouvement les fibres charnuës, qui par leur contraction font, que le morceau déchiré vient embraſſer l' ovaire de tous côtez, de maniere, que l' œuf, que les eſprits dela ſemence ont fermanté, ſe detache inſenſiblement, & rompt ou écarte les fibres dela membrane, qui enveloppe l' ovaire pour entrer dans la trompe, & delà deſcendre dans la matrice. Et ſecundum Mich. Ettmüller. *Oper. Tom. II. fol. 1073.* ſufficit ad conceptionem ſaltem ſpiritus genitalis maris, modo extra aerem externum poſit venire in vaginam uteri. Inquit etiam Chriſtianus Warlizius de *morbis biblicis cap. 12. p. 385.* Partes ſeminis crasſiores juxta Antonium Everardum, nihil conferunt ad generationem, ſed ſpiritus in ſemine contenti unica efformationis cauſa exiſtunt, quod demonſtratur in his animalibus, quibus penis non conceſſus, ubi ſaltem affricatio fit pudendorum & colliſio eorumdem orificiorum utrinque. Johannes Jacobus Waldſchmied *Inſtitut. Medicin. ration. Lib. I. cap. 4. p 33.* ſtatuit, ſemen ab utroque ſexu emitti, hoc tamen cum diſcrimine, quod ſpiritus genitalis maris rationem habeat actoris, feminæ vero ſemen modificatoris. Si enim ovarium muliebre aura ſeminali viri imprægnetur ipſis ovis ibidem ſub forma veſiculæ vel ſpherulæ ſeminalis deliteſcentibus, fœcunditas conciliatur, ut unum vel alterum turgeſcere & tandem ad uterum devolvi incipiat. Conceptionem ita deſcribit Hermannus Fridericus Teichmeyerus *Inſtit. medic. forenſ. Cap.*

VIII. Qv. 3. p. 51. cum homo hominem generat aura ſeminalis, in patris ſemine deliteſcens, ovulum maternum irradiat, idque vel in ovario antiquo, vel novo, h. e. in ipſo utero conſtitutum, eoque momento conceptio contingit, atque ab aura ſeminali plaſtica, vel elaſtica motus inſtituitur, vitæque principium naſcitur. Secundum verba Joannis Munnicks *Anatom. p. 71.* ſpirituoſam injecti in uterum virilis ſeminis auram ſuſcipiunt tubæ, & in ovarium deducunt, ut contenta in eo ovula irrorentur. Craſſamentum ſeminis per tubas ad ovarium aſcendere, moderni non ſtatuunt, ſed ſolum miasma ſeminis ſubtile, ac ſpiritum quaſi genitalem eo penetrare ſupponunt nonnulli per hanc viam tubarum, aliis alias vias allegantibus, annotante Daniele Hoffmanno *ad Hypothef. Goveyan. p. 63.* Et Chriſtianus Johannes Langius *Phyſiolog. 38. Tom. I. fol. 228.* inquid: cum viſciditas & glutinoſitas ſeminis virilis non videatur apta ad tam celerem tranſitum per tubæ cavitatem, veroſimile videtur, tantum ſubtiliorem ac ſpirituoſam ejus portionem illuc ferri, quæ vi ſuæ activitatis faciliſſime ſe liberans a compedibus hujus viſcidi afflatu ſolo, aut ſi mavis, irradiatione fœcundat ovulum, non aliter ac ſcintilla e chalybe ope pyritis excuſſa ignem excitat in momento, dum fomitem attingit.

§. 7.

Vermiculos per tubas aſcendere.

Denique qui conceptionem vermicularem defendunt, ex ſemine virili certum fermentum cum vermiculis per tubas ad ovaria aſcendere ſtatuunt. v. Louis Bellefontaine *de la Medec. dogmat. Exerc 20. p. 82.* ubi inquit: La ſemence virile eſt jettée dans le vagina de la matrice, & par un certain mouvement periſtaltique de cette partie, elle eſt conduite dans la cavité de l' uterus. Cependant il ſ'eleve de cette ſemence un certain ferment avec les petits vermiſſeaux, qu'elle contient aux trompes de Fallope, & par la aux ovaires. Lorsque les trompes ſont irritées par les ſels volatiles de la ſemence, il y afflue beaucoup d'eſprits animaux par les nerfs, à l' occaſion de quoi elles dilatent leur conduit,

duit, principalement l' extremité, qui touche l' ovaire, appellée fimbria, en sorte qu'elles embrassent l' ovaire par la plus grande partie, & le ferment seminal avec les petits animaux entrent à l' aide d'un certain mouvement vermiculaire dans les œufs par un pore, qui est dans leur envelope &c.

§. 8.

Sicuti autem illorum sententia, qui viri semen materialiter ad tubas & ovaria ascendere, & ovula fœcundare dicunt, ab aliis in dubium vocatur; ita etiam spiritum sive auram genitalem per tubas ad ovaria abire nonnulli negant, & quidem 1) quia in cuniculis tubæ tertio demum a coitu die testiculos amplectantur, cum tamen paulo post coitum, v. g. hora dimidia secunda & sexta, testiculorum ova jamjam immutata & pluribus sanguineis vasis turgida conspiciantur; 2) quia tubæ testiculis citius non applicentur, nisi cum ovum sit excipiendum; 3) quia valvula obstet intra tubas impediens, quo minus ex utero quicquam ad oviductus deferatur. 4) Huc facit etiam observatio de cane gravida, cujus fœtus in viscera adhuc hærentes a percussione vehementi moriebantur & tempore in tabum abibant, a quo cornua uteri infarcta fuerant. Quo non obstante eadem canis denuo imprægnabatur, ante partum tamen moriebatur, inque ejusdem dissecto cadavere posteriores catuli abdomini inhærentes cernebantur. Unde concludere licet, auram genitalem per uteri cornua a putridis catulis obstructa minime ad ovaria penetrare potuisse. vid. Joh. Bohn. *Circul. anat. physiol. Progymn. I. p. 15.* Casp. Bartholin. *de Ovar. mulier. p. 33.* Christ. Joh. Lang. *Oper. Tom. I. fol 229.* (qui autor tamen *f. 233.* his rationibus contradicit,) Carolus Drelincurtius *de Concept. adverſ. p. 63* quærit: quo pacto masculum semen genitiva virtute prægnans per tot mucosos tubarum flexus ad femineum ovarium adiret? Spiritus enim suos in itinere profunderet, nam ubique mucosis tubarum illis tot anfractibus ipsos demergi necesse

alii negant.

eſt. Spiritus ergo genitales nulli ſufficientes unquam in ovarium fœcundandum evehentur.

§. 9.

Per vaſa ſanguinea

Alii ſeminis virilis potius mediante ſanguinis circulatione per vaſa uteri ſanguinea ad ovarium delatum ibidem efficaciam ſuam exſerere judicant; Inquit ſcilicet Caſp. Bartholinus *l. a. p. 31. ſeq.* certum eſt, ſemen viri non manere in oviductu, ſed ſive totum, ſive præcipua ſui parte, intra ſanguinem penetrare, id quod conſtat & per Haræi experimenta, nihil in utero reperientis, & communi experimento fere omnium mulierum percipientium illico a conceptione ſymptomata univerſalia non aliunde oriunda, niſi a mutata proportione humorum in fluido univerſali ſeu ſanguine. Nimirum quemadmodum vires medicamentorum externe adhibitorum ſanguini communicari videmus, ita & poſſibile credidi, aſſumptorum ſubtiliorem partem in toto alimentorum ductu ſtatim ſanguini communicari, cum idem de ſpiritibus ad refocillandas vires in ore aſſumptis experiamur, & clyſteribus nutrientibus, atq; mercurialibus exterius illinitis ſua vis a plerisque non denegetur. Eodem principio inductus credidi, imprægnationem ſimiliter fieri per ſubtiliorem ſeminis partem, ſanguini ſtatim eodem modo communicatam per vaſa ſanguinea. Idem Bartholinus etiam *Specim. Hiſtor. anat. cap. 5. p. 86.* ſcribit: fœcundatio ſeu conceptio a ſubtiliore ſeminis virilis parte ad ovarium delata, non quidem per tubas uteri, ſed potius per vaſa uteri ſanguinea, quæ pars ſubtilior ſeminis in utero communicatur ſanguini, forte haud abſimili modo, ac videmus vires medicamentorum, quæ externe adhibentur, & eorum etiam, quæ intus aſſumpta ſunt, ſubtiliorem partem in toto alimentorum ductu ſtatim in ſanguinem tranſire. Sanguis autem, hac vi ſeminali imbutus, ad ovarium lege circulationis perveniens, ovorum vel unum vel plura eo modo alterat, vt fœcunda fiant. Juxta Nicolai Stenonis opinionem ſeminis viri pars ſubtilior vaſis ſanguineis uteri, imo & generi nervoſo communi-

municatur, & per totum corpus prius circulata ad ovaria tandem defertur. v. Chr. Joh. Lang. *l. a.*

10.

Alii negant.

Contra hunc tamen feminis virilis per vasa sanguinea ad ovarium progressum alii militant autores, v. g. Georgius Wolffgangus Wedelius *Physiol. Sect. III. cap. 28. p. 201.* communia, inquit, si eligamus vasa venosa, ita ut fœcundum illud virus, prætervectum quasi locum debitum per ambages illuc tendat, prius ad cor delatum, hinc ad partes reliquas tandemque ad uterum redeat, nimis illud remotum & longius quæsitum est. Quis enim fidem dabit, vel alias non esse vias, vel non alterari illam vim πλαστικὴν in minimo consistentem, tot viscerum culinis, tot congressationibus, vel huc illam appellere, nec alicubi in via hærere, vel remanere seu perdi, seu ibi fœtum locare? Et utut quam maxime concedendum sit, alterari a conceptu sanguinem, nihilominus tamen inde nondum certum satis argumentum peti potest, illum primario & primitus quasi suscipere deportandum hunc thesaurum, hæc elementa hominis. Sic Johannes Bohnius Circul. anat. physiol. *Progymn. I. p. 15.* scribit illorum amplecterer sententiam, qui cum in animalium, post coitum apertorum nec uteris, nec horum antennis semen cernerent, hoc, aut ejus auram spirituosiorem, interveniente uteri substantia a venis & massa sanguinea absorberi, hujusque demum fermentatione peculiari ovula feminea incompleta actuari & fœcundari asserunt, pari circiter modo, ac medicamentorum sive topicorum, sive haustorum, item alimentorum, primis viis adhuc inexistentium partes energeticas immediate magis implicari, constet: nisi me ab hac diverteret, per hanc commiscelam necessario aut sanguinis massæ ingenti tantillum seminis plane & ita demergi, vt ab hac præter modum discontinuatum ac dilutum omnem in ovula energiam perdat, aut illum a fermentativis hujus particulis in motus efferos & individuo exitiosos cieri: Johannes Fridericus Ortlob *Histor. Part. Dissert. 35. §. 14.*

contagium, quod in minimo quaſi conſiſtit, ipſam exhalationem, ipſa effluvia ſalina vitalia, alterari inde lympham & ſecum ad teſtes muliebres deferre novam ideam, informare ovulum & virtute plaſtica imbuere. Viarum hunc ambitum autem quod ſpectat, putat Wedelius, ſufficere poſſe illud commercium pororum & vaſorum lymphaticorum cum glandulis, quod indubitatum eſt, licet ob ſubtilitatem & ſubſidentiam pororum in cadaveribus non æque poſſint videri, nihilominus tamen credibile eſſe, inſpirationem & communicationem hanc fieri infra tubarum exortum &c.

§. 12.

Negatur. Quamvis autem hæc hypotheſis ſatis probabilis ſit, nihilominus tamen Chriſtiano Johanni Langio *l. a. ſol. 254.* pariter in ſummo diſcrimine videtur verſari ſpirituoſa hæc ſubſtantia poros uteri permeans. Quid enim, quæſo, inquit Langius, determinat aut cogit illam, ut ad ovaria præciſe abeat, non ad alia viſcera abdominis? Nec quicquam juvat, proxime omnium adſtare ovaria, reliquis viſceribus nimis remotis. Quodſi enim tanta ineſt energia huic principio, ut uteri poros ſine ullo impedimento permeare poſſit, metuendum erit, ne ulterius adhuc per muſculos abdominis reliquaque integumenta penetratura ſit. Sequenti modo conceptionem deſcribit Petrus Stalpart van der Wiel *Exercit. de Nutrit. Fœtus §. 2 p. 5.* Mutuo congreſſu mare fermentum genitale æſtu venereo cum impetu in uteri vaginam ejaculante, ſubtilior ejus portio qua data via, abit, partim ſcilicet cum vaſorum ſanguiducorum, copioſe tortuoſo ductu vaginæ inſertorum, tum lymphæducorum poros ingreditur, partim internum uteri orificium penetrat, quod plerumque exacte clauſum dicitur in non gravidis, verum ſufficienter coitus tempore aperitur titillatione virilis fermenti, quam ingens & copioſus ſpirituum in partes vicinas & præſertim uteri ſequitur influxus, quo partes ejus diducuntur; illo namque uterus, tubulis brevioribus redditis, fit rotundior, unde & ejus oſculum dehiſcit, fermentumque virile arvum genitale ingre-

greditur, quod ſimulac ingreſſum eſt, ulterius penetrat illius fungoſæ ſubſtantiæ poros humoribusque illic circulantibus admiſcetur, ac per vaſa lymphatica cum ſanguine venoſo tandem ad cor deducitur, atque ita toti maſſæ ſanguineæ, circulationibus tamen nonnullis intercedentibus, permiſcetur. Maſſæ ſanguineæ hoc fermento imprægnatæ neceſſario etiam portio quædam lege circulationis pervenit ad teſtes muliebres, ovaria dictos, & illuc delata intrat vaſa per ova horum ovariorum diſſeminata, & tandem per poros illorum particulæ quædam hujus fermenti ovi ingrediuntur ſubſtantiam & fermentationem in ea excitant.

§. 13.

Autoris ſententia.

De tanto autem circa vias, per quas ſemen virile ejusve aura genitalis ex utero ad ovaria & ovula aſcendat, autorum hactenus adducto diſſenſu, ut meam mentem explicem, ultima hæc ſententia præ reliquis probabilis mihi videtur, neque per ſolas tubas, neque per ſola vaſa ſanguinea, neque per ſolos uteri poros, hanc ſeminis virtutem prolificam immediate ad ſolum ovarium pertingere, ſed in coitu fœcundo non modo teſticulos, ſed totam humorum maſſam totumque corpus a tali ſpiritu ſeminali certum quendam motum & alterationem experiri, a quo etiam unum vel alterum ovulum in ovariis, in quibus ſolis verum ſemen femineum & embryonis materia latitat, tunc temporis imprægnetur ſeu fœcundetur. In tota autem feminarum maſſa humorum, totoque corpore, a coitu fœcundo, alterationem oriri, fatentur non modo mulieres, huic rei attentæ, dum ſtatim poſt ejusmodi fœcundam cohabitationem, licet etiam nihil liquoris excernant, debilitatas ſeu delaſſatas atque ſomnolentas ſe fatentur, verum etiam altero die ab aliis perſonis taliter conſtitutæ & quoad faciem omnesque ipſarum actiones penitus mutatæ ſeu alteratæ deprehenduntur. Hæc de conceptione in ovariis ſufficiant.

§. 14.

Vis plaſtica.

Liceat tamen adhuc aliam de conceptione opinionem an-

nectere; quamvis ſcilicet juxta plerosq; hactenus allegatos autores ad conceptionem ſeminis virilis tantum pars ſubtiliſſima vel ſpirituoſa, aliis aura ſeminalis, vel ſpiritus genialis dicta maximam conferat ἐνέργειαν, nonnulli tamen ex recentioribus aliud generationis principium formans defendunt. Inquit enim Michael Albert. *Introd. in univ. medic. Cap. 2. p. 29.* multi aſſeverarunt, quod vis plaſtica ſit principium illud formans ſeu generans, in qua declaratione vero aperta hæret petitio principii. Hæc ſententia circa explicationem principii formantis occupata varie mutata fuit. Inter alia defectum continet ſententia de aura genitali, qualis partim ſupponitur, partim cum prædicatis ad negotium generationis ſpectantibus exornatur; ſed quæ, cum in materiali tantum cauſa conſiſtat & obſcurum per æque obſcurum contineat, haud ſupplet defectum deſiderii in aliis ſententiis. Proinde ſpiritus genitales ad figmenta & phantaſias pertinent, quorum exiſtentia nulla, & licet tales ſpiritus in rerum natura eſſent, ardua erit demonſtratio, quod illi facultate formandi & generandi polleant. Tandem aſſerit dictus Autor *p. 31.* quod principium formans debeat eſſe rationale, quale in homine non aliud deprehendatur, niſi anima rationalis, cur capacitatem ſtruendi & formandi corpus, in quo hæret & operatur, adſcribit. Quam ſententiam *l. a.* prolixius variis rationibus defendit, quarum examen atque cenſuram benevolo lectori committo: Bone Deus! quantum eſt, quod in hoc myſterio ſcimus?

CAPUT III.

De conceptionis loco.

§. 1.

Conceptio in tubis Fallopianis.

QUidam autores, pariter in ovulis fœtus materiam atque conceptionem quærentes, eadem in fœcundo equidem coitu, in motum quendam, eque ovario ſeceſſum, atque per tubas Fallopianas ad uterum, progreſſum, impelli, minime vero ſtatim in ovario,

rio, uti hactenus dictum, ſed vel in tubis Fallopianis, vel in ipſo demum utero a ſeminis virilis adventu imprægnari ſtatuunt. In genere enim de animalium conceptione ſcribit Jacobus de Sandris, *de natural. ſanguin. ſtat. cap. 4. p. 150.* Ovum brevi clauſtro cujuslibet animantis lineamenta, ſtamina & rudimenta occludit, cum ad juſtam decreverit molem in mulieribus, ovarii fibris contractis intra uteri tubas, quæ item partium connexione contracte aperiuntur, decidit. In congreſſu pars ſubtilis & ſpirituoſa maſculei ſeminis per vaginam immiſſa glutinoſo & terebinthinoſo humore Malpighianorum ductuum, ne avolet intercepta, detinetur, quæ ovulo deſcendenti occurrens, ſingulis circumjacentibus humoribus & veſiculis fœcunditatem impertitur, (ſicuti tota oviparorum in eorum fœcundatione, ſubſtantia fœcundatur) cum omnes ovulo adjacentes partes nomine mulierum ovi veniant &c. Ovum inquam fœcundum maris ſemen, quod cum fermentum ſumme activum ſit, partes in ovo contentas ad proprias & determinatas expanſiones dirigit, & in motum non cito deſiturum expergiſcitur. Et Nicolaus Venette *de la Generat. Part. III. cap. 4. Art. 6. p. m. 418.* de feminarum conceptione ita ſcribit: La femme n'a pas pluſtoſt receu la matiere de l'homme par l' amoureuſe alliance, qu'elle la preſſe de toutes parts pour la faire paſſer promptement dans l' un ou dans l' autre de ſes vaiſſeaux ejaculatoires, afin que s' y melant avec la ſienne, elle y cauſe la conception. C'eſt dans un de ces conduits, que les principes de noſtre corps & de noſtre ame ſ'uniſſent, & ſe meslent pour ne faire qu' un compoſé &c. De fœtu extra uterum in medio tubæ concepto vid. *M. N. C. Dec. I. An. 6. & 7. Obſ. 197. p. 292.* Sic Carolus Drelincurtius *de conception. adverſar. Dogmat. 12. p. 59.* inquit: Virile ſemen in tubas aſſurgere & ovulum quandoque inibi fœcundare, nusquam reclamo: Sed tunc embryonem in tubis procreari contendo. At iſtud profecto usque adeo inſolens eſt, ut muliebrium ovorum hoſtis Diemerbrœckius id eventi reponat inter inſom-

nia apocrypha. Idem autor etiam *de conceptu conceptus Periocb 22. p. 22. ſeq.* quandoque ovuli in tubis imprægnationem fieri concedit his verbis: Maſcula virtus eſt tanta, ut ſpiritu ſuo genitali fortiori atque generoſiori impetum quandoque faciat in uteri prurientis oſtia lateralia & ſeſe in oviductus evehat. Exinde eſt certe, ut ovum inibi præoccupet, nec in uteri fundum prolabi permittat, ſed obvium illud media in via, in oviductu ſcilicet, prole imprægnet, ſibi haud minus, quam matri pernicioſus. Illinc quippe, via ad partum nulla, miſellus infans peccati neſcius, peccati fit reus, dum cæde nefaria ſeſe ſuamque matrem miſere cruentat. An vero talismodi ovuli fœcundatio in tubis, an vero in ovariis fiat, paulo infra de conceptu tubario videbimus.

§. 2.

Conceptio in utero. Alii conceptionem in ipſa uteri cavitate fieri, defendunt autores, nimirum juxta allegati Drelincurtii *Periocb. 21. p. 21. ſeq.* reputandum venit, ovum omne ſalubre, quod conjugio ſorpſit uterus, quodque ſeminali ſpiritu maſculo ſufficienter imprægnatum eſt, fœcundum ſemper atque prolificum eſſe. Etenim protinus ac uteri fundo ovum aliquod conjugio ſorptum eſt, & noſtrum inſimul ſemen in idem fundum ſumus ejaculati, totus præ libidinis œſtro geſtit uterus, totusque contrahitur atque conglobatur. Exinde eſt, ut ſeminis maſculi virtus intemerata intra ſuum illud ovum tamdiu ſponte ſua fermentetur atque fœcundetur, donec uterina vaſa novo ſpirituum impulſu fermentum iſtud atque fœcunditatem illam diutius atque plenius promoverint. *Periocb. 22 pag. 23. ſeq.* ait: Ex naturæ legibus maſculum ſemen tunc demum in ovis fermentatur atque vivificatur, quum iſtæc ejus ova in matricis fundum provoluta atque propulſa ſunt. Liquet igitur, ovum in matricem compulſum maſculi duntaxat ſeminis ingreſſu prolificum fieri; idque ab Adamo creato ad noviſſimam usque diem tam irrevocabili lege, ut mortalium nemo ſit aliter vel conceptus vel concipiendus unquam; nam in animali mortali iſtud

eſt

eſt immortale. Idem autor etiam *tr. de Conception. adverſ. p. 55.* ait: Ova vera non prius perfecta dicenda veniunt, quam in uterum propulſa maſculo ſemine compleantur atque fœcundentur. Ibidem etiam dictus Drelincurtius & quidem *p. 61. ſeq.* contra conceptionem in ovario ſequentibus verbis militat: Quodſi feminarum ovula fœcunditatem illam in ovario ſuo, tepido ſemper ac irriguo, nanciſcerentur, in illo certe fœtus perinde conciperetur, ac in ipſis earundem feminarum tubis, in quibus ovula earum non modo fœcundata atque fota, ſed & in fœtus novimeſtres evaſiſſe viſa ſunt. At in feminarum ovario id ipſum accidiſſe nulla conſtat hominum memoria. Gratis ergo aſſeritur, in ovario feminarum ovula fœcundari. Nam ſi genitalis ſpiritus ille paternus ovula inibi afflaret atque virtute ſua genitali perfunderet, nihil prorſus obſtaret, quin ſicut in tubis, ſufficienter ibi fota atque nutrita, in embryones tandem converterentur. At iſtud omnino ſeculorum experientiæ repugnat. Non ergo fœcundantur ova in feminarum ovario, etſi largiter inibi foveantur ac etiam pleniſſime nutriantur. De ovuli in utero fœcundatione ita ſcribit Johannes Gothofridus Bergerus *de Natur. hum. Lib. II. cap. 11 p. 463.* In ovulo mulieris deliteſcit rudimentum futuri fœtus, quod nullo quidem fotu, nec ſuapte vi viget, ſed cum recepto demum liquoris maſculi elaterio vitam & germinationem inchoat. Cui proinde fini tam ſapienter omnia a Deo facta & ordinata ſunt, ut femina ovum maturum, & ad egreſſum paratum, gignat: mas vero liquorem præparet & cuſtodiat generoſum & elaſticum, & complexu conjuncti venereo, femina prædicto modo ovum ex ovario promat, & per oviductum in uterum emittat, mas vero liquorem affundat, eoque totum intus uterum & hoc comprehenſum undique ovum conſpergat & fœcundet. Sic enim porro fit, ut hujus pelliculas quaverſum permeans vividior & elaſtica illius portio ſeſeque in totam diffundens cryſtallinam lympham; eadem contenti quieſcentis adhuc germinis torpens veluti liquidum ex-

ſolvat, & cuncta ejus tenerrima ſtamina excitet, ac vitæ choream inchoet. Statuit etiam Johannes Bartholomæus Adamus Beringer *Id. Inſtitut. medicin. Theſ. 15. p. 37.* ovula muliebria non humorem aliquem ſeminalem ex ſe in uteri cavitatem depluere, ſed integra duabus circumdata membranulis decidere & in uterum deponi, in quibus jam prima totius corporis ſtamina ſint jacta; deinde arbitratur, genituræ maris in uterum ſuſceptæ partem ſpirituoſiorem ovulum in proportione pororum maturum fœcundare, motulum inteſtinum ei introducendo, quo ſtamina tenellula modice & paulatim extendantur, & ad auctionem ſucceſſive ſuſcipiendam diſponantur, partem vero ejus craſſiorem vel uterum ipſum fœcundare, vel ut vehiculum abuſum foris eliminari. Et juxta ſententiam cujusdam medici, nomine Gofey, in momento illo, quo liquor ſeminalis maſculi prodit, contingitque uterum, ovaria graviter percelluntur moventurque, atque tunc temporis etiam a tubis quaſi ſuguntur, ut ovula in canales illos dimittant, atque mediante eorum motu periſtaltico eadem celeritate in uterum deferantur, qua ex ovariis egreſſa ſunt, ſpecie nempe aliqua ejaculationis, ut eo momento ibi reperiantur, quo materia ſeminalis in orificium uteri internum totamque vicinam uteri ſuperficiem effunditur. Ovula enim fœcundari nequeunt, niſi prius in ipſam matricis cavitatem fuerint promota, quam liquor ille genitalis viri in partes externas & inferiores illius matricis ſit effuſus, per transverſum texturæ ſpongioſæ, per quam ſpiritus liquoris ſeminalis ovis recenter ab ovario ſeparatis virtutem communicant ſuam. v. Dan. Hoffmann. *Annotat. ad Hypoth. Goveyan. p. 69. ſeq. & p. 86.* Nonnulli ad probandam ſuam ſententiam dicunt, ova interdum matura, absque ullo prægreſſo coitu, in ſalacibus ob nefariam genitalium frictionem ad uterum devolvi: quod an veritati conſonum ſit, ſe neſcire lubens fatetur Georgius Philippus Nenterus *Phyſiolog. med. cap. II. membr. I. p. 329. ſeq.*

§. 3.

§. 3.

Binis tamen his de ovuli in tubis & uteri cavitate fœcundatione ſive conceptione, opinionibus prima, ſuperius adducta de conceptione in ovario præferenda videtur, quia proxime, & primis a conceptione diebus neque in tubarum neque uteri cavitate ovulum, vel aliud imprægnationis ſignum, bene tamen in ovariis ipſisque ovulis maturis alteratio, ſtatusque ordinarii mutatio deprehenditur. Siquidem in ovariis ovula poſt imprægnationem mutata, majorem in molem aucta, indies creſcentia, rubicunda vel ſtriata, ex teſticulis demum prominentia, poſtque aliquot dies, & quidem in canibus tertio, quarto & quinto, in mulieribus autem ſeptimo & octavo die feceſſum ex ovario minitantia, obſervantur. Eodem tempore quoque tubarum Fallopianarum extremitates ſeu fimbriæ, ovariis propinquiores, vel penitus annexæ & ovulum excipientes, quandoque etiam ovula imprægnata, in tubarum cavitate reperiuntur; imo fœtus interdum, jam formatos, modo in ovariis, modo in tubis, modo etiam in abdominis cavitate, ab anatomicis deprehenſi leguntur. *Conceptio in ovario præfertur.*

§. 4.

Contra hanc in ovulis ovariorum ſive teſticulorum muliebrium conceptionem ante aliquot annos inſurgebat Martinus Nabothius, Calenſis, aliud ovarium, in quo conceptio fieret, in uteri cavitate inveniſſe ratus; de quo tamen invento ejusque refutatione *in Spermatolog. noſtr. cap. 4. §. 12. p. 181. ſq.* paucis egimus. Miror autem, Fridericum Hoffmannum, qui *Fundament. medicin. cap. 8. p. 52. ſeq.* generationem ex ovo in teſticulis muliebribus imprægnato, per tubam Fallopianam ad uterum delato, cum recentioribus autoribus defendit, poſtmodum *Medicin. rational. Syſtemat. Tom. I. cap. 12. theſ. 14. p. 341. ſeq.* ſententiam mutaſſe, dictique Nabothi ovarium his verbis defendere, vulgo habitum ovarium an vera ovula generationi apta contineat, nondum res ſatis plana ac perſpicua eſt. In ſcholio hæc addit: Corpora globoſa & membranacea *Sententia Nabothi.*

rii membranam perrumpentia, a tubis applicatis excepta, tandemque per earundem cavitatem ſive canalem ad uteri cornua deſcendentia, & quidem nonnunquam in una eademq; cane, dum, pro melioi i mutationis ovulorum cognitione, ipſius abdomen ſingulis diebus modo iterum conſuebam, modo denuo aperiebam. Lipſiæ olim videre cum contubernali & aliis ſtudioſis contigit. Idem annotavit etiam Andreas Ottomarus Gœlicke *Medicin. Forenſ. Specim. I. p. 13.* ſequentibus verbis: Cum in gymnaſio Anhaltinorum patrio ſtudiorum cauſa verſarer, obſervarunt mecum multi alii præſentes in cane femella, cultro anatomico ſubjecta, aliquos ovariorum folliculos membranoſos ruptos, ex quibus o vula jam erant egreſſa: Nonnulla etiam ovulorum imprægnatorum ſuperficiei ovariorum adhuc cohærebant, & cornua præterea uterina curioſo admodum ſpectaculo manifeſte aperta cernebantur, ita ut majorem calamum ſcriptorium haud difficulter admitterent, iisque adhærebat ovulum, ſimile prorſus quoad omnes proprietates illis, quæ ovario affixa cernebamus, tandemque intra tubas aliquot ovula prioribus ſimillima contineri obſervabantur. Deinde feminarum teſticulos a coitu affici ac immutari palam indicant pullulantia tubercula fibroſa & glanduloſa, quibus ovum quodlibet fœcundum admirando naturæ ingenio liberatur atque ſecernitur. De hac ovariorum immutatione ita inquit Johannes Conradus Peyerus *Merycolog. ſive de Ruminant. Lib. I. cap. 5. p. 49.* Vidimus hæc & palpavimus aliquoties, cum in vaccis, ovibus & capris, tum præcipue etiam in damis vulgaribus cervini generis, quarum copiam indultu regis Chriſtianiſſimi, Ludovici Magni, Lutetiæ habui, apud magnæ famæ & dexteritatis virum hoſpitemque mihi amiciſſimum, Joſephum du-Vernium. Exigui quidem, fateor, ſunt damarum teſticuli, ſed poſt coitum fœcundum in alterutro eorum papilla ſive tuberculum fibroſum ſemper ſuccreſcit, quo ovum ſeu conceptus ab ovario liberatur, ut per tubam poſtea deſcendat ad uterum. Scrofis autem prægnantibus tanta accidit teſticulo-

rum

rum mutatio, ut mediocrem quoque attentionem fugere nequeat: globuli enim velut in ovario gallinaceo undique extuberant &c. Huc etiam pertinet experimentum, ab Antonio Nuck *Adenograph. curioſ. cap. 7. p. 69.* communicatum: Cani ſcilicet feminæ, tertio poſt congreſſum inſtitutum die, extraxit, per vulnus abdomini inflictum, ſiniſtri lateris cornu (cujus ovarium jam duobus ovulis majuſculis notabiliter conſpicuum) inter vaginam & ovarium, medio loco ligatura arctiori conſtrictum, repoſuit, vulnusque intra octiduum ad cicatricem perduxit. Vigeſimo primo, poſt ligaturam injectam, die, cultro anatomico examinandam inſpicit, & quod ante hariolatus erat, etiam plene perſpexit. Siniſtri cornu pars (inter ligaturam & ovarium) duplici fœtu erat obſeſſum; altera vero portio (ligaturam inter & vaginam) plane vacua ipſi viſa: quod manifeſtisſime probat, ovula ulterius, quam ad ligaturam, propelli non potuiſſe, & in ipſis ovulis, aura ſeminali fœcundatis, fœtus quærendos &c. Ovulum muliebre, maturum auraque genitali turgidum ex ovario muliebri, quaſi petiolo pendulum in anatomia publica cadaveris feminini infanticidæ repertum in theatro anatomico academiæ Viadrinæ die 7. Aprilis 1717. ſeq. demonſtravit Andreas Ottomar. Gœlickius. vid. Exercit. Francof. *Tom. I. Sect. 1. p. 1. & 29.* Fridericus Ruyſchius *Theſaur. anat. 6. n. 5. p. 4.* ſiſtit unum ex ovis fœcundatum, quod magnam ſubiit mutationem, ſcilicet magnitudine non ſolum cætera ova antecellens, verum etiam poſt apertionem coagulatum liquorem continens, cum e contra cætera ova ab inciſione transverſali læſa fuerint inanita.

§. 6.

Interdum etiam in ovariis & ab domine ova & ipſi fœtus formati reperiuntur, e. g. anno 1682. Pariſiis in feminæ cujusdam, aliás octo liberorum matris, teſticulo dextro fœtum plenarie formatum inventum fuiſſe de S. Mauritio publicavit, vid. Joh. Frid. Ortlob. *Hiſtor. Part. Diſſ. 35. §. 5. p. 275.* Hanc obſervationem pau- *Fœtus in teſticulo.*

lo aliter refert Johannes Bohnius *circul. anat. phyſiol. Progymn. I. p. 12. ſeq.* quam infra *cap. VI.* §. *1.* recenſebimus. In mulieris jam undecim liberorum matris cadavere non tantum extra teſticulum ſiniſtrum ovum aliquod hæſit, membranis ſingularibus involutum, verum etiam ex ipſo teſticulo ovorum par non unum fuit ſeparatum, quæ arcte ſibi cohærebant, teſtante Gerardo Blaſio *obſerv. med. Part. V. obſ. 4. p. 66. ſeq.* Rationem cur conceptus quandoque in abdomine fieri poſſit, hanc reddit Theodorus *Craan Diſſert. de Homin. cap. 62. p. 709.* Obſervarunt, inquiens, conceptum fuiſſe factum intra abdominis cavitatem; quod ipſum accidere potuit, quatenus ſpiritus ſeminis maſculini penetraverit ad teſtes muliebres, illicque ovum fœcundum fecerit; quod non fuerit apprehenſum a foliis tubæ Fallopianæ, atque ſic exciderit in abdominis cavitatem illicque poſtmodum conceptio fuit facta. Mea tamen ſententia conceptio ſeu imprægnatio hujusmodi ovuli jam antea in ovario facta videtur, quam in abdomen prolapſum eſt. Sic etiam ex ovario per tubas Fallopianas ad uterum deferri ovulum fœcundatum, probat Daniel Tauvry, per fœtus interdum extra uterum conceptos, caſum ſui temporis commemorans de fœtu intra abdomen concepto. *v. Act. Erudit. Lipſ. an. 1706. menſ. Novembr. p. 527.* Plura vide alibi, ubi de fœtu agemus.

§. 7.

Autorum eſſenſus. Ex his & aliis rationibus proinde alii adhuc, præter ſupra allegatos, autores, unicum & verum conceptionis locum in ovariis quærunt, e. g. ovula in ovario fœcundationem accipere & poſtea feceſſum exinde moliri, ſcribit Joh. Mauric. Hoffmann, *Phyſiol. anat. Sect. XII.* §. 8. *p. 93.* Et Michael Albert. *Introduct. in univerſ. medicin. Phyſiol. cap. 2.* §. *77. p. 37.* inquit: Ovulum tale imprægnatur in ovario, ex quo ad uterum poſtea transfertur; quicquid enim de ovulis in utero inter recentiores diſſeritur, non ſufficienter ratio ni conſonat. Quibus verbis absque dubio dictus autor Nabothi ſtringit opinionem de novo ovario, cujus hactenus mentionem feci-

fecimus. Daniel Hoffmannus *Annot. in Hypothef. Goveyan. de Generat. p.* 86. ſcribit: Ovula in ipſo ovario fœcundantur, non vero poſtquam in uterum devoluta ſunt, nec fieri poteſt, ut ante virilis feminis immiſſionem ſeu aſperſionem ovulum jam ſit delatum ad cavitatem uteri, reclamante univerſali anatomicorum experientia; & quid obſtat, quo minus miaſma ſeu ſpiritus feminis virilis penetrans per ſpongioſam uteri ſubſtantiam in ejus cavitatem porro penetret & ſe extendat per tubas apertas ad ipſum ovarium ejuſque ovula, ſisque ea ibi fœcunda reddat. Cum intra tubas Fallopianas non tantum ova, ſed etiam fœtus fuerint reperti, exinde concludit Theodorus Craan *l. a.* hoc ſignum eſſe, ova ire ex ovario per has tubas ad uterum. Juxta Gulielm. Cockburn. *Oeconom. animal. p. 96. ſeq.* liquoris ſpermatici parte ſpirituoſiore ova feminina hoc fere modo fœcundantur: Partes ſpirituoſæ feminis virilis penetrant per poros tunicarum ovuli feminei, plerumque in earum teſtibus, aliquando, raro licet, in tubis, ſiti, & in iis locis intra ovum receptæ liquores in canalibus contentos agitant, rarefaciunt, ac canales ipſos aggrandeſcere faciunt. Non poſſe ſolum ovulum, adhuc in ovario firmiter hærens, fieri, fœcundum, primasque fœcundationis ſuſcipere impreſſiones, ſed & ipſo facto hoc ſemper fieri, tot experimentis perſuaſi convicti ſumus, totque anatomicis ſectionibus omnis generis animalium confirmamur, ut vix dubio ulli ſuperſit locus, ait Daniel Hoffmannus *l. a. p. 70.* Sique ovula non ſtatim in ovario, ſed in tubis vel ipſo utero fœcundarentur, unde quæſo oriretur ovuli motus atque ſeceſſus & unde venirent fœtus in abdominis cavo, vel etiam in tubarum canalibus reperti? niſi cum Friderico Hoffmanno *Medicin. ration. Tom. I. cap.* 12. §. 15. *ſch. p.* 242. ovulum coitu fœcundo ex uteri cavitate longe facilius ad tubam Fallopianam, & ex hac ad abdominis cavitatem, quam ex teſtibus ad tubam pervenire poſſe ſtatuamus: Cui tamen ſententiæ obſtat, quod tubarum opificia circa uterum magis ſint anguſta, quam cir-

ca teſticulos; hæc enim ovulum ex ovario prompte excipere, illa autem vix magnum ſtilum admittere poſſunt. Quemadmodum etiam uteri oſculum internum tempore geſtationis ſtrictiſſime occluſum, inſtante partu, integrum fœtum transmittit, quidni pariter de iſtis tubarum anguſtiis concipiendum ſit, illas conceptionis momento, quo ovulum, ovario excuſſum, ingreſſum in uterum affectat, reſerari, ac quantum par eſt, ampliari: ſunt verba Johannis Conradi Peyeri ad Muraltum perſcripta. v. Muralt. *Clav. med. exercit. 9. p. 409. ſeq.* ubi annectit: Prudenter interim his cautum videtur, ne, qui ſemel ſub ovi ſpecie pertranſiit conceptus, ex utero in tubas, temere recurrat; adſunt enim anfractus quidam atque tortuoſæ gyrationes, at valvularum veſtigium nullum. Imo juxta Carol. Drelincurt. de *Concept. concept. perioch. 21 p. 21.* protinus ac uteri fundo ovum aliquod conjugio ſorptum eſt, & noſtrum inſimul ſemen in idem fundum ſumus ejaculati, totus præ libidinis œſtro geſtit uterus totusque contrahitur atque conglobatur. Illa igitur contradictione atque conglobatione ſuam cervicem internam ſuaque pariter oviductus oſtia duo tam arcte claudit, ut cuſpidem acus nequidem admitteret. Quodſi proinde, ſecundum hos & alios autores, tubarum orificia poſt conceptionem ita occludantur, ut ovulis adhuc minoribus ex utero ad tubas regredi non liceat, multo minus poſtmodum, ubi ovula majora fuerint fœtusque utero jam adhæreat, ex ejusdem cavitate per anguſtum orificium ad tubam perque ejusdem canalem in abdominis cavitatem pervenire poterit.

§. 8.

Fœcundationis modus. Qua ratione autem ipſa ovuli fœcundatio fiat, res ſane myſterii plena eſt, atque abſtruſum ænigma, cui accurate ſolvendo nullus fortaſſe Oedipus invenietur; antiqui enim eandem in coagulatione quærentes maris ſemen coagulo, feminæ vero lacti æquiparabant. Recentiorum alii fermentatione delectantur, alii conceptionem per certum, ſed obſcurum, motum deſcribunt, uti ex ipſo-

per fermentationem.

ſorum verbis liquet. Fermentationis paulo ante ex Drelincurtio mentionem fecimus, & Jacobus de Sandris *de natur. ſanguin. ſtat. cap. 4. p. 150.* inquit, ovum fœcundat maris ſemen, quod cum fermentum ſumme activum ſit, partes in ovo contentas ad proprias & determinatas expanſiones dirigit & in motum non cito deſiturum expergiſcitur &c. Juxta Bern. Connor. *Evangel. medic. p. 64.* maris ſeminale fermentum unum vel alterum feminæ ovulum maturum rarefacit, inteſtinum & expanſivum motum cum limpido & lymphatico ſeminis latice, in quo delineata fluctuant corporis ſtamina, init, eundem attenuat, ſtamina ipſa expandit & diſtendit, porulos eorundem aperit, ſicque attenuatus ambiens liquor dilatatos ſtaminum porulos ſubit, ipſos ampliat & largius nutrit &c. Utrum vero generatio & corruptio a fermentatione & fermentis dependeat, prolixe perquirit Melchior Fridericus Geuderus *Diſſert. de ort. animal. p. 271. ſeq.*

§. 9.

Johannes Fridericus Ortlob *Hiſtor. Part. Diſſ. 35. §. 15. p. 279.* ait: Semen feminarum ſive ovula, ſtaminibus futuri fœtus jam imbuta materia ſunt, quæ actuari & ſucceſſive in fœtum formari debent ſola vero activitatem fœcundam non tribuere ſibi poſſunt. Maſculi ſeminis activa portio materiam ex ſe inertem actuat, & ſtupendo plane modo ad motum ejusmodi plaſticum diſponit, quo in fœtum humanum tranſeat, ita tamen, ut ſolus hic generando fœtui non ſuppar ſit, niſi materia ovulum congruum invenerit, & contra hoc ſine illo fœcundari nullatenus queat. Quomodo in ovariis fœcunditatem ova acquirant, ita explicat Johannes Conradus Peyerus: In congreſſu marium contentio fortem impreſſionem innuit, videturque mihi totum imprægnationis opus inchoari motu & perfici. Nihil enim in ovo maturo deſideres, præter motum, qui junctis, quæ antea ſolutæ diſtabant, particulis, ideam fœtus in materia deſignet. Sane motuum in rerum natura effectus tanto ſunt majores, quanto certius rationi noſtræ innoteſcit *Per motum.*

ſcit, a Deo cunctos cieri. Ea igitur in liquore genitali concipienda eſt particularum aptitudo, ut in actu venereo talem motus impreſſionem, accedente benedictione divina, nanciſcantur & femellis communicent, qualis requiritur ad fœtus ideam in ovo delineandam. Patet hinc, non tam liquoris genitalis ſubſtantiam ovis ſeſe inſinuare, aut ad fœtuum compoſitionem proxime requiri; quam præcipue motum, qui mediante liquore femellis ac ovis imprimitur. Poteſt enim motus ex corpore in corpus transferri, etiamſi ſubſtantia communicantis non tranſeat in ſubſtantiam recipientis; ſuperficierum quippe contactus ſufficit. Cæterum conſtat, motu particulas materiæ non ſolum varie diſponi, ſed etiam ita immutari poſſe, ut ex rigidis flexiles, ex mollibus duræ fiant, atque alias & alias combinationes, attritus & hinc reſultantes configurationes diverſimode ſuſtineant. Non enim unius generis & naturæ particulas includit cicatricula, quæ ante impræ-gnationem confuſum quaſi chaos exiſtit: quandoquidem obſervante Malpighio ea in ſubventaneis ovis nihil diſtincti, ſed inordinatas ac divulſas duntaxat nubeculas oſtentet, cum econtra fœcundatis carina ſeu ſtamen pulli jam ineſſe microſcopiorum ope cernatur. vid. Pæon. & Pythag. *Exercit. 19. p. 102.* Juxta Gregor. Theodor. Barthold. *Oper. med. Part. I. p. 55.* pars ſeminis ſpirituoſa in unum vel alterum ovulum incidens ſtatim ejus interiora ingreditur, & illis motum vitalem introducit. A motu vitali fit partium fluidarum turgeſcentia & pellicularum extenſio, unde ovulum a fibroſis teſticulorum vinculis convellitur & evellitur. Johannes Bohnius *Circul. anat. phyſiol. Progymn. I. p. 17.* ita ſcribit: Ex recentioribus quidam ipſa embryonis ſtamina ſolidiora & totam ejus corporaturam a maſculino ſemine in ovulum muliebre derivari contendunt: ſed diſpicere nequeo, ſpiſſitudinem & ſoliditatem, quam in illius atomis volatilibus & mobiliſſimis conjiciunt, multo minus, quomodo hæ ſibi relictæ in ſolidum embryonis corpus concreſcere atque coagulari queant, aut ſemini femineo inſtar ſtaminis exiſtent; ne repetam, quæ ſuperius contra materialem geni-

genituræ virilis concurſum producta ſuerunt. Probabilius eſt, hoc, quicquid in generatione præſtat, ſemen maſculinum motu præſtare, quatenus non tantum ex ejusmodi particulis coagmentatur, quæ tenerrimæ & mobilisſimæ, ſed ipſi generantis quoque in congreſſu contentio vehementior ac totius generis nervoſi ſeu ſyſtaſeos ſpirituum animalium niſus extraordinarius ſingularem impetum imprimit. Hoc ſiquidem motu rapidiſſimo, ordinato tamen, ovulum muliebre illius atomi activiſſimæ ſeu ſpiritaceæ irruunt, totumque hujus contentum in peculiarem ſpumeſcentiam cient, ipſi, hactenus quaſi fatuo ſemini, germen primigenium inducunt, mox tamen & ſimul ejusdem motum & tendentiam vitalem inchoant, h. e. ovulum non tantum prolificum reddunt, ſed conceptum vitalem producunt. Motum hunc fœcundantem ſeu maſculini ſeminis cum fœmineo concurſum, ſpecialius & per partes determinare, vix ulli mortalium permiſit Deus, cujus oculi maſſam noſtram viderunt informem & cujus manus nos in abdito confecerunt, liceat mihilominus de opere hoc divino ita balbutire. Nempe particulæ maxime energeticæ, a toto deciduæ, poſtquam a prolixa organorum genitalium cribratione ac ſubactione diverſas configurationes ſortitæ fuerunt, pro diverſitate ſuarum idearum, dum in liquorem ovuli ſpermaticum ſeu albumineum agunt, hujus partes a partibus divellunt, congruas ſibi adaptant, & quod inſtar molæ informis illi innatabant, eouſque fingunt, donec per miram coordinationem carina & membrorum embryonis rudimenta prima fabrefiant, ab iisdem particulis mollibus & componentibus vim motivam primam, pariter ac automa ab artifice ſuſcipientia ſeu animata. Secundum Frider. Hoffman. *Fundament. Medicin. Phyſiol. cap. 8. p. 53.* ovi ad generationem apti fœcundatio fit ſubtiliſſimis ſpirituoſis effluviis ſeminis maſculini, quæ novum vitalem inteſtinum motum introducunt in ovuli contentas partes fluidas, quo motu turgeſcentia & rarefactio fit vitalis, quare pelliculæ ovi diſten-

CAPUT IV.

De ovuli ex ovario ſeceſſu.

§. 1.

Ovulum an ſtatim in coitu ad uterum perveniat?

TAle proinde in ovario quocunque modo imprægnatum ovulum poſt aliquot dies ab hac vel illa tuba Fallopiana exceptum per ejusdem canalem ad uteri cavitatem propellitur, in eaque hactenus incepta conceptio ſeu generatio continuatur atque abſolvitur. Statuunt equidem nonnulli, ſtatim tempore fœcundi coitus ovulum a tubis excipi eodemque momento ad uterum deferri, ibidemque a ſemine virili imprægnari, uti paulo ante ex Hypotheſi Goveyana adduximus, quo loco dictus Autor *p. 68.* ovuli exceptionem ita deſcribit: Ipſo conceptionis momento omnes feminarum partes generationi deſtinatæ fibrarum inflationem ac tenſionem patiuntur, mutant etiam priſtinam figuram tam internarum partium quam externarum, & ob hanc ipſam rationem ſitum quoque mutant quodammodo, matrix ut & tubæ inflantur notabiliter, & per conſequens majus occupant ſpatium, quam in ſtatu quieto, ita ut in illo actu tubæ tendantur, & in formam arcus, parte nempe ipſarum ſuperiore flectantur, eum in modum, ut figuram ſitumque mutent, & tunc temporis magis eleventur, ob ipſum uteri volumen, quod eas ad reflexionem illam verſus ovaria obligat, ut ibi ope fimbriarum uniantur, quarum denticuli ſive inciſiones ſunt totidem parvi muſculi, qui ſe contrahunt, & earum extremitates ovariis applicant, ut ab illis cingantur, digitorum inſtar comprimantur, ovulaque maturiora ad deſcenſum prona exprimantur, & mediantibus tubis in uterum deducantur, ibique eo momento, quo materia ſeminalis in orificium uteri internum effunditur, fœcundentur &c.

§. 2.

Negatur. Veritati tamen magis conſonum videtur, ovula in coitu fœcundata ovario adhuc per aliquot dies inhærere atque lymphæ affluxu

affluxu majorem molem acquirere, donec attenuatis & denique diſruptis teſticuli ſeu ovarii membranis, in canibus, uti mihi ſæpiſſime obſervare licuit, tertio vel quarto, in uxoribus autem ſeptimo vel octavo a coitu die, uti paulo ante dictum, a tubarum parte fimbriata excepta per easdem ad uterum deſcandant; qui ovulorum ex ovariis ſeceſſus inſuper etiam ab aliis cauſis promovetur. Quod etiam plurimi teſtantur autores, inquit enim Chriſtianus Johannes Langius *l. a. fol. 228.* peracto fœcundo coitu ovum fœcundatum ſpatio aliquot dierum ab intumeſcente corpore quodam glanduloſo, ſub illo in ovario poſito, diſruptis tunicis tenuibus, tegentibus illud, protruditur intra Fallopianæ tubæ extremitatem, ovario jam jam altera vice admotam. Ad oculum hoc ipſum demonſtrant extiſpicia hominum non minus, quam brutorum recenter imprægnatorum; hocque modo ex ovariis deciduum ovulum per tubarum cavitatem rotatur ac devolvitur ad uteri ipſius concamerationem uſque, ubi aliquandiu hærens ſedem ſibi facit fixam. Juxta Theod. Craan *Diſſert. de homin. p. m. 709.* non poteſt hoc in momento accidere, ut ova fœcundentur, ex teſtibus expellantur, a tubis Fallopianis excipiantur, & in uterum propellantur; ad hoc quippe aliquod tempus requiritur: Imo ovula per aliquod tempus in ovario adhuc morari defendit Daniel Hoffmannus *Annot. ad Hypotheſ. Govey. p. 68.* ovulum, inquiens, mox illo momento exſugi & extrudi ex ovario per ejaculationis quendam modum, ac per tubæ quoque cavum ejaculando quaſi dejici mox in uterum, non credent ii, qui tubas attentius ſcrutando tantas earum anguſtias mirantur, ac difficulter concipiunt, qui tardo motu deſcendat ovulum iis immiſſum, tantum abeſt, ut poſſint concipere, id ejaculando quaſi per illas deſcendere ad uteri cavum, & quidem tam ſubito, tantaque celeritate, ut non prius virile ſemen ad uteri internum pertingat atque allabatur orificium, qum ovulum jam delapſum ſit in cavitatem uteri, & qui-

dem illud ipſum ovulum, quod ipſo hoc venereo actu fuerit excitatum, ex ovario detruſum & per tubas ſubito depreſſum in cavitatem uteri: Reclamant tot autorum obſervationes, qui uteros poſt congreſſus vacuos invenere, etiam pluribus poſt copulam diebus, comparente adhuc in ovario ovuli prima mutatione, ac caruncule ovulum quaſi extradentis ſuccreſcentia; ut taceam, ovula in tubis diu poſt copulam etiam fœcundam inventa; imo ipſi affixa ac fœcundata &c. Labentibus a coitu fœcundo tribus aut quatuor diebus ovum adeo creſcit, ut ovarium ſuum ad excluſionem ſtimulet, juxta ſententiam Joh. Sigiſm. Elsholt. *M. N. C. Dec. I. An. 6. 7. 196. p. 287.* Ova in ovariis adhuc detenta majus incrementum agere, autopſia teſtatur Fridericus Ruyſchius *Theſaur. anat. n. 5. p. 4.* ubi uterum mulieris ſiſtit, quæ a paucis diebus aut horis conceperat; & præter alia unum ex ovis, quod exiſtimat fœcundatum, mutationem magnam ſubiiſſe refert; ſcilicet magnitudine non ſolum cætera ova antecellebat, verum etiam poſt ejus apertionem ovi contentum coagulatum reperiebatur. Juxta Stephan. Blancard. *Inſtit. Medic. cap. 25. Oper. Tom. I. p. 273.* ovum fœcundatur, hoc eſt, materia ſeminis virilis, ex mobilibus & admodum tenuibus conſtans particulis efficit, ut unum plurave ova ſeſe dilatent majoraque fiant: Hoc eſt, quod a materia mobili, ex qua virile ſemen conſtat, etiam particulas unius aut plurium ovorum in motum concitentur, unde vaſcula ovum conſtituentia etiam ob majorem ſuccorum affluxum dilatantur eousque donec ad magnitudinem ibi in tam arcto ſpatiolo contineri non poſſit, hinc ex membranula contenta erumpit, & a tuba hiando quaſi incumbente, & ab ornamento foliaceo, tanquam tot digitis, comprehenditur; quæ, convulſione peracta, in priſtinum ſtatum redigitur, ejusque ope ovum in uterum delabitur. Ex ſententia Gulielmi Cockburn. *Oecon. anim. p. 106.* partes corporis noſtri cum in ovo compendioſe exciterint liquores eorundem quieſcentes ac nunc ab aura ſeminali

in

in motum inciti rarefiunt, ac majus ſpatium undiquaque capeſſunt, inde tumidum evadit ovum, diſtenditur ejus membrana ac in tubas Fallopianas eorum aliquod decidit.

§. 3.

Qua vero ratione ovula ex ovariis ſecedant vel propellantur, arduum ſane eſt determinare, quanquam variæ apud autores reperiantur cauſæ, tam ratione ipſius ovuli, quam teſticuli partiumque adjacentium; imprimis autem ovulum, ſecundum hactenus allegata, ob majus incrementum majus quoque ſpatium quærens perrumpit, vel a corpore quodam glanduloſo, ſub ovulo latitante, e loco ſuo protruditur. Inquit enim Caſparus Bartholinus *Specim. Hiſtor. anat. cap. 5. p. 86.* ovum fœcundatum a membranis ovarii, quibus involvitur, ita liberatur, quatenus poſt conceptionem tunicæ multis ſanguineis vaſis opacæ conſpiciuntur & ſequenti tempore inter tunicas illas gladuloſa quædam materia globuli figuram repræſentans & ſenſim accreſcens, ovum undique comprimit, donec illud per foramen in medio conſpicuum, rupta ovarii membrana, expellat; Ex juxta verba Regneri de Graaf *l. a. p. 348.* inter teſticulorum membranas, ovum obvelantes, materia quaſi glanduloſa excreſcit: brevi namque poſt coitum ovorum tunicas (quæ antea diaphanæ erant) opacas devenire conſpicimus, multisque ſanguineis vaſis adornari; & poſtero die poſt opacitatem illam conſpectam inter dictas ejus tunicas glanduloſam quandam materiam totum ovum involventem, globulique figuram repræſentantem intueberis, quæ ſenſim accreſcens ovum undecumque comprimendo, illud tandem per foramen in ejus medio conſpicuum expellit; quod in cuniculis tertio poſt coitum die, in ovibus, vaccis aliisque majoribus animalibus, quæ diutius uterum gerunt, tardius evenit; unde nobis veritatis ſcopum minus attigiſſe videntur ii, qui humanos fœtus trium quatuor aut octo dierum ſe inveniſſe gloriantur. Johannes Gothofredus Bergerus *Phyſiolog. upart. II. cap. 1.*

Ovula quomodo ex ovario protrudantur.

A corpore glandoſo.

pag.

pag. 460. de ovuli ex ovario ſeceſſione ſcribit, quod ovulum plene maturum & continua lymphæ acceſſione eouſque irriguum, ut repleri amplius non poſſit, ad egreſſum ex ovario paratiſſimum ſit, quia ſubſtantia ejus glanduloſa, in cujus ſinu gignitur & adoleſcit, debitum nacta incrementum, papilla ſua magis magisque extuberat, & ambientem ovarii tunicam paulatim emollit & perfodit, retractaque ſub æſtu venereo fibrarum matricium contractione, ſinum ſuum aperit & per hujus ovariique hiatum, ovulum adjuvante niduli hujus fibroſi conſtrictione, qua contracta avulſaque vaſcula, a quibus illud pendet, ſine ullius effuſione ſucci idem dimittunt illæſum & virgineum in oviductum expellit & protrudit. Et *pag. 465.* inquit idem: hic motus ovuli totus a maturitate ejus & fibrarum motricium, cum petioli, vel calycis ejus vaſculoſi, tum ipſius ovarii & corporis glanduloſi, ac fimbriarum muſculoſarum oviductus in æſtu venereo conſtrictione dependet. In feminæ per quatuor menſium ſpatium fœtum in utero gerentis atque ſubmerſæ ſectione publica ejusmodi excreſcentiam glanduloſam in ovario ſiniſtro leviter adhærescentem ſe inveniſſe refert Johannes Mauritius Hoffmannus *Phyſiol. Anatom. Sect. XII. §. 7. p. 92 ſeq.* Secundum ſententiam Emanuelis Kœnigii *Regn. animal. Sect. I. Art. 17. p. m. 77.* tubæ Fallopianæ ovum exceptum ad uterum ducunt, quatenus ſemen utero injectum ſanguinique communicatum hunc & ſpiritus immutat, ut ad ovarium fortius ac peculiariter appellentes ovum fœcundatum ad exitum diſponant, dum glanduloſa materia ſenſim ex immutatione ovulo accreſcens illud ex omni parte comprimit, ac per foramen & papillam peculiarem ex ejus mediq conſpicuam in tubas excipiendo ovo aptas expellit. Sic Juſtus Schraderus *Præfat. in Guil. Harv. Obſ. 2. b.* inquit: ovo ad exitum deſtinato circa ambitum & a poſtica parte accreſcit corpuſculum aliquod fibroſum, quod paulatim adauctum ovum ſenſim e ſuo alveolo exprimit, protrudit & foras urget, donec tandem ſolutis vincu-

vinculis ac rupto ovarii involucro elabatur; haud ab ſimili modo, ac in majoribus puſtulis videre eſt &c. Et Caſparus Bartholinus *de Ovar. Mulier. p. m 39. ſeq.* ait: quidnam ſit, quod poſt fœcundationem ovum ad exitum diſponat & quomodo in mulieribus membrana, ovarii vaſis conſtructa, pro augmento ovorum ſe extendens & iis elapſis ſe contrahens, pro tranſitu ovi aperiatur, altioris eſt indaginis. In quo præ reliquis pene omne punctum tuliſſe mihi viſus eſt Regnerus Graaf, ex cujus obſervatione conſtat, prodire ova imprægnata in teſtibus, quatenus poſt coitum tunicæ multis ſanguineis vaſis opacæ conſpiciuntur, & ſequenti tempore inter tunicas illas glanduloſa materia, globuli figuram repræſentans & ſenſim accreſcens, ovum undique comprimit, illudque per foramen ex ejus medio conſpicuum expellit. *Vid. etiam Act. Haffn. Vol. V. p. 49. ſeq.* Idem confirmat Franciſcus Stockhamerus *Microcoſmogr. cap. 7. p. 91.* his verbis: Excluditur ſeu decidit ovum ex ovario, quatenus ipſi jam maturo, ac in prolifico coitu fœcundato, a parte poſtica & circa totum ambitum corpuſculum aliquod accreſcit fibroſum, quod paulatim adauctum ovum ſenſim e ſuo alveolo exprimit ac eousque protrudit urgetque, donec ovarii involucrum in papillam acuminetur tandemque rumpatur, & ovum in vicinum decidat oviductum. De hoc ovorum ſeceſſu ita judicat Johannes Conradus Peyerus: Circa ovum quodlibet imprægnatum natura carnem fibroſam rubicundam fabricat, quæ ovum iſtud, haud ſecus, ac capula glandem, ambit & involvit, tandemque, vbi ſatis roboris acquiſivit, per hiatum ſive foramen, in tubam, extremitatibus ſuis laciniatis atque fibroſis arcte ſe tunc temporis ovario circumplicantem, expellit. vid. Joh. de Muralt. *Clav. Medicin p. 402. & p. 415.* inquit: Apparent in prima ovarii inſpectione tubercula quædam rubicunda & ferme globoſa, &, ſi diſſecueris, fibroſa numero fœtuum in utero reperiundorum exacte reſpondentia, quibus vix alium in promptu erit uſum aſſignare, quam quod ab iis ovum ab ovario ſeparatum in tu-

bas cornuum uterinorum detrusum fuerit. Juxta Stephan. Blancard. *Instit. cap. 25. op. Tom. I. p. 274.* membrana, qua ovum in ovariis includitur, glandulosa est; quæ glandulæ incressescunt & extenduntur, qua ratione etiam ovum exprimitur usque in tubæ cavitatem: imo & color mutatur & humor contentus fit minus vividus, crassus, solidus & glandulosus. Et secundum Joh. Conr. Peyer. *Merycolog. libr. I. cap. 5. p. 49.* pullulantibus tuberculis fibrosis & glandulosis ovum quodlibet fœcundum admirando naturæ ingenio liberatur atque secernitur.

§. 4.

Quando hæ glandulæ generentur? Utrum vero tales glandulæ vel globuli omni tempore in fœmellarum testiculis existant, vel tantum post coitum generentur? quæstio adhuc dubia est, de qua videatur Regner. de Graaf *de mulier. Organ. cap 12. p. 296. seq.* Marcell. Malpigh. *Epist. ad Spon. in Biblioth. anatom. Tom. I. 531. 535.* Joh. Gothofr. Berger. *l. a. p. 457. 460 seq.* Joh. Gulielm. Pauli *Annotat. in Joh. van Horne Microc. p 239. seq.* Joh. Frid. Ortlob. *Histor. Part. Dissert. 36. p. 281 seq.* Casp. Bartholin. *Specim. histor. anat. cap. 5. p. 81.* Johann. Bohn. *Circul. anat. physiol. Progymn. I. p. 18. seq.* qui tale corpus glandulosum fine prævio coitu, vel alio salacitatis stimulo, non generari defendit, quemadmodum, inquiens, aliorum, imprimis quorum fides optima & observandi dexteritas conspicua. avtopsiam in dubium vocare nefas duco, ita quin oculis propriis, cum attentione in materiam, quam mente volvo, directis, diffidam, nemo mihi ratio vertet; adeoque quantum quidem his in diversis, tam humanis, quam brutorum, subjectis usurpavi, nunquam nisi a coitu, me excrescentiam illam glandulosam observasse, testor. Pauci elapsi sunt menses, cum puellæ sedecim, & paulo post alius, tredecim, annorum, his ipsis vero infanticidæ juvenculæ nona a puerperio septimana, extispicium celebrarem, in quarum neutra, ne vestigium ejus deprehendere potui: pariter, quos uteros vaccinos & ovillos hujus rei experiundæ causa hactenus lustravi, horum non

impræ-

imprægnatorum teſticulos glomis his glanduloſis vacuos, fœtorum vero illius tantum lateris, cujus cornu fœtum gerebat, teſticulum uno, effœto tamen, inſtructum vidi, hinc ordinarie non niſi coitus proliferi productum, ſubſtantiam hanc auguror. Sicuti autem experientia innoteſcit, per petulcam nonnullarum laſciviam & nefandas frictiones ac titillationes interdum, & ſine omni maris cohabitatione, aliquod ovulum ad uterum provocari, ſubventaneum equidem: ita nec ratio deeſt, quin in ejusmodi ſubjectis ſibi relictis aliquando ſimilis ſubſtantia generetur, quatenus vel a ſtimulis venereis intrinſecis, vel extraordinario ſanguinis & ſucci genitalis orgasmo, exagitationem inteſtinam & ſeceſſum portionis lymphaticæ unius alteriusve ovuli, imprægnationis motui ſimilem, contingere, non impoſſibile eſt. Licet autem *h. l.* Bohnius ovula ſubventanea vel ejusmodi corpus glanduloſum absque cohabitatione ejici poſſe concedat, ovula tamen matura atque ad fœcundationem apta ſine præcedaneo coitu teſticulos non deſerere ſcribit *p. 11.* Georgius Philippus Nenterus *Phyſiolog. cap. 11. p. 329. ſeq.* inquit: Nonnulli exiſtimant, in coitu fœcundo ovulum ferri ad uterum & in ejus cavitate imprægnari: ad probandam ſuam ſententiam dicunt, ova interdum matura absque ullo prægreſſo coitu in ſalacibus, ob nefariam genitalium frictionem ad uterum devolvi: quod, an veritati conſonum ſit, me neſcire lubens fateor. Ova ab ovario per veneris ludibria, hoc eſt, per ſalacitatem fricatricum; vel per nocturnas pollutiones in uterum provoluta ſubventanea atque caſſa eſſe omnia ad unum, ſcribit etiam Carolus Drelincurtius *de conceptu concept. Perioch. 20. p. 19.*

§. 5.

Alios inſuper ovuli ex ovario ſecesſionis vel prolapſus modos & cauſas alii medici adducunt, ſiquidem ad mentem Caroli Drelincurtii *de conception. conceptus Perioch. 11. p. 8. ſeq.* imaginari eſt, veſiculas illas plane maturas haud ſecus ab ovario ſuo ſecedere, ac fructus maturiſſimus ſejungitur a ramo. Sicut ergo fructus citra *Alii ſeceſſionis modi.*

ſuccum profuſum ullum ſuo pedunculo ab arbore decidit, ita ſane hæ veſiculæ, ſucco licet turgidulæ atque diſtentæ, illæſæ & intemeratæ, ſuis ab ovariis, naturaliter ſecluduntur, citra ſcilicet liquorem ullum ab ipſorum vel pelliculis vel veſiculis effuſum. Immo, magis appoſite dicam, veſiculas illas extreme maturas eodem modo ex ovario ſuo ſingulis propelli, ac ovorum vitelli e vitellario ſuo in infundibulum compelluntur. Hanc tamen ſententiam idem autor *Periocb. 57. p. 138. ſeqq.* adulterinam eſſe fatetur. Juxta verba Michaelis Albert. *Introd. in medicin. cap. 2. p. 37.* §. *78.* ovulum in ovario fœcundatum avellitur, cum petiolo ſuo per motus ſtrictorios a natura matris, & ab eadem mediantibus & continuantibus illis motibus per Fallopianam tubam transprimitur & transfertur intra uterum. Fimbriam tubarum Fallopianarum amplexantem in fœcundo congreſſu ovarium compreſſione ſua ad ſeceſſum ovuli ſymbolam quoque ſuam contribuere, forte non fine ratione ſuſpicatur Johannes Fridericus Ortlob. *l. c. 232.* contractis enim tunicis ruptura producitur in teſticulo, per quam ovulum exitum ſuum invenit. Ex fibris carneis circa ipſa ovaria feminarum reperiundis ſeparationis cauſas petendas ad Caſparum Bartholinum reſcripſit Marcellus Malpighius; hæ enim fibræ tractu temporis comprimere poſſent vaſa ad ovum adultum euntia, & ita impeditis quodammodo alimentis corrumpi caulem, quemadmodum in aliis fructibus. Prolixe etiam ovulorum ex ovariis feceſſum ita deſcribit Isbrandus de Diemerbroec *Anatom. lib. 1. cap. 24. fol. m. 133.* multi, inquiens, fructus horarii, ceraſa, pruna, perſica, juglandes, &c. quorum ſemina (quæ ſunt inſtar ovorum) ad tantam magnitudinem & aptitudinem deducta ſunt, ut fœcundari poſſint, ſponte dehiſcunt, & ſic ex iis ſemina iſta, corticibus ſuis incluſa, excidunt, ſed quousque rorida terræ humiditate, & ſolaris ſpirituoſi caloris influxu (quæ duo ipſis ſunt inſtar ſeminis maris) non irradiantur ac foventur, intra lapidoſos ſuos calices ſeu teſtas occulta quieſcunt: verum ubi fœcundans illa terreæ humiditatis & ſolaris,

laris, alteriusve caloris conveniens influxus per inviſibiles calicum poros ſubintrans (ſicut in oviparis maſculini feminis ſpirituoſa pars per inviſibiles poros corticum ovorum [illegible]) rem fœcunditatis maturitatem deduxit, mox ſponte in ſuis juncturis emolleſcunt calices, ſicque teſtæ, quamvis duriſſimæ, dehiſcunt, & incluſa ſemina mollia magisque ſucculenta evadunt, ac ſeſe dilatantia teſtas egrediuntur, atque ita gemmam, primum efformandi delineamentum, projiciunt: Eodem modo etiam res procedit in fabis, piſis, tritico, hordeo, ſeminibus melonum, cucumerum aliorumque, quorumcunque ſola membranula (loco teſtæ) obvelatis. Ita quoque ova muliebria omniumque vivíparorum, atque etiam avium, in ſuo ovario (quod ſunt teſtes in mulieribus) paulatim a nutrimento ipſis, per minimas arteriolas & inviſibiles nervulos, allato, juſtam magnitudinem talemque aptitudinem conſequuntur, ut a ſpirituoſa feminis maſculini influentis parte fœcundari poſſint: quam fœcundationem ſi per coitum conſecuta & ſic fœcunditatis ſigillo donata fuerint, molleſcunt & ſeſe dilatant & laxant, quibus in ovario includuntur, capſulæ, atque ſic, cum a capſulis ovarii, quibus concluſa latent, præ magnitudinis incremento, & capſularum laxatione, amplius concludi ſeu contineri nequeant, ſponte ex iis excidunt in oviductus ſeu tubas. Johanni Bohnio *l. a. p. 19. ſeq.* globus glandulofus, modo deſcriptus, minime ovulum fœcundatum ex ovario protrudere videtur, quippe ejus ſubſtantia contractioni præſtandæ minus adæquata, i. e. haud fibroſa eſt, ſed quicquid compreſſionis in ovulum ſubjacens exerit, a fibroſo teſticuli involucro habet, non ut externo tantum, ſed cujus fibræ matrices ad interiora quoque ſe inſinuant, hinc glomum hunc undique ſtringunt & cogunt, potiſſimum vero ejus papillam magis ad circumferentiam teſticuli urgent, ac hujus involucro lacerato illius hiatum manifeſtant, ita quidem ut eum præputii inſtar non raro retrahant ac revellant. Quæ fibroſitatum contractura dum contingit, vaſa ſanguifera per glandulofam ſub-

dextro foramen excavatum; &3) tubam illius lateris incurvatam & proboſcidis inſtar reflexam ad teſtem. Jacobus Vercellonus Romæ in archihoſpitale S. Jacobi incurabilium in viraginis cujusdam, phrenitide ab utero laborantis, cadavere aperto invenit inter alia lævam Fallopianam tubam ad ovarium arrectam inque eiusdem pampinis ſeu laciniis contentum ovum figura ac magnitudine columbinum exæquans, ut & colore denſaque & albida membrana obductum teſtæ loco. Hærebat autem iſtud in ſuperiore parte adhuc, dum ipſi ovario mediantibus aliquot fibris inter utriusque ſubſtantiam excurrentibus: quibus ablatis facile fuit videre calicem ejusdem ovi (unde fuerat expromptum) etiamnum ovario inſculptum, quique parvum muſcæ mellificæ favum repræſentabat, ac poſtremo diffiſſa illa tunica ambiente vidit Vercellonus humorem quendam aqueum, id eſt limpidum ac ſumme fluidum erupiſſe, in cujus medio extabat alba illa cicatricula, veram humanam carinam repræſentant. v. Ephemerid. acad. NC. *Cent. VII & VIII. obſ. 9. p. 23. ſeq.*

§. 7.

Obſervatio. Anno 1719. die 28. Auguſti hic Dresdæ Anna Charlotta Bredſchneideria, quadraginta circiter annos nata, militis uxor, poſtquam aliquot, ex farina, cui arſenicum admixtum fuerat, a ſe paratos globulos, cum viro ſuo comederat, intra duodecim horas miſerrime obibat; vir autem jam ſexagenarius poſt largiſſimum lactis ejusque feri, deinde, ob hujus defectum maximamque ſitim & intolerabilem ardorem, aquæ frigidæ potum, (cujus intra viginti quatuor horas ultra triginta cantharos Dresdenſes potarat) tandem conſervabatur, ita tamen ut totius corporis cutis, pili atque ungues intra trimeſtre ſpatium ſecederent atque elabarentur. In defunctæ hujus uxoris ratione officii a me diſſecto corpore non modo externe, ſed interne quoque in faucibus, œſophago, ventriculo & inteſtinis veneni ſigna erant conſpicua; præterea etiam in dextro teſticulo ſeu ovario tam magnum & profundum deprehende-

hendebam foramen, ut maximum piſum vel globulum adhuc majorem immittere potuiſſem: Cum vero primo adſtantes uxores, deinde etiam ipſius adhuc vivum interrogarem maritum, an & quot liberos habuiſſet defuncta? omnes, ipſam nunquam peperiſſe, reſpondebant, quod etiam ipſius vir exinde confirmabat, quia ante ipſum nulli marito nupta fuiſſet. Quod ſi proinde ex ejusmodi foramine ſeu fovea ovarii, certum antecedentis partus ſignum deſumi debet, dicta ſane femina furtivi amoris indeque ſubſequentis & clandeſtini partus ſuſpicionem evitare vix poterit. Poſt editos gemellos duplicem foveam in ovario ſiniſtro annotavit Swammerdamius, vti ex ipſius epiſtola recenſet Juſtus Schraderus *Præfat. obſ. Harvei.* ** *b.* ſcilicet femina ſex menſibus gravida poſtquam gemellos exanimes pepererat, vivere deſiit; aperto ejusdem cadavere, occurrit uterus, magnitudine caput infantis æquans, in cujus cavitate nil niſi ſanguis concretus delituit, a quo & orificium ejusdem internum propter inſignem ſui expanſionem tres digitos junctos facile transmittens, fuit obturatum. Teſticulus dexter nullam alterationem paſſus, ſed plane integer; in ſiniſtro vero viſa eſt quædam quaſi inflammatio, præterea notabilis cicatrix, qua diviſa corpuſculum heterogeneum, fibroſum, ſubflavum, duplici foveola præditum ſe obtulit &c. Quomodo autem ovum majus per foramen minus penetrare poſſit, per quod ipſi negandus videbatur egreſſus, oſtendit Daniel Tauvry; ovum ſcilicet, dum prolongatur, craſſitiem imminuit, foramen ob membranæ tenacitatem dilatatur. Hanc aſſertionem eleganti illuſtrat experimento. Nempe ſi ovum gallinaceum aceto immittatur, ut teſta molleſcat, per foramen ipſo multo minus urgeri poteſt in vitrum, ex quo non patet per idem reditus, ſi affuſa aqua teſta rurſus induretur. vid. Act. Erud. Lipſ. *Ann. 1706. menſ. Novembr. p. 526.* In canibus ſe aliquoties deprehendiſſe foramina in ovariis, quæ ovula nuper detinuerant, recordatur Chriſt.

Joh. Langius *oper. Tom. I. f. m. 228.* Id quod etiam in canibus ſæpius obſervare mihi contigit.

CAPUT V.

De ovuli per tubas Fallopianas deſcenſu.

§. 1.

Ovula per tubas ad uterum deſcendunt.

OVulum autem in ovario fœcundatum atque poſt aliquot dies ab eodem dicto modo ſecedens a tubis Fallopianis (de quibus in Muliebribus, pluribus egimus) ordinarie excipitur perque earum canales ad uteri cavitatem defertur ſeu protruditur; quanquam interdum etiam extraordinarie, & antequam ad tubarum extremitatem laceratam perveniat, in abdominis cavitatem prolabatur, interdum etiam in ipſis tubis adhuc hærens ac ulteriori ad uterum deſcenſu impediatur; quod medicis conceptio tubaria vel fœtus tubarius appellari ſolet.

§. 2.

Tuborum ad ovaria applicatio.

Cum vero tubarum extremitates fimbriatæ extra fœcundum coitum a teſticulis ſeu ovariis ad certum ſpatium diſtent, ut adeo fœcundatum ovulum, ex ovario prolapſurum, minime amplecti poſſe videantur, nonnulli autores, ſecundum hactenus dicta, conceptionem in ovario penitus negant, vid. Joh. Swammerdam. *Miracul. natur.* in biblioth. anat. *Tom. I. fol. 497.* alii vero in coitu fœcundo tubas Fallopianas pro duplici ſcopo, tum, ſecundum quosdam, pro ipſius ſeminis materialis, vel ſecundum alios, pro ejusdem tantummodo auræ genitalis ſeu partis ſpirituoſæ, ex utero ad ovarium aſcenſu, tum etiam pro ovuli fœcundati ſimul ad uterum ingreſſu vel propulſione, per certam fibrarum vellicationem & motum, a coitu ortum, ad ovarium trahi ſeu applicari defendunt, & quidem illi, qui ovulum ſtatim in coitu ex ovario ad uterum deſcendere credunt; Illi vero, qui ovulum demum poſt aliquot dies ad uterum pervenire ſtatuunt, in duas ſententias abeunt

abeunt, dum alii talem tubarum cum ovario connexionem a coitus momento usque poſt ovuli deſcenſum durare, alii vero bis, ſcilicet in coitu pro ovi imprægnatione, & deinde iterum poſt ſeptem vel octo dies, in mulieribus, pro fœcundati ovuli ad uterum ingreſſu, accidere ſtatuunt. Sicuti autem paulo ante virilis ſeminis ejusve auræ genitalis ex utero ad ovarium aſcenſum non per ſolas tubas earum ve ad ovarium applicationem fieri, ſed potius per certam totius humorum maſſæ, a ſpiritu ſeminali factam alterationem, unum vel alterum ovulum imprægnari ſtatui; ita pariter hoc loco, ut mentem meam de tubarum ad teſticulos applicatione paucis quoque explicem, minime tubas Fallopianas ſtatim in momento coitus ovariis annecti, ut ſemen vel auram genitalem ad ovula admittant, ſed poſt aliquot demum a coitu dies, pro excipiendo fœcundo ovulo, per fibras teſticuli motrices, ad tubas excurrentes atque ab ovuli incremento laceſſitas, teſticulis applicari ex ea ratione judico, quod in canicidiis, ante quadraginta aliquot annos, curioſitatis gratia a me tentatis, nunquam primo die vel ſtatim poſt coitum, ſed tertio ſaltem vel quarto die dictas tubas ovariis propiores, vel proximas, vel penitus etiam iisdem annexas, ovulaque jamjam in orificio continentes, primo autem & ſecundo die remotiores deprehenderim; Quapropter etiam tam vehementem tubarum motum earumque ad ovaria applicationem non ſtatim in cohabitationis actu, ſed potius ſucceſſive intra aliquot dies tam dictam applicationem, quam ovuli ex ovario exceptionem ejusque ad uterum transportationem fieri, in hoc obſcuro myſterio, non improbabiliter imaginor. *Obſervatio.*

§. 3.

Quid autem de hoc tubarum Fallopianarum motu earumque fibris motricibus & uſu, item de ovulorum ad uterum tranſitu alii autores ſtatuant, partim ex *Muliebr. Sectio III.* partim ex ſequentibus videri poteſt, imprimis autem ovulorum ad uteri de- *Tubarum motus quomodo fiat?*

ſcenſum illæ promovent. Inquit enim Georgius Pfiilippus Nenterus *Phyſiolog. cap. 2. p. 330.* ovuli ex ovariis per tubas in uteri cavitatem deſcenſum promovent ipſarum tubarum extremitates, quæ, etſi cum teſtibus immediate non cohæreant, in coitu fœcundo turgidæ redditæ teſtes ambiunt & conſtringunt, & hoc modo ovulum imprægnatum ex teſtibus in tubas exprimunt, unde etiam plerumque in teſtibus, ſi poſt conceptionem inſpiciuntur, cicatrices adhuc apparent & tuba, per quam ovulum ad uterum provolutum fuit, turgida admodum deprehenditur: uti ante elapſos aliquot annos in theatro anatomico cernere mihi licuit. Caſparus Bartholinus *Specim. Hiſtor. anat. cap. 5. p. 87.* ait: quod tranſitum ſpectat & viam ovi ab ovario in uterum, cum certum ſit, poſt conceptionem a ſanguine, ſeminali vi imbuto, mutata quædam ova intra oviductum recipi, hoc in mulieribus & quadrupedibus per tubas uteri fieri, neutiquam negari poteſt, præcipue cum 1) nulla alia e teſtibus in uterum detur via, nam fictitia omnino ſunt illa vaſa, quæ nomine vaſorum deferentium in mulieribus deſcripſerunt antiqui. 3) Tubæ orificium fibris motricibus inſtructum eſſe, evidentiſſimum ſit, & illud ipſum teſticulum ſeu ovarium amplecti non raro obſervetur. 3) Non infrequens ſit in tubis ova delapſa reperire, imo & in tubis ipſum fœtum repertum teſtentur variorum obſervationes. 4) Denique orificium tubæ in avibus & quadrupedibus omnibus ejusdem ſit figuræ. Oviductus, vigente venere, ovarium verſus æſtuans porrigitur, & panſis ac diductis fimbriis ſuis muſculoſis, veluti digitis, ſe circa idem circumjicit, atque ita illud complectendo, compreſſu ſuo venereo erupturum ex hiatu, vel rima ovarii ovulum exprimit, & patente ore ſuo, ac hiantibus veluti faucibus, excipit, fibrisque ſuis muſculoſis motu ſucceſſivo & periſtaltico ad uteri fundum usque rotat & pervolvit, ſecundum verba Johannis Gothofredi Bergeri *Phyſiolog. p. 461.* Non poteſt in coitus momento accidere, ut ova fœcundentur, ex teſti-

teſtibus expellantur, a tubis Fallopianis excipiantur & in uterum propellantur; ad hoc quippe aliquod tempus requiritur. Intra hanc tubam, non tantum ova, ſed etiam fœtus fuerunt reperti, quod ſignum, ova ire per has tubas ad uterum, vid. Theod. Craan *de Homin. cap. 16. p. 709.* Michael Bernhardus Valentini *Epiſtol. ad Joh. Dan. Dorſtenium de Monſtr. Haſſiæ*, ita ſcribit: Viam, qua ovula illa, embryonum typum continentia, ex ovario in uteri concameration pervenire ſolent, per tubæ Fallopianæ ductum ſucceſſive fieri, experimentis ſuis & figuris jamdudum obſervarunt recentiores anatomici, Ruyſchius, Graffius, Bartholinus, Diemerbrockius aliique. Quin & ipſæ ſæpe mulieres hos ovuli greſſus & progreſſus ſentire ſolent, quæ, ut ſub primos imprægnationis dies horrore quodam febrili ſuccutiuntur, ita paulo poſt per aliquot dierum ſpatium ad regionem iſchiaticam titillationem quandam perſentiſcunt, *es kitzelt ſo nach dem Schooſſe zu*, ſicut id ex orali curioſarum matronarum confeſſione quivis haurire poterit. Ut enim mediante titillatione hac ſenſibiles admodum tubarum uterinarum extremitates ovario applicantur, illudque ſingulari modo exoſculantur, ita fere ſenſus hic eousque perdurare ſolet, donec ſuperato tubæ ductu anfractuoſo in uterum protrudatur ovulum, & per affluentem ex arteriis pultem nutritivam ulteriora incrementa capiat. *v. M. N. C. Dec. II. an. 3. p. 480.* Juxta Carol. Drelincurt. *de conc. concept. Perioch. 15. p. 13. ſq.* non ſolum faucibus appendicum uteri ſorbentur ova, ſed & eadem in appendicum cellulas pedetentim devolvuntur. Imo e cellulis tandem ambagioſis illis & nerveo-carneis, quæ ſuis fibrillis ſeſe circum ova contrahunt, in uteri fundum usque demittuntur & rotantur. Franciſcus Stockhamer. *Microcoſmogr. cap. 7. p. 92.* Oviductus, inquit, ovaria e longinquo ambiunt, ſuoque fine in fimbrias lacero, ad ea accedunt, ut decidua ova recipiant deferantque ad uterum. vid. etiam Chriſt. Frid. Garmann. *Epiſtol. 100. p. 434 ſeq.* Joh. Frid. Ortlob. *Hiſtor. Part. diſſert. 36. p. 282. ſeq.*

§. 4.

Tuborum angustia. Annon tubæ circa insertionem in uteri fundum sint nimis angustæ, ut ovulum vix in uterum immittere queant? agit Johannes Conradus Peierus in Joh. Muralt. *Clav. medic. p. 409.* eo, inquiens, loco, quo tubæ uteri fundo utrinque inseruntur, angustiæ quidem apparent, sed non tantæ, quin stylo tenuiori introitus in uteri cavitatem facile patescat; quare, sicut ureteres, alias valde angustos, a calculo transituro plurimum aperire cernimus: vel quemadmodum uteri osculum internum tempore gestationis strictissime occlusum, instante partu, integrum fœtum transmittit, quidni pariter de istis anguſtiis concipiendum sit, illas eo conceptionis momento, quo ovulum ovario excussum ingressum in uterum affectat, reserari, ac quantum par est, ampliari. Maximæ difficultatis opus esse, hunc motum ovi ex ovario per tubam in uterum debito modo demonstrare, olim putabant medici, uti pluribus demonstrat Johannes Swammerdammius *de uter. muliebr. Fabric. cap. I. v. Biblioth. anat. Tom. I. fol. 497.* Quod confirmat etiam Petrus Stalpart van der Wiel *Exercit. de Fœt. nutrit. p. 6. seq.* modumque ita explicat: Ovum e veteri sede egressum magis commodam occupet, necesse est, ad quam non nisi per viam admodum angustam pervenit, nempe per tubam Fallopianam: quo pacto autem illam subintret, diu fuit litigatum, & adhuc sub judice lis est. Qua de causa nonnulli ignorantiam suam dissimulantes qualitatibus, nescio quibus, occultis adscripsere: nobis autem ad has, ignorantiæ totidem asyla, præsertim hic recurrendum minime est, quoniam hoc cuivis ad structuram, & situm tam ovarii, quam tubæ Fallopianæ, ac ad illa, quæ, dum fermento virili substantia ovi est infecta & turgescit, fiunt, recte attendenti satis clarum evadet. Ovario namque sensim turgescente, necesse est, ut etiam magis ac magis orificio dictæ tubæ appropinquet, aut vice versa, dum situs hujus tubæ ita se habeat, ut ejus orificium semper ovarium spectet, & quando ovarium intumescit, non solum accedit

dit ad tubam, reſpectu illius ſpatii, quod tum magis occupat, ſed etiam, quatenus increſcit & intumeſcit, membranam inter tubam & ovarium intermediam, ob figuram alam veſpertilionis dictam, reddit breviorem, ac proinde orificium tubæ quaſi ad ſe trahit, unde tandem illud (utero inſuper ſpirituum humorumque in ejus ſubſtantiam per feminarum ex voluptate palæſtræ venereæ, ejaculationeque virilis fermenti protractam imaginationem, majore influxu nonnihil tumefacto adjuvante) ovario, vel potius ovo, jam extra ovarium, ut ſolet vulgo ſemen extra terram, propullulanti fit contiguum: quo facto data eſt occaſio, ut ovum jamjam vinculis ſuis liberandum viribus propriis domicilium mutet. Ovum dictam tubam ingreſſum ulterius pergit, & gyris iſtis, qui tubæ, tanquam totidem valvulæ, ne illud repellatur, inſerviunt, poſt idem a preſſione partium circumjacentium, magis inflexis, uti & accedente majori ſpirituum influxu per tubam propellitur in uteri cavitatem &c.

§. 5.

Tubarum fimbrias, mentulæ ad inſtar languente venere languere, vigente vero vigere, id eſt, penis atque clitoridis ritu vel flaccefcere atque collabi, vel turgere atque porrigi; earumque fimbrias ſanguine ſpiritibusque venereis turgidulas huc & illuc attolli atque vagari, donec impetu cœco ruant in teſticulorum amplexus: Nam uti profecto feminæ v. g. bombycum papiliones apertum & erectum podicem cupidine cœca tamdiu jactant atque circumferunt, quam mari copulentur; ita prorſus muſculoſæ fimbriæ noſtræ ſeſe primum, manus ad inſtar, expandunt, ſeſeque totas deinceps in teſticulorum ambitum diffundunt, quos ſuis veluti digitis (erectis & expanſis quidem, ſed nonnihil tamen reductis) comprehendant atque comprimant. Præterea fimbriæ illæ iſthoc venereo ſuo complexu atque compreſſu aliquam e teſticulis hydatida, ſeu veſiculam limpidam elidunt, inque ſuas fauces, hoc eſt, in os patulum detrudunt; uti ſcribit Carolus Drelincurtius

de

de conceptu conceptus Perioch. 7. 8. 9. p. 5 seq. vid. etiam Eman. Kœnig. *Regn. anim. Sect. I. p. 77.* Tubarum ſubſtantia eſt carnoſa, ut motum habeat, utque ovulum facilius in uterum delabatur. Seminis virilis portio maxime volatilis a tubis ad ovarium usque transfluit ad ova fœcundanda. Seminalis hicce ſpiritus tubas pervadere non poteſt, quin motum ipſis imprimat: Hinc fit ut lacerum fruſtrum ovarium undiquaque amplexum veniat, adeo ut ovum, quod ſeminis ſpiritus fermentarunt, ſenſim ab ovario exſolvatur, membranam disrumpendo, ut tubam ſubeat tandemque in uterum deſcendat, juxta Petr. Dion. *Anat. demonſtr. 4. p. 226.* Exacte de ovuli ad uterum per tubas deſcenſu agit etiam Johannes Bohnius *Circul. anat. phyſiol. Progymn. I. p. 20 ſeq.* ſequentibus verbis: Ad uterum demum devolvitur conceptus per tubas, pari modo ac in oviparis per oviductum, quatenus primo ratione conformationis atque connexionis notabilis has uteri appendices & oviductum gallinaceum intercedit analogia: ſecundo harum extremitas fimbriata & muſculoſa poſt coitum fœcundum teſticulis propinquior, imo hos arctius complecti cernitur, ut præter Ruyſchii tabulam, qua in utero recens impregnatæ embryonem paucorum dierum, in illius teſticulo dextro aperturam & tubam ejusdem lateris proboſcidis inſtar ad ovarium reflexum teſtatur, aliorum anatomicorum obſervationes perhibent. Quibus tertio jungendum, quod in brutorum non tantum tubis, tertio, quarto &c. a coitu die ovula has permeantia, ſed fœtus quoque humani intra easdem aliquoties deprehenſi fuerint. Facit denique huc, quod tubis conſtipatis nulla in utero fiat conceptio. Cum vero tubarum extremitas patula, ratione cujus ovulum a teſticulo arripit, in homine aliisque viviparis ab hoc multum diſtet, nova de hujus applicatione & adductore emergit difficultas, ſeu qua mechanica pro ovulo immediate excipiendo teſticulis admoveantur: Siquidem quam Grafius ſuggerit, quaſi ſeminis maſculini blanda titillatio orificium illud fimbriatum adaptet, haud omni dubio caret,

ret, potiſſimum cum ejusmodi ſtimulus & vellicatio tubas has, tanquam conformationis fibroſæ, non tam explicare, ſed elongare, eorumque orificium averſum ſurſum reflectere ac teſticulis adaptare, quam corrugare atque retrahere valeat. Pro phænomeni itaque hujus ætiologia explicanda obſervandum, canales hos ratione ſuæ ſubſtantiæ, qua uterum, cujus appendices æmulantur, fibroſo-ſpongioſæ texturam corporibus penis nervoſis ſimilem fovere, hinc ab œſtro venereo, a maris ſemine impreſſo ad turgeſcentiam aliquam diſponi. Atque hac quidem tenentia potius a teſticulo, quam ad eundem exporrigerentur, niſi a fibris motricibus a teſticulis, vel immediate magis vel per ligamenta, ſub diverſis inclinationibus ad tubas excurrentibus, pariter a turgeſcentia illa genitali laceſſitis, tanquam totidem habenis ſeu loris revellerentur, & ad elapſuri ovuli exceptionem diſponerentur. Quod quidem eo commodius fit, quatenus earum laciniæ foliaceæ muſculoſæ, inſtar digitorum, teſticulum complectuntur, molliterque comprimunt, i. e. ovuli eruptionem non minus juvant, ac eliſum, apprehendunt, & per orificium anguſtius ac circularibus fibris firmatum ad tubæ ſinus latiores protrudunt, a quorum fibris muſcularibus ſucceſſive & motu quodam periſtaltico ad uteri cavum devolvitur. Binis vicibus tubas Fallopianas ad ovaria applicari ſtatuit Chriſtianus Johannes Langius *Phyſiolog. Th. 38. Oper. Tom. I. f. 227 ſeq.* & primo quidem illo tempore, quando genitalia mulieris a titillatione venerea tenduntur, & mentulæ virilis ad inſtar eriguntur, probabile eſt, has extremitates laciniatas ſimul expanſas & rigefactas, manus ad inſtar arripere & comprehendere ovaria, usque donec ſeminis virilis ſubtilior ſeu activa portio per patentes tubæ fauces ex utero illuc tranſierit. Quo facto tubæ hæ, languente venere, flacceſcentes ac pendulæ rurſum quoque fiunt, adeo ut æque ac antea a teſtibus prorſus remotæ intuentibus ſe offerant; Deinde, quando ovulum fœcundatum ſpatio aliquot dierum ab intumeſcente corpore glanduloſo, diſruptis tu-

nicis, intra Fallopianæ tubæ extremitatem, ovario jamjam altera vice ad motum, protruditur.

§. 6.

Tubæ ovariis applicatæ. Revera autem tubas Fallopianas teſtibus muliebribus ſive ovariis poſt coitum applicari teſtantur obſervationes atque icones ſeu figuræ ab autoribus annotatæ, qualem uteri non diu poſt imprægnationem e corpore diſſecti iconem, in qua tuba ſiniſtra ipſi ovario inhæret, communicat Godefridus Bidloo *Anat. hum. corp. Tab. 53.* In teſte dextro foramen excavatum & tubam illius lateris incurvatam, & proboſcidis inſtar reflexam obſervaſſe Fridericum Ruyſchium, refert Michael Ettmüllerus *oper. Tom. I. fol. m. 162.* Ipſe autem Ruyſchius *obſervat. de ovo in uter. hum. repert.* inquit: pars tubæ Fallopianæ proboſcidis inſtar, ad ovarium torta videbatur, vt ovum maturum exciperet. v. Biblioth. anat. *Tom. I. f. 738.* Hujus obſervationis meminit etiam Joh. Gothofr. Bergerus *Phyſiol. p. 456 ſeq.* inquiens: primus & clare Ruyſchius in muliere brevi ab imprægnatione interempta ovi nuper excluſi in teſticulo ſedem, partemque tubæ, proboſcidis inſtar ad ovarium tortam, ut maturum exciperet ovulum, vidit & demonſtravit. In utriusque ſexus cohabitatione foliacea tubæ alterutrius ornamenta ſæpius ad ovarium applicari, per experientiam Valliſnerii atque Littre confirmat Franciſcus Maria Nigriſoli. *vid. act. erudit. Lipſ. an. 1714. menſ. Novembr. p. 521 ſeq.* Inquit etiam Johannes Swammerdamus *mirac. natur. cap. 1.* Quod in gallinis nonnunquam fieri obſervavimus, ut infundibulum membranoſis ſuis expanſionibus ipſum ovarium amplectatur, idem in mulieribus tempore conceptionis, ubi ovum deponitur, accidere, & tubam applicatam orificio ſuo ipſum ovum excipere credemus, tantiſper, dum meliora ſuccurrant. v. Biblioth. anat. *Tom. I. fol. 495.* Tubam dextram inſigniter dilatatam ovulum ejusdem ovarii amplexantem Buſſiere deprehendit. v. Joh. Gugl. Pauli *Annot. in Joan. van Horne Microc. p. 241.* Utriusque ſexus cohabitatione foliacea tubæ alterutrius ornamenta

menta ſæpius ad ovarium applicari, per experientiam Valliſnerii atque Littre confirmat Franciſcus Maria Nigriſoli *v. act. erudit. Lipſ. 1714 menſ. Novembr. 522.* Tubarum extremitates ova e teſtibus prolabentia excipere judicamus, quia utplurimum in brutis tubarum extremitatem teſticulos tam accurate amplectentem invenimus, ut quicquid ab his prolaberetur, nec eſſario in tubarum capacitatem incidere deberet: quod tanto liberius aſſerimus, cum in variis quadrupedibus extremam tubarum expanſionem ejuscemodi, ut oviductus infundibulum, quod in avibus vitellos excipit, efformatam offenderimus, inquit Regnerus de Graaf *de mulier. organ. cap. 14. p. 351.* In cadavere viraginis annos duodeviginti natæ, atque Romæ phrenitide ab utero denatæ, lævam Fallopianam tubam, ad ovarium arrectam, inque ejusdem pampinis ſeu laciniis contentum ovum, figura & magnitudine columbinum exæquans, ut & colore, denſaque & albida membrana teſtæ loco obductum invenit Jacobus Vercellonus. *vid. Ephemerid. acad. N. C. Cent. VII & VIII. obſ. 9. p. 23. ſeq.* In canibus poſt coitum tubas ovariis applicatas vel verſus eadem tenſas ſæpe mihi obſervare licuit. Puerpera juvencula pridie puellam enixa alium adhuc mortuum in utero habebat fœtum; quæ cum ſequenti die fatis conceſſiſſet, a Bernhardo Albino ſecta exhibebat teſtes, ovis turgidulis, pellucidis & copioſis refertos: e dextro teſte pollicis latitudine, mediantibus vaſis ſanguiferis verſus tubam Fallopianam, ovum pendebat, quod magnitudine piſum majus adæquabat. *vid. M. N. C. Dec. IV. obſ. 94. p. 187.* Porro fœtum in ovariis quandoque reperiri, teſtatur Dn. Littre in *Act. Erudit. 1706. menſ. Jun. p. 265.* Incredibile equidem videbitur multis, in ovulo cum ovario cohærente cerni poſſe fœtum, quem tamen laudatus anatomicus, eumque tres lineas longum, unamque lineam cum dimidia craſſum, & interveniente tenuiſſima chorda membranis veſiculæ annexum, in hac ipſa duabus aliis minori atque ovario feminæ ſiniſtro majori inexiſtente, diſtincte cum aliquot ejus partibus luſtravit. *Fœtus in ovario.*

§. 7.

Ova in tubis. Nonnunquam etiam ovula in ovariis imprægnata atque per tubas Fallopianas ad uterum tendentia ab ulteriori deſcenſu a variis cauſis impedita in iisdem ab anatomicis ſunt deprehenſa. Anno enim 1694. Dn. Buſſiere, anatomicus & chirurgus Gallus, in diario eruditorum Pariſienſi gallico ſermone exhibuit epiſtolam de ovo in tuba Fallopiana cadaveris fœminini diſſecti reperto. Poſtquam enim fœminam juvenem, quæ non multo ante peperierat, aperuit, tubam dextri lateris verſus extremitatem ſuam præter ſolitum diſtentam, verſus matricem vero paulo diminutam deprehendit. Pars vero eum in modum dilatata ſeſe incurvabat totumque fere ovarium amplexabatur, cujus membranæ tam firmiter adhæreſcebat, ut non niſi vi ab ea divelli ſeſe pateretur. Tandem tuba ab ovario ſeparata, ovum conſpectui aperte oblatum fuit. Æquabat autem magnitudine avellanam, ejusque tres quadrantes extra ovarium per foramen ibidem factum jam prodierant, ut illi non amplius adnexum videretur: Nihilominus tamen, cum auferre illud operator niteretur, per exiguum quendam, ſatis tamen durum petiolum adhuc adhærere obſervabat, per quem vaſa quædam ſanguinea pertranſibant, vid. Andr. Ottom. Gœlicke *Hiſtor. chirurg.* §. *272. p. 186.* In tubæ Fallopianæ pampinis ſeu laciniis contentum ovum figura & magnitudine columbinum exæquans obſervaſſe Jacobum Vercellonum, paulo ante ex Ephemerid. acad. N. Cur. *Cent. VII. obſ. 9. p. 24.* adduximus. Ovula in tubis diu poſt copulam etiam fœcundam inveniri, imo ibi affigi ac fœcundari, ſcribit Daniel Hoffmannus *Annotat. ad hypotheſ. Goveyan. p. 69.*

§. 8.

Conceptus tubarius. Quandoque etiam accidit, ut ovum ita fœcundatum ob varias cauſas in tubis uterinis diutius perſiſtat & fœtus ibidem majus incrementum vel totam etiam perfectionem acquirat, taliſque fœtus vocatur tubarius vel etiam conceptus tubarius quaſi con-

conceptio in tubis facta ſit. Inquit enim Theodorus Craan *Diſſert. de homin. cap. 162. pag. 709.* intra hanc tubam non tantum ova, ſed etiam fœtus fuiſſe repertos, quod ſignum, ova ire per has tubas ad uterum: Ejusmodi obſervationes aliquot annotavit Johannes Riolanus *Anthropogr. Lib. II. cap. 35. fol. 180.* Decem, inquiens, anni ſunt jam elapſi ab eo tempore, quo hæc ſcribo, quod chirurgus Pariſiis, præſentibus medicis in mortua muliere diſſecta, puſillum fœtum optime conformatum in cornu dextro uteri, ſive tuba, invenit. Similem fœtum a ſexaginta annis in iisdem vaſis Pariſiis viſum fuiſſe, a chirurgis fide dignis mihi narratum eſt. Sed recens habemus exemplum de lotrice linteorum cubiculi reginæ, ab aliquot annis in ejus corpore inventus fœtus pollicis longitudine & craſſitie bene conformatus, intra uteri cornua locatus, qui dolores adeo crudeles per quatuor menſes excitavit, ut tandem vitam cum morte commutarit, menſe graviditatis ſeptimo. Id reſcivi ab eruditiſſimis doctoribus Pariſienſibus, qui apertioni cadaveris interfuere, Petro Seguino, ſcholæ noſtræ ſeniore, primario reginæ medico, & P. Yvelin medico regis & reginæ, qui hiſtoriam a ſe deſcriptam mihi dedit, & fœtum, quem adhuc ſervat, oſtendit. In hiſtoria inter alia hæc habentur: Diſciſſo abdomine poſt magnam ſanguinis copiam in conſpectum venit tuba uteri in ſiniſtro latere, ſupra modum tumefacta, eaque aperta deprehenſus fœtus bene formatus, plusquam bimeſtris, involucro carneo obvolutus, quod ſecundinam referebat. Iſtud prodigium reginæ totique aulæ regiæ demonſtravit. Exemplum ſimile Auarici Biturigum ferme ab annis triginta obſervatum fuit, de quo dictus Riolanus *l. c.* plura refert. Quanquam, juxta Thom. Bartholin. *anat. lib. I. cap. 17. p. 260.* teſtetur Guido Patinus, ſucceſſor Riolani, nunquam id credidiſſe Riolanum, ſed tantum ſcripſiſſe, ne fidem videretur derogare aulico narranti. Benedictus Vaſſalius equidem in muliere quadam duas matrices atque in utero adjuncto fœtum ſe reperiſſe ſtatuit, vid.

dem ſtatu ac dum alias utero gereret, hoc uno excepto, quod toto illo tempore nihil lactis in mammis apparuerit. Fœtus vivacis motum fortiorem & auctum ſentiebat, fœtumque loco non conſveto, ſed paulo altiori, ſitum eſſe deprehendebat; ubi vero inſtaret parturiendi tempus, tum magnos dolores ſentiebat, tum etiam motus in fœtu vehementiores, adeo ut jam partus appropinquare videretur; verum omnia irrito prorſus ſucceſſu. Nam præter crebras & magnas inſueto in loco motiones nullus fœtum egerendi conatus aderat: Exinde omnis ſpes partus legitimi evaneſcebat, & ceſſante tunc omni fœtus motu, ac paulatim melius ſeſe habente ægra fœtum fato ceſſiſſe non dubitabatur. Elapſo menſe decimo fluxerunt de novo menſtrua per totam geſtationem ſuppreſſa, neque jam amplius motus aliquis in fœtu deprehenſus, ſed pondus tantum iners & incommodum. Circa Menſem decimum octavum muliercula ledo decumbere cogebatur; de dolore acuto circa umbilicum conquerebatur, quem ulcus fungoſum ſubſequebatur. Menſe a prima conceptione vigeſimo primo dictus Cyprianus, cum ægram conſpexiſſet; & omnes circumſtantias ad examen revocaſſet, eam fœtum mortuum geſtare aſſerebat. Hinc dilatato tantisper ulceris fiſtuloſi orificio digiti minoris apicem immiſit, eoque fœtus os parietale ſe contingere credebat. Ex iis audacior factus, & de ſitu etiam ſecurus fœtum in tuba dextra uteri latere nulla mora pronunciabat, ægramque admonebat, ſi ſectionem admittere vellet, ſpem adhuc aliquam ſalutis ſupereſſe, cum cæteroquin mors miſeranda eam præſtolaretur. Ipſa interim jam ſeſe movere non poterat, aut alimenta capere, verbo morti vicina: Itaque admonitioni faciles præbebat aures, atque conſtanti animo ſe quodlibet paſſuram dicebat, ut quamprimum fœtus eximeretur. Omnibus igitur ad exciſionem paratis hoc modo operator procedebat: Introducto per ulcus ſtylo abdomen a latere dextro aperuit, ac indicem digitum immiſit: ubi vero ſe intra tubæ Fallopianæ cavitatem perveniſſe deprehendebat, juxta rectitudinem

tudinem lineæ albæ, forcipe ſupra digitum poſito, deorſum verſus ſciſſuram faciebat, quantam una vice poterat. Tunc fœtus illico in conſpectum veniebat, isque juſtæ magnitudinis. Hunc ut facilius absque ulla vi eximeret, aperturam utrinque producebat ad pedalem usque longitudinem, manuque ſiniſtra leviter premendo inteſtina, alias operationem turbatura, ſi motu diaphragmatis extruderentur, in cavitate detinebat, fœtumque absque multo negotio integrum extrahebat &c. Hanc Cypriani epiſtolam etiam Gallice editam dans le Chirurgien d'hoſpital de Belloſte, Amſtelodami 1707. reperimus.

§. 10.

Sequentes obſervationes refert Daniel Meno Matthiæ *obſerv. 19. p. 106 ſeq.* Anno 1676. Koyskavolæ feminam in tertium menſem gravidam diſſectam, (quæ maligna febri interempta erat) viſitabamus, & in cornu dextro materiam limpidam, in ſiniſtro fœtum femineum eſſe contentum vidimus. In juvenca laniatoris, violentia in mortem miſſa ad duodecimum diem gravida, primum fœtum gerenti, inveni hic in Zælandia, anno 1681. rudimenta embryonis in cornu dextro; Et ut eo clarius ob oculum poneretur curioſo, tabulam æream appoſuit dictus autor, in qua locum in dextri lateris cornu, ubi embryo fuit exſciſſus, ſimul notavit. Il eſt certain qu' on a veu à Paris deux ou trois fois des fœtus formez dans le tuba uteri, dont on n' a jamais pû ſauver les meres. *v. Journ. des Savans Tom. V. p. 134.* Paulus Bernhardus Calvo, chirurgus Taurinenſis, cum academia ſcientiarum communicavit obſervationem raram fœtus in ſacco ex membrana tubæ dextræ exteriore formato concluſi. Poſt nonum menſem, cum mater tumorem prope umbilicum contraxiſſet eundem aperuit, & fœtum jam putredine correptum extraxit, matre undecim ab operatione diebus elapſis mortua. Notatu dignum eſt, quod mater toto geſtationis tempore omni prorſus lacte in mammis deſtituta fuerit. *v. Act. Erudit. Lipſ. an. 1719. menſ. Aug. p 343.* Plura exempla conceptus

Aliæ obſerv.

tubarii *in Spermatolog. noſtr. cap. IV. §. 7. p. 170 ſeq.* adduximus. De partu conceptionem tubariam ſecuto ſequentem obſervationem exhibuit Verderius in Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gallic. an. 1. Decembr. obſerv. 1. p. 178. ſeq.* Juvencula quædam mulier, cui nomen Lataba, mihi ſe obtulit, tumoris duri, rotundi gratia, amborum pugnorum magnitudinem propemodum æquantis, intra nothas coſtas lateris dextri eminentis: Etſi tunc temporis vivido eſſet & florido vultus colore, menſtruæ purgationes non prohibitæ, anorexia non adeſſet, nulla pica vel malacia, mammarumve intumeſcentia, nullumve graviditatis familiare ſymptoma conſpicuum. Ex ſententia tamen Verderii tumor ille ortum duxit a fœtu in tuba uteri concepto. Opinionis fundamentum fuit, quod tumor dictus non ſolum doloris expers, caloris, gravitatis, febris nulla conſequuta eſſet, in ſuperficie nulla coloris immutatio, ſed præſertim quod in dies augmentum capeſſeret, prægnanti nullam moleſtiam inferens; ſi quasdam concuſſiones exceperis, iis propemodum ſimiles, quas fœtus ſe commovens infert. Revera, a præſcripto levi exercitio, per Verderium, ab opinione concepta non recedentem, litu præterea partis tumidæ ex oleo liliorum ad partium relaxationem, exitumque facilem fœtus procurandam tribus exactis hebdomadis peperit muliercula puellam vivam, terminum naturalem propemodum adeptam. Utrum vero & qua ratione ejusmodi fœtus maturus partuique proximus ex tubis ad uterum pervenire naſcique poſſit, maximum adhuc dubium videtur, ſiquidem a tali fœtu tubario ille tubæ locus, in quo per tantum temporis ſpatium fœtus hæſit, absque dubio ſucceſſive ita expanditur, ut poſtmodum fœtus per reliquam, exinde nimis coarctatam tubæ partem, ejusque anguſtum uteri fundum penetrans, oſculum ſive foramen, minime pertranſire, ſive ad uteri cavitatem. quæ alias a fœtu primum minimo, ſenſimque incrementum ſumente, ſucceſſive tantum in fœtus usque domicilium expandi ſolet, ingredi vel propelli poſſit, ſiquidem reliqua con-

ceptus

ceptus tubarii exempla tam fœtui, quam matri mortem intuliſſe leguntur.

11.

Varia tamen dubia adverſus hiſtorias de fœtibus in tuba repertis movet Philippus Jacobus Hartmannus *M. N. C. Dec. III. an. 9. & 10. obſ. 191. p. 346. ſeqq.*

CAPUT VI.

De fœtu in abdominis cavitate.

§. 1.

INſuper etiam nonnunquam ovula, in ovariis fœcundata, vel ob nimiam ſuam magnitudinem, vel ob nimis anguſtum ſeu parvum tubæ Fallopianæ oſculum, vel etiam ob tardiorem motricium tubæ fibrarum motum & ſegniorem ad ovarium applicationem, a dictis tubis excipi non poſſunt, quapropter ex ovario ſecedentia in abdominis cavitatem prolabuntur, ibidemque interdum absq; dubio pereunt, atq; annihilantur, vel etiam in commodis locis radices figunt ſicque ſenſim atque ſenſim ad majorem molem, vel in perfectum fœtum excreſcunt. Vel ſecundum verba Dionis *des Accouchemens lib. I. cap. II. p. 92.* Il eſt arrivé quelque fois, ſoit par groſſeur de l'oeuf, ſoit par l'etroiſſe du paſſage, que l'oeuf s'eſt arrêté dans le conduit dela trompe, qui ne pouvant pas aller plus loin, s'y eſt germe, y a jetté des racines, qui ſ'etant abouchées avec les vaiſſeaux de la trompe, comme il auroit fait avec ceux de la matrice, ſ'il y etoit entré, ſ'eſt nourri & aggroſſi jusqu' a un certain degré; mais la membrane de la trompe n'étant pas capable d'une auſſi grande diſtenſion, que celle dela matrice, elle ſ'eſt creveé, & l'enfant eſt tombé dans la capacité du ventre, où il a, quelque fois reſté mort pluſieurs annees, & d'autres fois cauſe la mort à ſa mere dans le tems, qu'il a forcé ſa priſon. Id confirmat Theodorus Craan *Diſſert. de homin. cap. 162. p. 709.* obſervarunt, inquiens, conceptum fuiſſe factum intra abdominis cavitatem; quod ipſum

Ovula in abdominis cavitatem prolapſa.

accidere potuit, quatenus ſpiritus ſeminis maſculini penetraverit ad teſtes muliebres, illicque ovum fœcundum fecerit; quod non fuerit apprehenſum a foliis tubæ Fallopianæ, atque ſic exciderit in abdominis cavitatem, illicque poſtmodum conceptio fuit facta.

§. 2.

Fœtus extra uterum. Huc pertinet etiam hiſtorica relatio Petri Dionis de utero duplici in femina obſervato, vel potius de fœtu ex ovario in cavitatem abdominis prolapſo. *vid. M. N. C. Dec. II. an. 2. app. 475.* qui *p. 478.* refert, quod, cum incidiſſet tegumenta, muſculos & peritonæum, partes viderit contentas, & primo quidem, quod oculis ſe obtulerit, infans fuerit, ſuper inteſtinis incumbens, annexus etiamnum chorda ſua umbilicali ſecundinis ſuis &c. De fœtu extra uterum reperto elegantem obſervationem Venetiis a Jacobo Grandio factam, delineatam Caſparo Bartholino monſtravit Franc. Nazarius, in naturæ ſcientia verſatiſſimus, ubi non ſolum fœtus extra uteri cavitatem cernebatur, ſed & ovum delapſum, in quo primum rudimentum fœtus viſum aſſerebat, v. Caſp. Bartholin. *de ovar. Mulier. p. 36.* Cujus etiam generis phænomenon *Anglorum philoſ. transact. 147.* inſertum eſſe refert Johannes Bohnius *Circul. anat. phyſiol. Prog. I. p. 12.* quo loco ita pergit: Canis femellæ gravidæ fœtus a percuſſione intra ejus viſcera moriuntur & in tabum abeunt, cujus etiam aliqua pars per cervicem uteri excernitur: quo non obſtante eadem denuo imprægnatur & moritur. In cujus cadavere diſſecto cornua uteri priorum catulorum oſſibus & carnibus putrilaginoſis omnimode effarcta, conceptus vero poſteriores abdomini inhærentes cernebantur, ſine dubio, quod in teſticulis actuati cornua conſtipata intrare haud potuerint. Quibus addenda, quæ Dn. de S. Mauritio in femina quadam ante triennium circiter deprehendiſſe abbas de la Roque *Journal. de Medic. no. 1.* refert. Hæc octo olim infantum felix puerpera ex ſymptomatis ordinariis ſe gravidam credebat, poſt bimeſtre vero animi deliquio corripitur, ſudore frigido & aſphyxia, cum torminibus

nibus inguinis dextri, ad renalem usque regionem expansis ac parturientium tandem conatibus similibus. Sub quibus cum vita defungeretur, in abdomine ejus aperto præter cruoris abundantiam singularem masculinus fœtus perfectus, tunicis evolutus, pollicem crassus ejusque duas tertias longus, testiculus dexter sinistro quadruplo crassior, in parte a tuba aversa laceratus, cruore refertus ac procul dubio a grandescentis inibi fœtus mole disruptus reperiebatur, tuba ejusdem lateris naturaliter & instar sinistræ se habente, ac utero constitutionem ac magnitudinem non imprægnati exhibente. Fœtus novimestris in matris extinctæ abdomine ita locatus apparuit, ut modo denatus capite in latere sinistro juxta spinam dorsi extra tunicas perruptas deorsum propendens, pedes sursum sub ventriculo & colo protenderet, ac reliquum ejus corpus omento cooperiretur; placenta vero, quæ alias uterina dicitur, sub ventriculo & colo vasis epiploico gastricis adhæreret. Cujus extraordinariæ connexionis duæ conjiciuntur causæ, vel quoniam ovulum maternum a semine masculino fœcundatum tuba Fallopiana excipere non potuit, vel exceptum etiam paulo post demisit; utroque autem modo ovulum tale abdominis cavitatem incidere atque ventriculi & omenti vasis sanguiferis in nutritionis ac incrementi gratiam adhærescere valuit, uti ex Johannis Josephi Courtial observ. sur les os recensent Domini Collectores Actor. Erudit. Lipsi. *1710. mens. Mart. p. 137.* Ipse autem Courtial hanc observationem describit *l. a. cap. 10. p. m. 87 seq.* ubi inter alia ita scribit: Je crûs, que cet enfant s'etoit echapé dela matrice ou de ses trompes, & je m'attachai à decouvrir d'où il s'estoit sort. J'examinay la matrice dans tante sa superficie externe, & je la trouvay par tout fort unie, sa cavité le fut de même, les trompes dans l'etat naturel & les testicules aussi. Eandem observationem ex Courtialis allegato tractatu refert Jean Palfyn *dans le description anatomique p. m. 99 seq.* Morinus chirurgus fœtum observavit extra uterum formatum, placenta ad primam, secundam & tertiam vertebram

lumborum adhærente. vid. act. erudit. Lipſ. *an. 1720. menſ. Mart. p. 131.* Et Daniel Tauvry dans le traité *de la Generat.* ex ovario per tubas Fallopianas ad uterum deferri ovulum, probat per fœtus interdum extra uterum conceptos, caſum ſuitemporis commemorans de fœtu intra abdomen concepto, placenta non utero, ſed aliis ventris partibus alligata. Hunc vero caſum rariorem pronunciat, non quod ſæpius ex ovario in abdomen non cadant ovula, ſed quod illuc cadentia non commodum ſemper reperiant locum, ubi alligentur & nutriantur. *v. act. erudit. Lipſ. 1706. menſ. Novembr. p. 526.* De generatione infantum in abdomine extra uterum varia a Dominico Anel in tract. *de guerir les fiſtules lacrym.* recenſeri exempla, referunt acta erudit. *an. 1718. menſe Januar. p. 15.* Il eſt quaſi inouy de voir le fœtus tres-bien formé hors de la matrice, comme M. de Monconnys le rapporte d'une femme d'Orleans, dans la quelle on en trouva un aprés ſa mort en 1661. dans l'eſpace, qui eſt entre la matrice & l'inteſtin, qu'on appelle rectum. vid. Journal des Savans *Tom. V. p. 133.* Vel juxta verba Cornelii Stalp. van der Wiel *obſ. rar. cent. poſt. obſ. 50. Schol. pag. 320.* in mulieris cujusdam, Aurelianenſi in noſocomio diſſectæ, quæ poſt multos dolores irritosque in pariendo conatus obierat, cavitate abdominis, inter uterum & inteſtinum rectum fœtum optime ſe habentem, illæſa matrice, repertum fuiſſe, utut non diu matri ſuperſtitem, memorat de Monconnys. vid. etiam *M. N. C. Dec. I. an. 1. obſ. 110. p. 255 ſeq.*

§. 3.

Fœtus Dolensis. De puero nullo apparente ulcere, aut cicatrice, in civitate Burgundiæ Dolenſi extra uterum, anno 1661. reperto, discurſum edidit Arnoldus Senguerdius, ſub nomine de oſtento Dolano; Hujus infantis involucra omnia calculoſa & cartilaginoſa erant, quibus diſſectis humor ſeroſus effluebat, colore ſubcroceus, minime fœtens. Hoc humore quoad libras circiter ſexdecim educto, offert

offert ſe fœtus femineus, firmiter adjacentibus partibus adhærens: a quibus avulſus deprehenditur omnibus ſuis partibus, abſolutus, non majoris magnitudinis, quam ordinarius fœtus eſſe ſolet. vid. Senguerd. *l. a. p. 5.* Huc pertinet etiam fœtus lapideſcere incipiens, extra uterum in abdomine mulieris Muſſipontanæ, cujus uterus tam illæſus intactusque repertus eſt, quam qui maxime nullo prorſus obductæ cicatricis veſtigio, de quo vid. Thom. Barthol. in *hiſtor. anat. Cent. VI. obſ. 92. p. 359 ſeqq.* item collectan. de diuturn. Gravid. *p. 30 ſeq.* vid. etiam *M. N. C. Dec. I. an. 3. obſ. 12. p. 15. ſeq.* item hiſtor. fœtus Muſſipont. in Joh. Bened. Sinibald. *Geneanthrop. app. a p. 1. usque 158. ſeq.* Thom. Bartholin. *de inſolit. Part. viis cap. 11. p. 78. ſeqq.* Ejusd. *Epiſtol. med. Cent. IV. Epiſt. 368.* hic fœtus in abdomine mulieris cujusdam anno 1659, illæſo utero repertus eſt. vid. Cornel. Stalp. van der Wiel *Cent. poſter. obſ. 30. Sch. p. 320.*

4.

Mira etiam narratur hiſtoria de femina quadam Toloſana, quæ ab anno quinquageſimo ſecundo usque ad ſeptuageſimum octavum præteriti ſeculi, hoc eſt totos viginti quinque annos, gravida fuit, non autem peperit; in demortua tandem latuit infans extra matricem in cavitate abdominis, nulla putredine correptus; uti refert Johannes Conradus Peyerus *Exercitat. 16. ad Harder. p. 79.* De hac obſervatione Nicolaus Blegny *Zodiac. med. Gall. an. 1. Januar. obſ. 9. p. 9.* ita ſcribit. Ultimis menſibus anni 1652. Margaretha Matthieu, uxor Johannis Pugelii, pannorum tonſoris Toloſani decem ante liberis felici partu excluſis, undecimam graviditatem patitur: ſub finem ultimi imprægnationis menſis partus dolores experitur, præ quorum vehementia lectulo ſe committit; quæſitus eſt chirurgus obſtetricans, qui exploratione manuum præmiſſa, naturam ad partum nequaquam ſe accingere aſſeruit; urgent tamen vehementiſſimi dolores, toto bimeſtri crudeliter pertinaces, grumis aliquot ſanguinis ex utero ſecedentibus. Exacto primo illo tempore trium fere menſium curriculum elapſum eſt cum *Fœtus Toloſanus.*

cum moleſtis torminibus, prioribus licet minus infeſtis, comite tamen continuo materiei purulentæ effluxu: exinde collapſæ reſurgunt vires, uterus effundere deſinit, at ſola ſupini decubitus neceſſitas dolorum inſigne levamen afferebat, oneris enim pondus, quemcunque alium ſervaret ſitum, maxime illi erat moleſtum, quod de loco in locum provolvi obſervabat, quoties in alterutrum latus commoveretur. Sic conſtituta ſpatium octodecim aut novendecim annorum exegit. A primis illis annis usque ad an. 1675. maſſa illa magnitudine & pondere adeo infeſta, eo minus moleſtiæ intulit, quod in ventre immota maneret, quodammodo ſuſpenſa, ne minimum agitationis indicium præbens: Tandem 17. Junii ejusdem anni prægnans febre continua ſexageſimo ſecundo ætatis anno obiit, poſt cujus ſectionem deprehenſum eſt corpus lapideæ duritiei &c. De hoc fœtu epiſtolam Franciſci Bayle communicat Johannes Dolæus *M. N. C. Dec. II. an. 8. obſ. 134. p. 293. ſeq.* in qua dictam mulierem die 22. Junii 1678. fato functam ſcribit, nullius autem lapideæ duritiei mentionem facit, ſed frontem, aures oculos, naſum os materia quadam cartilaginoſa, digitum transverſum craſſa, obducta fuiſſe, corpusque iſtud etiamſi jam ante tres dies a matris abdomine fuerit exemtum, omni penitus fœtore caruiſſe refert.

§. 5.

Gemelli in abdomine. Rara quoque eſt obſervatio de gemellis per conceptionem tubariam extra uterum in abdominis cavitate repertis a Franciſco Mayr annotata *M. N. C. Dec. III. an. 4. obſ. 78. p. 167 ſeqq.* Matrona ſcilicet illuſtriſſ. 37. annorum, ante ſeptem jam annos poſt ſterile octo annorum ſpatio matrimonium, conceperat, omnia ſigna habens felicis imprægnationis; at, transacto jam legitimo temporis ſpatio ad parturiendum, omnis ſpes fœtus evaneſcere cœpit, ac mola ſubeſſe a medicis judicabatur; ab eo tempore illuſtriſſima patiens quoad omnia melius valebat, menſibus etiam rite fluentibus, atque in tali ſtatu per ſpatium ſeptem fere annorum vixit; tandem vomitu quaſi continuo materiæ bilioſæ atque fœtidiſſi-

tidiſſimæ ſuperveniente animam exhalabat. In hujus matronæ cadavere ſub peritonæo diſſecto informis maſſa, totum ventrem complens comparuit, ſubjacentibus partibus tenaciter adhærens. In hac per ſeptem fere annos in ventre latitante maſſa caput infantis, capillis undique contectum ac fœtus feminei ſexus omnibus membris abſolutus ſeptemque fere annis ventre materno occluſus ſe in conſpectum dedit. Præter hanc autem maſſam iterum alia trium pugnorum magnitudine, durior & priori haud abſimilis, intraque femora ac pedes, quorum genua verſus umbilicum erigebantur, præfati fœtus tenaciter adhærens apparuit, qua aperta alter fœtus, maſculus quidem, ſed priori minor, membris tamen omnibus perfectus, exemptus partum gemellum, fratris ſcilicet & ſororis, exhibuit. Hos autem gemellos extra uterum atque in ovario muliebri vel tuba Fallopiana formatos fuiſſe, probabile videtur, cum diſſectum uteri corpus omnino integrum ac naturaliter ſe habens fundusque ipſius illæſus ac in magnitudine naturali nil prorſus immutatus apparuerit.

§. 6.

Dantur equidem adhuc alia fœtuum extra matricem in abdomine repertorum exempla, quorum tamen cauſa non a conceptione, ſeu ovuli ex ovario in abdominis cavitatem prolapſu, ſed potius ab uteri, ante vel in partu difficili, ruptura vel dilaceratione dependet; de quibus, cum proprie huc non pertineant, pluribus infra agemus. Ex hactenus interim recenſitis caſibus elucere videtur, quod, licet uterus ob coitus ſeminisque recipiendi, imprimis autem fœtus excludendi commoditatem ad communem generationis normam ſit neceſſarius, ad conceptus tamen domicilium aliæ quoque corporis cavitates uteri vices ſupplere, ova etiam fœcundata aliis extra uterum partibus annecti, fœtusque ſufficiens ad maturitatem nutrimentum accipere poſſint, quod etiam interdum in brutis obſervatur; curioſiſſimam enim Petri Romelii obſervationem de lepusculis extra uterum repertis communicat Chriſtianus

Fœtus in abdomine a ruptura uteri.

Lepuſculi extra uterum.

nus Franciſcus Paullini *Lagograph. curioſ. Sect. I. cap. 3. §. 35. p. 81.* Nimirum venator quidam leporem ſat magnum ictu ſclopeti proſtraverat, inque ejus penetralibus duos magnos globos, pomum arantium mediocre magnitudine fere æquantes, offendit, alterum in gyris & plicaturis inteſtinorum, alterum proxime ad ventriculum; de quibus unicum ſaltem, & quidem minorem, juſſu domini ſui, Romelio obtulit, qui non prorſus rotundus, at duriſſimus, quaſi ligneum aut oſſeum quid intus lateret. Cultro tandem aliquali inciſione per membranam facta, ſtatim piloſi quid animadvertit, ita ut primo crediderit, nil aliud, quam ex pilis & variis fibrillis, filamentis ac ſtaminibus compactam & conglobatam maſſam, ſeu tophum membrana obductum eſſe. Verum, inciſione magis dilatata, lepuſculum omnibus membris perfectum, pilisque longis obſitum & minime monſtroſum, ſitu pereleganti in volucro membranaceo, tanquam thecæ, incluſum, inter inteſtina & prope ventriculum invenit.

§. 7.

Fœtus extra abdomen. Quamvis autem tale in ovario fœcundatum ovulum abdominis cavitatem incidens, variis omenti, ventriculi aliarumque partium vaſis ſanguiferis, in nutritionis & incrementi gratiam, adhæreſcere valeat; utrum tamen tale ovulum ad alias quoque partes extra abdomen propelli, ibidemque annecti atque in plenariam fœtus formationem abire poſſit, res ſane dubia altiorisque indaginis adhuc videtur. Interim varia ejusmodi exempla apud autores leguntur, e. g. de fœtu extra abdominis cavum in inguine hærente, autor quidam nomine Gofey ſequentem recenſet obſer-

In inguine. vationem: Anno 1706. menſe Auguſto virgo quædam, annorum viginti, tumorem in dextro inguine, magnitudine ovum gallinaceum æquantem gerebat, quem viſum Gofey ſtatim pro bubone venereo habebat. Tumor ſemſim ſenſimque ſine ullo dolore creſcebat, obq; inæqualitates pro epiplocele medicus illum habuiſſet, niſi ob pulſus arteriarum ibi obſervatos ſuſpicio nata fuiſſet de a-

nev-

nevriſmate interno. Virgo tumorem illum ſenſim ſenſimque majus acquirere volumen obſervans (cum intra duorum menſium ſpatium molem panis libram pondere æquantem attigiſſet) precibus inſtabat illisque tractationem curatoriam extorquebat, ut Gofey operationem bubanoceles tandem inſtituere decreverit. Sumtis igitur ad manus inſtrumentis neceſſariis inciſionem integumentorum modo ordinario inſtituit, atque ſubjacentem ſaccum aperuit. Quo aperto parvulus quidam fœtus dimidium pedem longus conſpectui ſe ſiſtebat, quem ſtatim, erat enim vivus, baptiſmi aquis Gofey conſpergebat, funiculumque umbilicalem prius ligatum, modo ordinario abſcindebat. Quantum dicto autori licuit conjicere ex ſignis externis oculo obviis, fœtus ille menſem ſecundum vel tertium attigerat, ſiquidem mater tumoris principium ab illo tempore ſentiebat, menſiumque fluxus eodem temporis intervallo ceſſaverat. Veroſimile etiam eidem autori eſt, ovulum illud per interſtitia fimbriarum excidiſſe, & poſtquam in abdomen uterique ligamenta rotunda annulos muſculorum abdominis perforantia inciderit, ibidem fœcundatum atque in ipſum muſculi transverſi annulum locatum fuiſſe. vid. Daniel. Hoffmann. *Annotat. ad Hypoth. Goveyan. p. 79. ſeq.* qui Hoffmannus *p. 82.* de hujus obſervationis veritate dubitare videtur, ingenioſa, inquiens, hæc ſunt, nec minorem tamen difficultatem poſt ſe relinquunt, qui ovulum ad hunc præciſe locum fuerit devolutum, ibique affixum, imo quomodo penetraverit, eousque nulla protruſum violentia; ſed non libet indulgere conjecturis, plenior optanda eſſet, totius rei, quæ ſummam merebatur ἐμπείριαν, enarratio, qua ſingulas circumſtantias, eo magis hic neceſſaria, quod ſolus fuerit D. Gofey, nullumque tam raræ ac inuſitata inauditæque operationis ſocium teſtemve ſibi adjunxerit.

§. 8.

Conceptionem etiam in ventriculo fieri poſſe, quidam ſtatuunt, in occaſione enim felis per os parientis, inquit Thomas Bartholin. *Conceptio ventriculo.*

Cent. V. Hiſtor. 98. p. m. 180 ſeq. utero hactenus videntur merito ejus addicti omnes. Non tamen ſolus fœtum concipit, ſed perficit, idque apta capacitate ad eum continendum & excludendum. Nihil embryoni præter locum & calorem contribuit. In ſemine enim generationis latet principium, quod ſe exerit quocunque cujuscunque loci calore adjutum. Ita ſemina herbarum non in terra tantum, ſed etiam in tabulato, parietibus arboribusque ſubinde decidua germinant, ſed felicius ad florem perveniunt in terræ gremio. Par in animalibus ratio, quibus uterus commodus fuit, quia commodius & recipit ſemen & exinde formatum fœtum felicius continet & excludit. In quacunque tamen cavitate corporis, ubi vaſorum confluxus, embryo efformatur. Hujus ſententiæ confirmandæ gratia plerumque adduci ſolet obſervatio Philippi Salmuthi *obſerv. med. Cent. III. obſ. 94. p. 156.* de infante per os excluſo, quem etiam in ventriculo conceptum nonnulli judicant. Juvenis ſcilicet quædam femina infantem digiti longitudine, maximis cum doloribus ſummoque vitæ periculo per os enititur. Mortuum mulieres adſtantes ſcatulæ includunt & ſepeliunt. Poſtquam hoc loci illius ſenatus reſcivit, reſodere infantem eumque aperire jubet, quem omnibus membris humanis tam internis, quam externis vere conſtare præſentes cognoſcunt, & paulo longioris digiti longitudinem vix excedere deprehendunt. Puerpera ea de re interrogata & examinata conſtanter affirmavit, maritum ſemper cum illa per os coiviſſe, & ſperma in fauces immiſiſſe; atque ſe plane ſimplicem ita a marito deluſam poſtmodum animadvertiſſe. De hujus hiſtoriæ nefandæ veritate non dubitat Bartholin. *l. a* quia vaſa ventriculi pro nutritione & aliquali augmento ſufficiant &c. qui tamen autor *anat. lib. I. cap. 28. pag. 270.* inquit, illa præternaturalibus accenſenda, rariſſime contingentibus, ſiquidem vera ſunt. De hac Salmuthi obſervatione ſcribit Georgius Wolffgangus Wedelius *Phyſiolog. Sect. 3. cap. 28. p. 203.* extra uterum non fieri conceptum, quicquid etiam referat Salmuth de uxore ſuto-

ſutoris, quæ nefando congreſſu prævio ejecerit vomitu conceptum, quicquid alii de abortu per vomitum rejecto referant, poſſe id contingere, extra ſphæram ſuam evoluto & ad inteſtina delato ovo. Quærit etiam Chriſtianus Fridericus Garmannus *M. N. C. Dec. II. An. 8. obſ. 157. p. 346.* quis fabuloſo aut nimium credulo Philippo Salmuthо fidem habebit, fœtum per os fuiſſe rejectum? & ex his principiis concludet, ovulum feminium maſculino ſemine imprægnatum eandem abſorbuiſſe? Quamvis etiam juxta opinionem veterum, qui conceptionis ſeu fœtus materiam ſoli viro ejusque ſemini, feminæ autem tantummodo fœtus domicilium ſeu incrementi locum adſcribebant, talis conceptio in ventriculo concedi poſſe videatur, quia tamen juxta recentiorum demonſtrationem conceptio ex ſolo ovulo in ovario per virile ſemen fœcundato fieri ſolet, ſane non conſtat, quomodo, ſecundum allegatam Salmuthi obſervationem, in ejusmodi per os congreſſu ovulum in ovario imprægnari, multo minus qua ratione ovum ex ovario muliebri in ventriculum deferri vel aſcendere poſſit, ſine cujus tamen præſentia ſeu concurſu ex ſolo virili, a femina abſorpto, ſpermate nulla naturaliter fieri poteſt conceptio: neque mihi hoc loco teſtimonium Johannis Komeleri, in conſulis illius civitatis, ubi hæc geſta ſint, ædibus tunc temporis degentis, ſufficit; niſi hoc ſupranaturale, juxta ſchol. Phil. Jac. Sachſ. *in obſerv. 109. ann. I. Miſc. N. p. 254.* ad revelandum a Deo & ſevere puniendum a magiſtratu tantum ſcelus, factum fuerit. Licet etiam, variorum inſectorum, ranarum, bufonum, aranearum &c. ſeminia, cum alimentis vel potulentis facillime ſimul deglutibilia, a blando ſtomachi calore foveri, inque iisdem animale principium excitari atque ad debitam expanſionem & augmentationem deduci poſſe, Lucæ Schrœckio ſchol. in Joh. Helwig. *obſ. 80. p. 249 ſeq.* libenter concedam; minime tamen, neque in animalculis perfectioribus, v. g. canibus & felibus, quæ nonnunquam fœtum per os peperiſſe ſcri-

ſcribuntur, multo minus in mulieribus, talis per os factæ conceptionis partusque poſſibilitatem, ut credam, perſuaderi patiar; cum tam mulieris, quam brutorum ova, uti in quibusdam inſectis fieri ſolet, minime extra uterum deponantur, ut iterum per os aſſumi vel cum aſſumtis abſorberi inque ventriculo poſtmodum ad ſuam usque maturationem contineri demumque rejici vel pari poſſint; Sique illis obſervationibus, quæ catulorum, felium &c. partus inſolitos, ex ore contingentes, exhibent, juxta Lucæ Schrœckii *l. a.* fides temere haud eſt deneganda, potius tales beſtiolas legitimo partu antea editas, a matribus ſtatim poſt partum iterum deglutitas pauloque poſt iterum rejectas fuiſſe ſtatuo; de quo tamen ſic dicto partu fortaſſe infra, ubi de partu ſermo erit, pluribus agemus. Referri huc etiam poſſet exemplum cati ex ore mulieris projecti, quæ poſtquam aliquot felium clamores audiret, ut felem ſuam liberaret, accurrit, ſed accedens ad locum, ubi ejulatus audiebatur, invenit felem in puteo, quam ut eriperet, urnam demiſit, qua quoque eam extraxit: hoc labore laſſata & ſitiens ex urna aquam bibit, a quo tempore male ſe habuit, donec accepto vomitorio tandem catum ex ore projecit; referente Valentino Andrea Mœllenbroccio *M. N. C. Dec. I. An. 1. obſ. 109. p. 251.*

CAPUT VII.

De ovulis integris & ſubventaneis.

§. 1.

An ovula ad uterum veniant integra? an disrupta?

ALius porro inter autores circa ovula obſervatur diſſenſus & quæſtio, an ſcilicet ovula per tubas Fallopianas ad uterum transferantur integra? an vero his in via disruptis liquor tantum in iis contentus ad uteri cavum defluat? quam ultimam ſententiam aliumque conceptionis modum quidam ideo defendunt, quia ovulorum membranulæ admodum ſint tenues levique attactu dilacerari poſſint. Inquit enim Johannes Doleus *M. N. C. Dec. I. An. 6 & 7. obſ. 131. pag. 175.* hæc ova, quæ tamen mallem veſiculas cum

cum Fallopio nuncupare, jam diu Lugduni Batavorum vidi, nec non jam pridem ad ova hæc demonſtranda uterum vaccæ aperui, in teſticulis veſiculas plures inveni, quæ tamen cuſpide cultri leviter ſolummodo tactæ humorem intus contentum in faciem exploſere. Ea propter vix credere poſſum, cum quibusdam, ova ſive veſiculas tales integras pervenire poſſe usque in uterum, & exinde fieri conceptum, ſed in eam inclino ſententiam, quod ab ejaculatione ſeminis virilis, quod per ductum Fallopianum pertingit usque ad iſtas veſiculas, facile illiſu ſeminis virilis veſiculæ tales rumpantur, & iſti duo humores reſluentes in uterum conjungantur. Chirurgus Pariſienſis, du Verney, veſiculas ſeu ovula ad tubas uterinas non integra deferri ſtatuit: ſi enim propoſitio hæc vera foret, non ſolum neceſſe eſſet, tubas immediatè annecti teſticulis, ſed præterea illis ineſſe amplitudinem, proportione reſpondentem magnitudini ovorum, quæ commeatum illis concederent facilem: ac veriſimile eſſe, liquorem in prædictis ovis contentum ſolam eſſe materiam ſeminis ad generationem ſuppeditatam, quæ coitus tempore ab iis exprimatur, ac verſus vaſa deferentia detrudatur poſtea in uterum evehenda. vid. Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gall. An. II. menſ. Mart. obſ. 1. p. 60. ſeq.* Tempore coitus fimbriæ tubæ Fallopianæ influxu ſpiritus ſeminis maſculini, vel ſpirituum feminæ, ſe expandunt, & forte teſtem comprehendunt, & ſuo amplexu tempore coitus aliquoties repetiti, premunt veſiculas in teſtibus locatas, & jam turgidas, ex iisque humorem lente fermentantem exprimunt, qui recipitur ab aperto & hiante extremo tubæ Fallopianæ ſicque ad uterum defertur, illicque poſtmodum a copioſiore ſpiritu ſeminis maſculini allato magis fermentatur & alteratur, & ſic fœtus tandem excreſcit, hoc modo conceptus fieri debet, juxta Theod. Craan. *Diſſert. de homin. cap. 162. p. 711.* Hanc opinionem defendit etiam Carolus Drelincurt. *de concept. concept. Perioch. 14. p. 13.* inquiens, ova iſthæc modo intenſius, modo remiſſius ex ovario ſuo exprimi & elidi atque ita modo integra

integra & illæſa, modo autem crepantia & fluxa in uteri cavas appendices impelli: Et *Perioch. ſeq.* pergit idem, non ſolum autem faucibus appendicum uteri abſorbentur ova, ſed & eadem in appendicum cellulas pedetentim devolvuntur; e quibus in uteri fundum usque demittuntur atque rotantur. Atqui dum iſthæc fiunt, ovorum aliquot vel in ovario, vel in anguſtiis proboſcidis uterinæ, vel in ipſo demum utero media crepant. Suam ergo cryſtallinam lympham vel in teſticulorum ſcrobiculos, vel in proboſcidem uteri, vel in ipſum uterum effundunt. Illam quippe inibi locorum varie recoctam atque coloratam & ſub multiplici larva multiplices tragœdias agentem ſæpius deprehendi. Ovum muliebre a ſemine fœcundatum non tam totum, quam contentum ejus, h. e. liquor cum tenerrimis membranulis ambientibus, ab ovario ſecedit, ac per tubam ad uterum amandatur; uti Collectores *Act. erudit. Lipſ. menſ. April. 1706. p. 147.* ex Friderico Ruyſchio referunt. Et ipſe Ruyſchius *Theſaur. 6. p. 17.* inquit: an in illa actione, qua ova muliebria, a ſemine fœcundata per tubas deferuntur, ovum totum, an vero ovi contentum ovario ſolummodo exeat, anceps olim hæſi, jam vero poſterius verum eſſe credo, quia in gallinis externum ovi integumentum, ovario adhærens, ſimul cum vitello non extruditur, ſed in calicis forma remanet &c.

§. 2.

Ova integra ad uterum veniunt.

Quamvis autem, talem ovulorum crepaturam nonnunquam, modo in ovario, modo in tubis, accidere poſſe, negandum non ſit, minime tamen ex illorum profuſo liquore ſemper utriusque ſeminis commixtio neque conceptio ſperanda erit, talisque ovulorum liquor, disruptis ipſorum membranulis, ex ovario facillime in abdominis cavum prolabi ibidemq; vel alibi annihilari poteſt, cum econtra ovula integra & fœcundata in tubis & uteri cavitate reperta fuerint; qualem obſervationem de ovo in utero humano a Friderico Ruyſchio reperto vid. Biblioth. anatom. *Tom. I. fol. 738.*

Quan-

Quandoque etiam abortus, membranis ſuis adhuc incluſi, inſtar ovulorum, a gravidis rejiciuntur, id quod ante 20. annos in ſenatoris Dresdenſis uxore obſervare mihi licuit, quæ femina, aliquot ſeptimanas gravida, poſt magnos ſatis dolores, ovulum ſeu veſiculam, ad digiti magnitudinem, & ultra pollicis craſſitiem, tenuiſſimis atque pellucidis membranulis, limpidiſſima aqua, cui ſubtilis digitique articulum magnitudine æquans embryo innatabat, penitus repletis incluſum excluſerat. Circa has embryonis membranulas paucis adhuc referendum, quod licet tenuiſſimæ atque ad renitentiam usque aqua infarctæ eſſent, ipſæ nihilominus in quodam loco, ad unguis magnitudinem, ita a ſe invicem fuerint ſeparatæ, ut inter chorion & amnium quædam limpidæ aquæ reperiretur quantitas; quæ, cum exterior membranula ſeu chorion a me diſcinderetur, equidem effluebat, ipſum autem ovulum formam ſuam ſeu oblongam rotunditatem retinebat, donec poſt aliquot horas ſuperveniens quædam femina illud leviter comprimeret, a quo leni tactu dictum ovum circa locum, ubi chorion diſciderat, ſtatim crepabat; Embryo autem poſtmodum per aliquot tempus in alio liquore a me conſervabatur. Duos ejusmodi abortus humanos oviformes annotavit etiam Philippus Jacobus Hartmannus *M. N. C. Dec. III. an. 9 & 10. obſ. 191. p. 350.* In his autem membranis earumque liquore omnes fœtus, ex cicatricula in ovulis orti, ad partum usque vita, nutrimento & motu frui, iisque disruptis partum accelerari, imo nonnunquam fœtus iisdem adhuc integris veſtitos vel incluſos in lucem prodire, ſatis notum eſt. Si proinde tales membranæ ſtatim in conceptione disrumperentur, unde quæſo tanta aquæ copia, quanta ordinarie ante vel in ipſo partu profundi ſolet, derivari poterit, niſi in iſtis membranis fœtum adhuc involventibus, hactenus collecta fuiſſet. *Obſervatio.*

§. 3.

Ex his proinde & aliis rationibus absque dubio etiam plerique recentiorum autorum conceptionem non in liquore ovuli in ovario vel tubis profuſo, ſed potius in integro ovulo quærunt. Hinc- *Autorum aſſenſus.*

non amplius dubitat Chriſtianus Fridericus Garmannus, quin mulierum teſtes ovario analogi ſint. quocunque demum modo ex teſtibus in uterum, ſive ipſa ova, ſive (quod tamen ἀυτοψία refutat cum ipſa ova in utero ſint deprehenſa) ovis contenta materia transmittatur. v. Garman. *epiſt. 100. p. 435.* Secundum Petr. Dion. *Anat. Demonſtr. IV. p. 226.* ovum, quod ſeminis ſpiritus fermentarunt, ſenſim ab ovario exſolvitur, membranam disrumpendo, ut tubam ſubeat tandemque in uterum deſcendat. Ovum binis membranis obductum eſt, quæ primis temporibus vaſis tenuiſſimis perſperſæ ſunt, quæ autem deinceps ſemper augentur, ex quo radices ovum in utero agit &c. Et juxta Joh. Barthol. Adam Beringer. *Id inſtitut. med. Theſ. 15. p. 37.* ovula hæc non humorem aliquem ſeminalem ex ſe in uteri cavitatem depluunt, ſed integra duabus circumdata membranulis decidunt & in uterum deponuntur. Ovum ſine ullius effuſione ſucci illæſum & virgineum in oviductum expelli & protrudi, atque dehinc motu ſucceſſivo & periſtaltico ad uteri fundum usque rotari & pervolvi, jam ſupra ex Joh. Gothofred Berger. *Rhyſiol. Lib. II. cap. 1. p. 461.* monſtravimus. Totum conceptum ſeu ovulum a teſticulo ad uterum devolvi, ſequentibus verbis deſcribit Johannes Bohnius *Circul. anat. phyſiol p. 22.* conceptus extra uterum in teſticulo ſeu ovario productus, involucro ſuo munitus, ac ſeminali genitoris aura vitalis redditus ad uterum deponitur, quo hujus fotu magis actuetur, ac ab hoc præparatam alimoniam recipiat inter ipſum fluctuans fœtus. Id eſt pariter ac ſemina pedunculos & calices ſuos integra elabuntur, terræque horum grana, non pulpa inſeruntur; ſic ſine crepatura ſuarum tunicarum ſuccus albugineus cum ſibi innatante carina uterino arvo committitur: & metuendum, ne folliculo hoc exutus embryo nutrimentum primigenium, ſimulque cum hoc ambiens & fulcimentum mollius ac ſuis ſtaminibus tenerioribus adæquatum, perdat, ſine quo hæc facile diſtrahi ac dilacerari contingeret. In utero ovulum iſtud, valde puſillum pri-

primis diebus libere fluctuat, poſtea vero tanquam ſemen telluri fœcundæ commiſſum, terminos ſuos ampliare atque utero adhærere, indeque alimentum haurire incipit, juxta epiſt. Joh. Conrad. Peyeri in Joh. de Muralt. *Vadem. p. 403.* ſive, ut ſcribit Johannes Fridericus Ortlobius *Hiſtor. part. Diſſert. 36. §. 6. p. 283.* ovulum imprægnatum ex ovario per tubas in uterum deportatur, ut illic ad debitam ἀκμὴν usque nutriatur.

§. 4.

An utriusque ſeminis commiſcela detur?

Quamvis autem ſub initio hujus tractatus, circa conceptionem, utriusque ſeminis, virilis atque muliebris, commiſcelam ex mente veterum, qua ſcilicet craſſam ſeminis maſculini ſubſtantiam cum liquore quodam muliebri, pro fœtus formatione, commiſcere ſtatuebant, variis rationibus negaverim, quodſi tamen recentiſſimorum quoque opinionem de conceptione recte intuemur, juxta eandem pariter etiam aliquam licet ſubtiliorem utriusque ſeminis commixtionem concedi videmus, dum ſubtiliſſima tantum ſeminis virilis pars, ſive aura genitalis, ad ovarium aſcendens, ejusdem membranam penetrat, & ovulum unum vel plura excitat. Sive enim nonnulli conceptionem per irradiationem, ſive alii per contagium, alii per effluvia ſeu miaſmata explicent, ex phyſicis tamen conſtat, radios non quid eſſe incorporeum, ſed lineas tantum, ad quas corpora lucida ſuam actionem continuent; ita omne contagium materiale & per contactum agit, ſaltem quod id, quod virtuale antiquitus dicebant, vel non adeo immediate ac prius, vel non adeo integrum, ſed per emiſſas aliquas ſui partes, quas effluvia & miaſmata vocant, in alterum operetur; hinc etiam ſemen maſculinum equidem non tota ſua ſubſtantia, ſed per ſubtiliores, ſpirituoſas, activas & energeticas ex ipſo egredientes partes, in ſemen muliebre, in ovulo contentum, efficaciam exſerere atque per contactum operari auguratur dictus. Joh. Ortlob. *l. a. Diſſ. 35. §. 13. p. 279.* hinc etiam ſubtiles ſeminis halitus partem ſubſtantiæ

feminis vocat Daniel Hoffmannus *Annotat. ad hypoth. Goveyan. p. 85.*

§. 5.

An femina in coitu ſpiritus emiſſe-rat?

Licet etiam feminas ad opus generationis fœtusque formationem, ſolam materiam, ovulum ſcilicet, vel potius in eo latentem cicatriculam, in coitu fœcundo ex ſemine virili excitandam, conferre, ex variis autoribus monſtraverim, quæritur tamen, annon in tali coitu ipſa quoque femina, orgaſmo venereo percita, aliquid ſpirituoſi ad ovuli imprægnationem conferat? ex qua matris operatione non modo liberorum & parentum ſimilitudinem & diſſimilitudinem, ſed etiam vitioſam atque monſtroſam infantum conformationem optime derivare poterimus; cum feminarum, jamjam per aliquot dies vel menſes gravidarum, phantaſiæ tam maculæ ſeu nævi, quam partium in recens natis infantibus defectus, & omnes partus monſtroſi a phyſicis adſcribi ſoleant; ut ita mater non ſolum paſſive, verum etiam active ad conceptionem concurrat. Quam ſententiam quoque fovere videtur Franciſcus Maria Nigriſoli, ab aura omnino ſpirituoſa ſeminis maſculini, cum ſimili aura feminæ ſociata fœtum in aliquo ovulo eatenus efformari contendens, quatenus vi motus legis a ſummo creatore principio ejusmodi impreſſæ, omnes ſic partes, non niſi ruditer laudato mulieris agente jamdum elaboratæ & ovuli colliquamento innatantes, rite invicem conjungantur ac magis magisque perficiantur. *vid. act. erudit. Lipſ. an. 1714. menſ. Novembr. p. 523.* Qui muliebrium ſpirituum concurſus ex eo quoque probari mihi poſſe videtur, quia meretrices in admiſſu marium, ob metum ingravidationis, ut plurimum mere paſſive ſe habent, neque ad fœtus conceptionem ſunt intentæ, quapropter etiam non ſufficientes ſpiritus per phantaſiam ad ovarium propellunt, ut concipere poſſint; hinc etiam raro ſcorta & diobolares meretrices ingravidari obſervantur. Hunc feminarum ſpirituum ad generationem con-

concurſum docet etiam Michael Ettmüllerus *Oper. part. I. f. m. 162.* Ad quæſtionem enim, qua ratione genitura maris & ovum feminæ conſtituant ſemen perfectum? reſpondet: in viviparis ſub coitu fœcundo in ardore venereo, ubi genitura maris cum impetu irruens ſpiritibus animalibus turget, ita in mulieribus ſpiritus animales, affluendo ad teſtes, membranas eorum pungunt, & quoque liquori in iſtis contento ſe commiſcent, unde ſpumeſcunt, & cum magna voluptate foras prorumpunt; ſub qua actione ovulum genitura maris fœcundatur. Et *Oper. Tom. II. fol. 1072.* ſcribit idem Ettmüllerus: Efficiens formationis fœtus videtur eſſe ſpiritus genitalis utriusque ſexus, matris quidem in ovulo concentratus, maris mediante genitura in congreſſu ejaculatur, qui licet originaliter videatur duplex, in ovo tamen mutua coitione unitus ex materia limpida in ovo coërcita corporis machinam format. Sic Johannes Baptiſta de Wenck *Ephem. Natur. Cur. Dec. IX & X. p. m. 552.* ſtatuit, omni ſemini tam vegetativo, quam animali proprium ineſſe ſpiritum, qui in maribus influus, in femellis autem inſitus nominatur, quorum prior, ut totus activus principale agens eſt in ordine ad ſui ſimile producendum; Femineus autem, minus activus, a maſculo actuandus eſt, quem ille expectat, ut animalis ideales formas corporeas, quas in tota ſeminis ſubſtantia confuſe continet, in actum explicet.

§. 6.

Cur non omnia ova ſimul fœcundentur?

Cum etiam circa recentiorum ſententiam, uti dictum, in conceptione ovulum a ſolo ſpiritu ſeminali, ſive aura vitali ſeminis virilis imprægnetur, nonnulli mirantur, cura tali ſpirituoſa ſeminis parte in mulieribus ut plurimum unicum tantummodo vel duo, non autem omnia unius vel utriusque ovarii ſimul ovula fœcunda reddantur, uti in oviparis, ſic dictis, obſervatur, ſiquidem gallinæ ſemel vel bis a gallo calcatæ multa poſtmodum ova depónunt. Imo medicus ante allegatus, Goſey, ex ſua hypotheſi ita loquitur: Si liquor viri ſeminalis in ipſum uterum intraret, per-

que tubas ad ovaria aſcenderet, uti multi prætendunt, certum eſſet ac evidens, omnia ovula in ovariis incluſa ſimul debere fœcundari, ac proin feminas plurimis ovulis vitam ſine concurſu maris largiri poſſe, quod in gallinis obſervatu facillimum eſt, ova ſimul fœcundata poſtea ſine mare excludentibus fotu ſuo. Quia autem, uti ex ſectionibus tam gallinarum aliarumque volucrium, quam ipſarum mulierum ſufficienter patet, non omnia ejusdem ovarii ova, neque in gallinis, neque mulieribus, ejusdem magnitudinis atque perfectionis ſeu maturitatis deprehenduntur, ad conceptionem autem ſemper matura ova requiruntur, hinc etiam appareret, non omnia ova, ſed matura tantum, ad conceptionem apta, reliqua vero adhuc immatura, & ad fœcundationem inepta eſſe judicanda; unde etiam Johannes Jacobus Harderus *Prodrom. phyſiolog. cap. 8. p. 120.* inquit, ova ad debitam maturitatem quum pervenerunt & magnitudinem, tunicisque veſtitæ ſunt, ſervantur pro futuro conceptu, fœcundationem a liquore genitali maris ſummopere deſiderantia. Ad verba autem Goveyana modo recenſita Daniel Hoffmannus *l. a.* ita commentatur: Conſequentia hæc non omnibus æque certa videbitur; aura enim ſeminalis non omnia æqualiter attingit penetratque ovula, nec ab ovario ejiciuntur, niſi illa, quæ fœcundantur, nec fœcundantur, niſi maturiora & jam diſpoſita. Quandoque tamen in noſtris quoque regionibus plura ſimul eodem coitu in feminarum teſticulis ovula ſine miraculo irradiari poſſunt, ut non modo gemini, tres, vel quatuor & plures fœtus uno partu editos reperiamus, de quo partu numeroſo alibi ſermo erit. Ad quæſtionem, quare ab uno coitu haud ſingula utriusque ovarii ovula ſimul fœcundentur? reſpondet Johannes Sigismundus Elsholtius: quo minus id fiat, diverſa obſtat partium conſtructio. Oviductus enim gallinarum rectus eſt & laxior: in homine vero anguſtus & adeo tortuoſus, ut aura ſeminalis non niſi ovum proxime adjacens ordinario attingere poſſit, haud vero juxta per univerſum penetrare ovarium. Quod-

ſi vero ad plura ovula quandoque auram illam penetrare contingat, plures etiam concipiuntur fœtus. *v. Miſc. Natur. Curioſ. Dec. I. an. 6 & 7. obſ. 196. p. 289.* Juxta Georg. Philip. Nenter. *Phyſiolog. cap. 11. Membr. 1. p. 329.* ad conceptionem requiruntur ovula vera atque matura: vera ſunt, quæ contradiſtinguuntur ſubventaneis, quæ ſcilicet prima fœtus rudimenta non includunt, ſed lympham tantum in ſe continent & hinc ad conceptionem inepta ſunt. Matura vero ſunt, quæ eam acquiſiverunt perfectionem, ut a ſemine virili imprægnari poſſint: ſi vero immatura fuerint, ad conceptionem inepta ſunt. Hæc autem ovulorum maturitas potiſſimum dependet a ſucceſſiva nutritione, quam præſtant rami arteriarum ſpermaticarum, quæ lymphæ gelatinoſæ puriore parte teſtes eorumque glandulas molles & veſiculas, quæ racemum quaſi conſtituunt, irrigant, unde primitus glandulæ luteæ, & ex his demum vera ſuccreſcunt ovula, quorum latentia prima germina ſive rudimenta continuo affluxu nutrita & irrigata plenam tandem acquirunt maturitatem.

§. 7.

Aliter Carolus Drelincurtius de ovulis perfectis & imperfectis judicat, dum *de concept. concept. Perioch. 27. p. m. 37.* femineis, inquiens, ovis nullum plane germen primitus ineſt intrinſecum, ſed omne extrarium eſt & recens in illud advena atque adeo alienigenum. Et *de conception. adverſar. Dogm. 12. p 55.* ova, inquit, imperfecta ſunt omnino, ſiquidem maſculo germine carent, nec ullo fotu quicquam procreare queunt. Vera quidem ova ſunt, ſed irrita atque ſubventanea, incompleta ſcilicet ac infœcunda, nec prius perfecta dicenda veniunt, quam in uterum propulſa maſculo ſemine compleantur atque fœcundentur. Et *p. 57.* ita pergit: Tota indole completum ovum atque perfectum ab incompleto ac imperfecto diſſidet. Ovum quippe completum mixtum eſt ab utroque parente prognatum, ex cujus advena germine exoritur animal, ex innato vero liquore primitus nutritur. At incomple- *Ovula per-fecta.*

tum

tum & imperfectum, nec non ex ſeſe prorſus infœcundum, mixtum eſt e femina deciduum unice & aptum natum, ut vivifico ſemine maſculo prægnans, animal in ſeſe conceptum aliquandiu ſuſtentet. Non ergo generamur ex ovo, ſed in ovo animantium omnium primordio communi. Ratione loci in ovariis quomodo differant ovula perfecta ab imperfectis, ad Chriſtianum Fridericum Garmannum perſcripſit Michael Ettmüllerus his verbis: Superiori anno in teſte cujusdam infanticidæ plus quam viginti invenimus talia ovula, diſtinctæ tamen magnitudinis, quædam milii ſaltem grani ad inſtar, quædam majora, quædam perfectæ magnitudinis, quæ perfecta ova in medio teſtis, illa quaſi imperfecta ſaltem ejus ambitum occupabant. v. Garmann. epiſtol. *Cent. epiſt. 86. p. 354. item epiſtol. 100. p. 434.*

§. 8.

Ovula ſubventanea. Sicuti autem ova vera & perfecta ſive matura juxta Johann. Bohnii *Circul. anat. phyſiol. Progym. 1. p. 11.* vix vel nunquam ſine præcedaneo coitu ovaria ſive teſticulos muliebres deſerunt, ita e contra ova imperfecta, ſubventanea & caſſa, ſine complexu venereo per ſolam fricatricum ſalacitatem, vel per nocturnas pollutiones ab ovariis in uterum devolvuntur, juxta Carol. Drelincurt. *de concept. concept. Perioch. 20. p. 19.* & Johann. Gothofr. Berger. *Phyſiol. p. 460.* qui etiam *p. 465.* a fimbriarum muſculoſarum oviductus in œſtu venereo conſtrictione per ſola veneris ludibria ova interdum ſubventanea excludi ſcribit. De glanduloſo ovuli corpore ita loquitur Johannes Bohnius *l. a. p. 19.* ſicut experientia innotefcit, per petulcam nonnullarum laſciviam & nefandas frictiones ac titillationes interdum, & ſine omni maris cohabitatione aliquod ovulum ad uterum provocari, ſubventaneum equidem: ita nec ratio deeſt, quin in ejusmodi ſubjectis ſibi relictis aliquando ſimilis ſubſtantia generetur, quatenus vel a ſtimulis venereis intrinſecis, vel extraordinario ſanguinis & ſucci genitalis orgasmo, exagita-

gitationem inteſtinam & ſeceſſum portionis lymphaticæ unius alteriusve ovuli, imprægnationis motui ſimilem contingere non impoſſibile eſt. Ova in ſterilibus hypenemia cum menſtruo expurgari, ſe in propria uxore vidiſſe, Chriſtiano Friderico Garmanno medicus aliquoties confirmavit. v. Garmann *epiſtol. 100. p. 435.* quo loco ita pergit: Annus fere eſt, cum hic loci (Chemnitii) femina, quæ nunquam peperit, in ipſo menſium fluxu, ſed parciori, inſignibus dorſi & lumborum tentaretur doloribus, quibus ſedatis, & menſtruo ad votum fluente tandem grumos ſanguinis cum ejusmodi veſiculis egerebat. Femina gravidam ſe putans ſexto menſe excrevit utero ſeptuaginta veſicas membranoſas aqua pallida plenas, quantitate nucem caſtaneam æquantes, v. Chriſtoph a Vega *de Art. medend. lib. III. Sect. X. cap. 13. fol. 399.*

§. 9.

Virgines quoque ova deponere teſtantur auctores; ducenta enim ovula ſeu veſiculas a virgine rejectas annotavit Nicolaus Venette *p. 440.* quam obſervationem in Muliebr. *Part. I. cap. 3.* recenſui, ubi plura exempla. Inquit etiam Theodorus Kerckringius *Anthropogen. cap. 1. p. 1. ſeq.* reperiuntur ova in teſticulis feminarum, non tantum earum, quæ per conjugii uſum fœcundæ ſunt, ſed etiam virginum, non ſecus ac fit in gallinis, quæ ova ponunt, etiamſi galli ignorent conſuetudinem. Et *p. 3.* ait idem: tam conjugatæ, quam virgines hæc ova ſæpiſſime excernunt, inſenſibiliter quidem, quia non advertunt, nec quicquam de iis ſuſpicantur; ſed quod mihi ex relatione quarundam conſtat, ſentiunt, dum reflectunt: hæc excretio potiſſimum inſtante purgatione menſtrua aut alias ſtimulante libidine accidit. Prolixe de his ovulis ſubventaneis ſequentia refert Isbrandus de Diemerbroeck *Anat. lib. I. cap. 24 fol. m. 134.* ſingularis, inquiens, & gravis difficultas occurrit, ſcilicet, cum aves etiam ſine maſculi congreſſu ova ſua matura (quæ ſubventanea appellantur & infœcunda ſunt) deponant, annon etiam maturæ virgines & mulieres, viris deſtitutæ ac ſine coi-

An virgines ova deponant?

tu viventes, nonnunquam ova ſua deponant ſive exonerent? Veroſimile videtur, hoc in frigidioribus & ad venerem non proclivibus vix contingere, cum in iis tantus calidi ſanguinis & ſpirituum affluxus (qui alioqui per intentas venereas cogitationes fortiter promoveri ſolet) ad partes genitales non fiat, ut ovarii capſulæ & ſimul tubæ ſatis laxari poſſint ad ovorum excluſionem ſeu propulſionem & tranſitum. Sed in fervidis illis ac prurientibus, ad venerem maxime proclivibus, & venereis cogitationibus continue intentis, a copioſo ad genitalia ſanguinis ſpirituumque affluxu, ita nonnunquam laxari dictas partes, ut matura ova ex ovario ſponte in tubas prolabantur per easque ad uterum deferantur, ſed in eo tamen non diu detineantur, propter uteri orificium apertum, utpote quod non exacte clauditur, niſi cum vel ſemen virile ad conceptionem comprehendit, vel fœtum continet. Quod autem antehac iſta ova muliebria ſubventanea a nemine obſervata fuerint, hinc eveniſſe puto, quod mulieres ex utero elabentia non inſpiciant, aut qualia ſint cognoſcant, nec a viris ea inſpici permittant, inter quæ ſi forte aliquod ovum adeſſet, ab ipſis minime naſceretur: præterea illud propter tenellam, qua circumdatur, pelliculum, vel diſruptum excideret, vel inter illa lintea, quibus uterinas ſordes excipere ſolent, mox diſrumperetur, & ſic nullam ovi figuram viſui offerret. Interim hæc ſpeculatio ſæpe mihi memoriam refricavit, quod ante multos annos femina quædam haud infimæ ſortis, cujus filia viginti quatuor annorum; ſatis ſalax, etſi tamen honeſta, vehementibus ſuffocationibus uterinis ſæpe afficiebatur, mihi aliquoties narravit, ſcilicet, quod meis filiæ præſcriptis medicamentis nihil proficientibus, ipſam a præſente malo, & impendente mortis periculo, multoties cito liberaſſet obſtetrix, per immiſſionem digiti in uteri vaginem & ſic frictionem illic factam, qua mox e vulva viſcidus aliquis liquor proliciebatur, cui ſæpe clara aliqua bullula aderat; & ſic a lipothymia ad ſe redibat ægra. Maxime autem veroſimile eſt, talia ſubventanea ova

etiam

etiam frequenter deponi ab illis mulieribus ſalacibus, quæ cum viro coeuntes, ob aliquam ſeminis ejus intemperiem non concipiunt. Sic Theodorus Kerckringius *Anthopog. Ichnogr. cap. I. p. 3 & 12.* hæc ovula delineans ita ſcribit: Tam conjugatæ, quam virgines hæc ova ſæpiſſime excernunt, inſenſibiliter quidem, quia non advertunt, nec quicquam de iis ſuſpicantur: ſed quod mihi ex relatione quarundam conſtat, ſentiunt, dum reflectunt: cum autem excreta ſunt, paulo, quam hic depinximus, ſunt majora, nec, quia mollia ſunt & laxa, rotunditatem ſuam ſervant, &, ſi manu tractentur ac diducantur, membrana manum ſequitur: & hæc excretio potiſſimum inſtante purgatione menſtrua, aut alias ſtimulante libidine accidit. Quam tamen Kerckringii ſententiam nullo modo tolerari poſſe ait Johannes Sigismundus Elsholtius *M. N. C. Dec. 1. an. 6 & 7. obſ. 197. p. 291.*

CAPUT VIII.

De Conceptionis ætate & voluptate.

§. 1.

TEmpus ſive ætas, qua puellæ ad conceptionem & generationem aptæ judicantur, ordinarieque revera exiſtunt, ſecundum phyſico-medicos in annos pubertatis, ab anno ſcilicet duodecimo vel decimo quarto, usque ad annum quadrageſimum circiter ſecundum, vel nonum usq; incidit, ita ut feminæ neque infra neq; ultra dictos annos ad conceptionem habiles habeantur, de qua pubertate *in Parthenol. Sect. I.* egimus. Nihilominus tamen quandoque etiam modo juniores, modo ſeniores concepiſſe ac peperiſſe leguntur. Puellæ enim novennis ex concubitu gravidæ exemplum ex Hieronymo refert Anton. Ulmus *Phyſiol. Barb. hum. Sect. 3. cap. 9. fol. 293. ſeq.* de puella decem annorum nupta hæc refert Thomas Bartholinus *Hiſtor. anat. Cent. V. hiſt. 17. p. 32.* Vidimus in hoſpitio noſtro Lugduni ad confluentem Rhodani & Araris ſervam

Conceptionis ætas.

puellarum

grandævam, quæ olim anno ætatis ſuæ decimo nupta viro 38. ætatis annorum, ætatis duodecimo puerpera fuerat. Cujus etiam in patria exemplum meminiſſe addit. Item, inter Brachmannas in India id uſitatum, quæ quinto ſexto &c. anno elocantur, puerperæ nonnunquam ante decimum annum fiunt. Sexto ætatis anno quandam infantem maſculum peperiſſe, refert Joh. Albertus Mandelslo *Itiner. orient. lib. I. c. 39.* Puellam octennem in Miſnia a novenni juvene imprægnatam juſto tempore puellam eſſe enixam, refert Johannes Sophronius Kozack *de Sale cap. 8. Sect. 12. p. 153.* Puellam octavo anno concepiſſe & aliam puellam novennem fuiſſe prægnantem, ſub Benedicto XII. Pontifice maximo refert Franciſcus Torreblanca *de Magia lib. II. cap. 18. p. m. 218.* Albertum Magnum vidiſſe, puellam nono anno redditam prægnantem, decimo peperiſſe, refert Simon Majolus *dier. canicular. colloqu. 3. fol. m. 42.* Sartoris cujusdam filiam decem annorum cum puero quatuordecim annos nato, a quo ante tres menſes fuerat imprægnata, Noribergæ fuiſſe copulatam, in Spermatologia noſtra *cap. 4. §. 16. p. 188.* recenſuimus. Gallum quendam puerum undecim annorum agnatam ſuam novennem imprægnaſſe ex Joſepho Scaligero refert Arnoldus Montanus *in der Geſandſchafft an den Keyſer zu Japan fol. 365.* ubi addit, Papam Gregorium Magnum puellam noviſſe ſeptennem a puero novenni imprægnatam. De puellis quinto, octavo & nono anno concipientibus vid. Marcell. Donat. *de med. hiſtor. mirab. lib. IV. cap. 14. p. 383.* item Georg. Franc. *Satyr. 4. p. 74. ſeqq.* Joh. Schenck. *obſ. lib. 4. fol. 559.* Plura quoque alibi de graviditate & partu reperientur exempla.

§. 2.

Vetularum conceptio. Quod autem hactenus de puellis earumque conceptione diximus, idem etiam de vetulis verum eſt. Quamvis enim Simon Majolus *Dier. Canicular. lib. I. cap. 3. fol. m. 42.* dicat, mulieres quinquagenarias concipere non poſſe; Et ſecundum Juſti Lipſ. *Comment. ad Annot. Corn. Taciti p. m. 76.* mulier quinquagenaria major,

vix

vix ſit ut impleatur. Id quod etiam ſecundum naturæ curſum ordinarie obſervatur, cum circa hoc tempus plerumque menſtruatio ac conceptio ceſſet, unde inquit Nicolaus Venette *de la Generat. Part. II. cap. 3. art. 6. p. m. 148.* ſi une fois les regles abandonnent, les femmes, lorsqu'elles ſont un peu agées, elles ceſſent en mesme temps d'engendrer. C'eſt pour cela, que la loy a determiné auſſi judicieuſement un temps à l'egard des femmes, qu' à l'egard, des hommes. Elle eſtime les acco uchemens prodigieux, qui ſe ſont aprés l'âge de 50. ans & n'admet point les enfans pour legitimes, qui naiſſent aprés ce temps la, parceque, ſelon le ſentiment des medecins, les régles ceſſant aux femmes environ l'âge de 45. ou de 50. ans, il eſt impoſſible, qu'il ſe puiſſe naturellement engendrer un enfant, ſi la femme manque des choſes neceſſaires à le former & à le nourrir. Cependant, ſi aprés cet âge-là il ſe trouve encore quelques femmes vigoureuſes, qui puiſſent avoir leurs regles, je ne doute point, que l'on ne fiſt une grande injuſtice à un enfant, qui en nâitroit, ſi on le privoit du bien de ſes parens. Ce fut ſans doute la ſeule raiſon, qui obligea l'Empereur Henry, de faire accoucher ſa femme âgée de 50. ans à la veue de tout le monde, pour oſter le ſoupçon que l'on auroit pû avoir de ſon accouchement. Nihilominus tamen vetulas concepiſſe atque peperiſſe, ex ſacra ſcriptura teſtatur Sara Abrahami uxor nonagenaria Iſaacum pariens. De muliere ſexagenaria ex ſeptuagenario ſene gravida & pariente, vid. Joh. Schenck. *obſ. libr. IV. fol. 558.* qualia exempla collegit Georgius Francus in Paul. Zacch. Quæſt. med. legal. *Lib. I. Tit. 1. qu. 9. fol. 34.* Valeſcus de Tarant. *Philon. pharmac. lib. VI. cap. 9. Append. p. m. 662.* inquit: Menſes utplurimum ceſſant poſt annum quadrageſimum quintum & aliquando poſt quinquageſimum quintum, ut ſcribit Conſtantinus: novi tamen mulierem boni habitus, quæ poſt ſexageſimum annum habuit menſtrua, concepit & peperit tres filios, quorum ultimus natus eſt anno matris ſuæ ſexageſimo ſeptimo. Plura exempla in Tract. de Partu adducemus.

§. 3.

Conceptio ſine prævia menſtruatione.

Ratio, cur Phyſiologi ad conceptionem tam annos pubertatis, quam ætatem quadraginta aliquot vel quinquaginta annorum requirant, uti dictum hæc eſſe ſolet, quia ab illo tempore usque ad illum terminum plerumque menſtruationem patiantur, quam pariter plerique imprimis veteres tum ad fœtus formationem, tum ejusdem nutrimentum, ad conceptionem tanquam neceſſarium requiſitum præſupponunt. Marem enim generare non poſſe priusquam ſemen emittat; nec mulierem concipere, priusquam menſtrua patiatur, inquit Paulus Zacchias *Quæſt. med. leg. lib. I. Tit. 1. Qu. 6. n 32. fol. m. 18.* Secundum Guil. Rondelet *Method. curand. Morb. lib. 3. cap. 61. p. 290.* ſanguine menſtruato augetur fœtus, & nutritur novem menſibus. Inquit etiam Antonius le Grand. *Hiſtor. natur. Part. 8. art. 2. p. 358.* feminæ, quibus menſes non profluunt, conceptui ſunt inidoneæ. Unde illæ quas menſtruus ſanguis deſeruit, ſteriles fiunt, & omnem fœcunditatem deponunt. Johannes de Muralto *Clav. medicin. exercit. 4. p. 147.* ait: a creatore conſtitutum eſt, ut circa decimum quartum plerumque annum, usque ad quadrageſimum, vel etiam quinquageſimum, quo intervallo feminæ ad conceptionem aptæ ſunt ſingulis menſibus aliquid ex ſanguine, quo reliquæ partes non indigent, ad uterum mittatur, quod vel fœtui materiam ſuppeditet, vel ſi femina gravida non ſit nec lactet, expurgetur! Et *M. N. C. Dec. II. an. 1. obſ. III. ſchol. p. 275.* eadem verba dictus Muraltus repetit, addendo, ſanguinem menſtruum hoc temporis intervallo ad uterum mitti, ut fœtui formato alimoniam ſuppeditet &c. Ruſtica quædam temperamenti melancholici, nunquam menſes paſſa ſingulis annis gravida fuit. *vid. M. N. C. Dec. I. an. 6 & 7. obſ. 64. p. 92.* Sicuti autem ſecundum Pauli Zach. *l. a. n. 68 & 75.* non omnium eſt certiſſimus pubeſcendi terminus, ſed interdum puellæ, juxta hactenus allegatas obſervationes, ante dictum pubertatis & menſtruationis annum concipiunt; ita etiam plurimæ adultiores

an-

annosque pubertatis dudum prætergreſſæ, nullis præcedentibus menſtruis, impræ̃gnatæ apud medicos leguntur. Quodſi vero menſtrua purgatio conceptui promovendo abſolute eſſet neceſſaria, nulla certe conciperent mulieres, niſi quibus fluxerint menſes, quod tamen, juxta Joh. Freind *Emmenolog. cap. 2. p. 4* experientiæ & hiſtoriæ medicæ prorſus repugnat. Refert enim Gualterus Charleton *de cauſ. Catamen. cap. 4. pag. 39.* univerſam nationem femellarum apud Tapuyas in Braſilia per totum vitæ curſum catameniis deſtitui, nec minus prolem edere. Et in extremo ſeptentrione etiamnum vivere gentes, quæ ſine menſtruo tributo matres fieri poſſunt. Item vidiſſe Daniam ab ultima navigatione ſuperſtites Grœnlandiæ incolas ſequioris ſexus, matres virgines, omnes hujus tributi ignaras, recenſet Johannes Nicolaus Pechlinus *obſ. med. phyſ. lib. 1. obſ. 34. p. 81.* Plurima vero conceptionis, absque præcedanea menſtruatione, exempla in variæ ætatis feminis obſervata *de virginit. Sect. II. de menſtruat. cap. 7. §. 7. p. 19. ſeqq. 200.* recenſuimus, quo benevolum lectorem remittimus. vid. inſuper Franc. Piens *de febrib. in ſpec. cap. 8. p. 218. ſeq. M. N. C. Dec. II. an. 5. obſ. 120. ſch. p. 242.* Ex Hor. Augenio refert Caſparus a Reies *Quæſt. 39. n. 22. p. 481.* puellam quandam a nono ætatis anno cum futuro ſponſo cohabitaſſe, & tandem anno decimo tertio gravidam factam eſſe, cum nunquam cruoris aliquid obtinuerit. Plura exempla refert Johannes Schenck. *obſ. lib. 4. fol. 556.* Henricus Snelle *Theor. mechan. Part. 2. p. 110.* teſtatur, ſe noviſſe feminam, cui jam ante matrimonium ſuppreſſa erant menſtrua, quæ nihilominus tamen nupta viro tres liberos ſucceſſivis vicibus peperit; imo, quod notandum, nullo vel pauciſſimo vix ad unciam adſcendentium lochiorum fluxu, in partu ſolum apparente. Feminam quandam Lipſienſem, aliquot fœtuum matrem nunquam antea menſtruatam ſe noviſſe, anno 1684. in diſcurſu referebat Johannes Bohnius vid etiam Nicl. Vinette *de la Generat. Part. III. cap. 3. p. 373.* Mich. Albert. *Jurispr. med. IV. §. 13. p. 88.* Georg. Francus de Fran-

Franckenau *Satyr. 6. p. 99.* mulieris meminit, quæ menſtrua nunquam paſſa fuerat, duodecies tamen pepererat. Refert etiam Franciſcus Mauriceau *dans les obſervat. ſur la Groſſeſſe obſ. 393. p. 230.* une obſervation d'une jeune femme agée de ſeize ans, qui eſtoit devenüe groſſe, quoy-qu'elle n'euſt jamais eû ſes menſtruës. Menſium quoque defectum in femina honeſtiſſima pariter ac nobili, ſex infantum matre, annotavit Johannes Bohnius *Circ. anat. phyſiol. Progymnaſm. 16. p. 242.* De qua tamen, absque prævio menſium fluxu, abducta conceptione Johannes Baptiſta Wenckius ita judicat: quamvis accidere poſſit, ut arbores quædam fructus, nullis præcedentibus floribus (quod rarum eſt) proferant, atque pariter quædam mulieres nullo præhabito menſtrui fluxu impræguentur; nihilominus tamen juxta ordinarium naturæ curſum ſemper menſtruus mulierum fluxus conceptionem præcedere ſolet, qui anteſignanus & index eſt fœcunditatis illius ægræ, ex qua defluit. *vid. M. N. C. Dec. III. an. 4. App. p. 203.* Et Georgius Wolffgangus Wedelius *Phyſiolog. Sect. III. cap. 28. p. 202.* conceptionem ſeu fœcundationem ovarii non contingere ſcribit, niſi menſes, ceu flores, de fructibus ſubſecuturis teſtantes, præceſſerint. Quicquid enim in contrarium afferunt exemplorum, ea non abſolute valent, ſed ſi vera illa ſunt, non aliter intelligenda & concedenda ſunt, quam quod antea non viſis quidem menſibus, in coitu tamen fœcundo, laxatis repagulis, ſanguis uberius effluxerit, quem vulgo pro menſtruo non habent, & ita patulam reddiderit viam.

§. 4.

Conceptio tempore menſtruationis.

Menſtruationis occaſione monendum adhuc eſt, juxta & facilius varios autores ipſamque experientiam, feminas plerumque circa tempus menſtruationis, vel potius ceſſante menſium fluxu, quam alio tempore, fœcundum coitum pati atque concipere. Inquit enim Hippocrates *de natur. puer. oper. Sect. III. fol. m. 17.* ſi menſtruo ſanguine vacuata mulier fuerit, concipit, ſi vero is redundarit, minime. Uteris enim & venis ſanguine vacuis, mulie-

res

res fœtus concipiunt; hæ namque poſt menſtruam purgationem, ob jam dictas cauſas, utero concipiunt. Autor tractatus Belgici Venus Minſieke Gaſthuis *p. 382.* ſcribit: wy bemerken dagelyks, dat de Vrouwen verliefder zyn voor of naerhet vloeien harer ſtunden, als in eenigen anderen tiit: de Natur haer dan veel meer luſt gevende om ſich te vermengen, ſoo zijn ſy ook in dien tijt veel meer onderworpen t'ontfangen. Et juxta verba Nicolai Venette *de la Generat. Part. III. cap. 4. art. 6. p. 422. ſeq.* nous obſervons tous les jours, que les femmes ſont plus amoureuſes avant ou aprés leurs regles, qu'en tout autre temps: la nature leur donnant alors beaucoup plus d'envie de ſe joindre, elles ſont auſſi en ce temps la beaucoup plus ſujettes a concevoir. Ab annis pubertatis mulieres paulo ante, poſt, & in ipſa menſtrua purgatione alterationem ſeu irritationem ſenſilem & voluptuoſam vellicationem experiri, & ſalaciores fieri, docet Joh. Bapt. de Wenck. *M. N. C. Dec. III. An. 9 & 10. obſ. 136. p. 260.* Etſi vero an mulieres aptitudinem concipiendi ex menſtruatione acquirant, eaque an illi operi unice ſit deſtinata, ex ea ratione, quod juxta §. antecedentem, plurimæ feminæ nullis præcedentibus menſtruis, concipiant, ambiguum ſit, Henrico tamen Snellen *Theor. mechan. Part. III. p. 110 ſeq.* credibile eſt, hoſce motus conceptionem accelerare & facilitare; plurimas enim eo tempore potiſſimum concipere, admodum probabile eſt, quo motus illi exiſtunt aut inchoant inteſtini, inſtante nempe menſtruationis tempore, utpote magis aptis redditis ad majores exoſculationes ſpirituum ſui juris exiſtentium ac in ſe petulantius agentium &c. Et juxta Joh. Freind *Emmenol. cap. 7. p. 48.* fluxus menſtruus quanquam conceptui non prorſus quidem neceſſarius, facit tamen, ut facilius concipiant mulieres: quippe vias uterinas ita aperit, ut liberior fiat ſemini in ſanguinem introitus. Tempus coeundi opportunius, ut ſequatur conceptus, eſt deſinentibus menſibus aut jam finitis, quia exſiccati tunc uteri trahunt, inquit Hieron. Barbatus *de Sanguin. p. 56.* Ipſo autem menſtruationis tempore fe-

Conceptio poſt menſium fluxum facilior.

minam concipere poſſe, teſtatur Franciſcus Mauricæus *in Tractat. des obſervations ſur la groſſeſſe, obſ. 676. p 391.* de l'accouchement d'une femme, qui avoit conceû ſon enfant dans le temps, qu'elle eſtoit encore dans la fluxion de ſes menſtruës, inquiens, le 23. Avril 1693. j'ay accouché une femme âgée de quarante-quatre ans ou environ, d'un enfant mâle, qui ſe portroit tres-bien, & qu'elle avoit meſme porté trois jours plus que les neuf mois complets, quoy qu'elle l'euſt co..ceu, à ce que m'aſſura ſon mary, dans le temps, qu'elle eſtoit encore dans la fluxion de ſes menſtruës. Ils avoient eſté, l'un & l'autre depuis onze ou douze ans de ces ſteriles volontaires, qui ne couchent pas ordinairement enſemble, de crainte de faire des enfans, & d'en avoir la charge; de ſorte que le mary de cette femme fut fort étonné voyant ſa femme groſſe, & faſché en meſme temps auſſi bien qu'elle, de ce qu'ils ſeroient condamnez aux dépens, pour n'avoir pas crû, qu'une femme pouvoit concevoir, comme elle avoit fait, dans le temps meſme de l'evacuation de ſes menſtruës; & lis craignoient outre cela, que cet enfant ayant eſté certainement conceu dans un temps ſi peu convenable, ne fuſt ſujet a pluſieur infirmitez, pour avoir eſté infecté dés le commencement de ſa generation des ſuperfluitez menſtruelles de ſamere; Cependant il vint au monde eſtant en parfaite ſanté. Sic mercator quidam pro ſecunda vice matrimonium contraxerat cum virgine evſarca, duos & viginti annos nata, & cubuerunt ſimul fluentibus adhuc menſtruis purgationibus, remque ſemel habuerunt, ſed ita facile, ut ex virgine facta ſit mulier, quæ eodem temporis momento concepit. Maritus ſummo mane ſurrexit, atque ad merces emendas rura ſatis longinqua petiit. Reverſus vero domum & uxor dormierunt ſimul, ſed rem habere tentarunt fruſtra, propter anguſtius multo redditum, quam antea, ſinus pudoris orificium, poſt fluxionem menſtruorum & partium pudendarum exſiccationem &c. vid. Severin. Pin. *de Not. Virginit. cap. 6. p. m. 59. ſeq.* Utrum vero coitus cum femina menſtruata ſit noxi-

noxius? *in Emmenolog. ſeu de menſtruat. cap. V. §. 131. p. 209.* prolixe vidimus.

§. 5.

Ad faciliorem conceptionem facere quoque humorem illum ſeroſum, quem in coitu nonnunquam feminæ ſimul excernunt, veteresque pro ſemine muliebri habebant, ſtatuunt nonnulli. Inquit enim Franciſcus Zypæus *Fundam. medicin. Part. II. cap 7. p. 231.* Solet mulier eodem præter-propter tempore præ voluptate & titillatione, quas ſentit ex injecto virili ſemine & penis motu, ex uteri ſui lacunis contractis influxu ſpirituum animalium in fibras uteri, emittere humorem aliquem ſeroſum, quem non ſemen eſſe alibi probavi Ille humor ad conceptionem concurrere poteſt, quatenus virile ſemen diluendo & rarefaciendo ad ſpiritus ſeminalis faciliorem ſeparationem peragendum motum periſtalticum & ad ovaria elevationem concurrit &c. *Conceptio an a liquore vaginarum.*

§. 6.

Flagrorum uſu faciliorem in mulieribus conceptionem adſcribit Thomas Bartholinus *Tract. de uſu Flagror. in Re med. & vener. p. 21. ſeq.* inquiens, notandum, non viros tantum flagris excitari ad illicitas voluptates & intempeſtivas, ſed & feminas flagellis incitari & incaleſcere, ut facilius concipiant. Notum id fuit Romanis mulieribus, quæ lupercis ſe offerebant flagellandas, ut conciperent. Autor hujus ritus eſt Juvenalis *Sat. 2.* *An a flagrorum uſu?*

- Steriles moriuntur, & illis
Turgida non prodeſt condita pyxide Lyde;
Nec prodeſt agili palmas præbere luperco.

Ubi vetus ſcholiaſtes: Steriles mulieres februantibus lupercis ſe offerebant, & ferula verberabantur. Cur vero palmæ verberatæ ad fœcunditatem Romanas mulieres acceleraverint, ſine ſuperſtitione, facilis ex circulatione ratio petitur. Incaleſcens enim plagis ſanguis in manu recurrit ad cor exindeque ad uterum per arterias,

qui calefactus citius ad libidinem incitatur diſponiturque ad conceptionem &c.

§. 7.

An ſine voluptate conceptio fiat? negant alii.

Utrum vero mulieres ſine delectatione concipere poſſint, inter medicos diſceptari ſolet, quorum alii affirmativam, alii negativam defendunt. Hi, ſive qui conceptionem ſine voluptate fieri poſſe negant, ſequentibus præterpropter rationibus nituntur, quia talis voluptas a partium genitalium confricatione, ſine qua nulla cohabitatio fieri poſſit, in omnibus feminis coeuntibus excitatur. Et quamvis nonnullæ feminæ, vel maritatæ etiam, talem ſe veneream voluptatem ſentire pernegent, minime tamen ipſis, ob neceſſariam in coitu affrictionem, a qua voluptas oritur, fidem adhibendam eſſe ſtatuunt, earumque teſtimonium pro ſuſpecto habent. Inquit enim Johannes Fernelius *Phyſiolog. lib. VII. cap. 6. p. 178.* nulla profecto earum muliercularum dictis fides habenda, quæ aſſeveranter pronunciant, ſe, nulla coitus voluptate utero concepiſſe. Quod etiam Petrus de Peramato defendit, falſum, inquiens, hoc noſcimus teſtimoniis multarum, quæ ſæpe ſæpius hujus rei fecerunt periculum; nec ſunt audiendæ quædam, quæ caſtitatem ſimulantes perhibent, ſe nulla fuiſſe oblectatione detentas, ſed omnia per vim fuiſſe perpeſſas, vid. Caſp. a Reies *Queſt. 42. p. 505.* Deinde quamvis etiam quandoque v.g. in ſtupro violento, ab hoſtibus, admiſſio viri involuntaria & coacta ſit, & absque venereo appetitu incipiatur, nihilominus tamen a ſubſequente confricatione femina ad voluptatem ſtimulatur, quam etiam delectationem absque dubio auget feminis virilis in uteri vaginam, vel, ſecundum veteres & nonnullos recentes, in uteri cavitatem injaculatio; ut ita involuntarie & vi inceptus actus venereus cum appetitu continuetur & abſolvatur. Sicut enim illi, cui mel vel ſaccharum, vel etiam amaricantia cum naufea & vi in os intruduntur, dulcedo nihilominus mellis vel ſacchari, vel etiam amaritudo, in ore remanet; ita etiam objecta reliqua ſenſuum ſuis organis

ganis incidentia, ſi voluptuoſa fuerint, gratiam & voluptatem, ſi infeſta, dolorem vel naufeam movebunt: ita membrum virile, vi quoque partibus mulierum verendis intruſum, ob plicas vaginæ uterinæ vellicatas, obque injectum virile ſemen, venereæ voluptatis ſenſationem cauſatur atque relinquit. Ab hoc mulierum coeuntium defectu voluptatis ſterilitas equidem dependere videtur juxta obſervationem Plateri, de nobilis cujusdam uxore, toto matrimonii tempore nihil penitus voluptatis aut titillationis percipiente ac ſterili. v. Felic. Plater. *Obſ. lib. I. p. 260. ſeq.* Scribit tamen Averroes, ſe multas vidiſſe imprægnatas, cum per vim fuiſſent violatæ. v. Caſp. a Reies *l. a.* Absque mutua vero maris & feminæ voluptate concipi non poſſe credit Realdus Columbus *de Reanatom. lib. II. cap. 15. p. 448.*

§. 8

Huic tamen ſententiæ alii contradicentes medici conceptionem citra voluptatem fieri poſſe aſſerunt & quidem tam veteres, quam recentiores. *Alii aſſerunt.* Inquit enim Hieronymus Mercurialis *de Morb. mul. lib. I. cap. 2.* quanquam Ariſtoteles *lib. I de Gener. anim.* ſcribit, mulierem ſæpe concipere ſine coitus voluptate, tamen hoc apud medicos non eſt receptum &c. vid. Iſrael. Spach. *Gynæc. fol. 213.* Sine maris ac feminæ emiſſione concipi impoſſibile eſt, ſine voluptate vero femellæ fieri quidem poteſt, ſi locus turgeat, & vulva propius oſtium deſcendat: quamvis magna ex parte ſic accidat, ut utrorumque oblectamento id agatur, inquit Ludovicus Bonacciolus *de Fœt. format. cap. 2. p. 187.* Plura de hac materia ex veteribus reperies in Zacut. Luſitan. *de Medic. princip. hiſtor. lib. III. Quæſt. 18. oper. Tom. I. fol. 475. ſeqq.* Roder. a Caſtr. *de Nat. mul. lib. II. cap. 1. p. 38.* Caſp. a Reies *l. a. p. 507.* ubi feminam aliquam aut cum pauciſſima delectatione, aut citra ullam concipere poſſe multis rationibus ſtatuit. it. Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. lib. III. Tit. 1. Qu. 7. n. 11. 12. ſeq. fol. 280. ſeq.* Marcell. Donat. *de med. hiſtor. mirab. lib. IV. cap. 12. p. 396.* Quamvis etiam anguſtis & primum coitum admittentibus a

confricatione voluptas deneganda non ſit, talis tamen in iis ſponſis, quæ tempore menſtruationis coitum celebrant, vix expectari poteſt, cum ſponſo tunc temporis facilior ingreſſus, ſponſæ virginitas quandoque ſuſpecta eſſe ſoleat, qualia exempla cum admonitione in Muliebribus ex Pinæo & aliis autoribus adduximus. Rationem, cur citra voluptatem mulieres ſæpe concipiant, hanc reddit du Vernay apud Nicol. Blegny *Zodiac. med. Gall. An. II. menſ. Mart. cap. 3. p. 72 ſeq.* cenſet ſcilicet, id adſcribendum ſuperfluæ ſeminis copiæ, ob quam contingat extenſio extraordinaria vaſorum id continentium, quapropter obſtupeſcat ſenſus filamentorum nerveorum, eorum ſtructuram conſtituentium: Cujus rei præterea cauſa eſſe poteſt diuturnior ſeminis in illis mora, per quam longior fermentatio inducitur, cauſa diſſipationis partium maxime ſpirituoſarum, unde aciditas quædam illi conciliatur, qualitas minime omnium idonea ac multum diſcrepans ab ea, quæ requiritur ad titillationis excitationem, quæ ex plurimorum philoſophorum ſententia ſextum ſenſum conſtituit. Quibus & hoc addere eſt, tempore repletionis tuborum ſemen continentium, cum uterus magis madeſcat, tunc hunc ſuppeditare poſſe omnibus partibus genitalibus humorem mucilaginoſum, qui obducens nervorum extremitates, eos ſenſus acumine privat, unde imminutio vel abolitio voluptatis, hinc cum nihilominus integra perſtet natura ſeminis muliebris, conceptio tamen locum habet, quæ contingit ea commixtione ſeminis muliebris cum virili tempore coitus. vid. etiam Tr. de Coit. §. 9.

§. 9.

Ipſorum ratio. Cum vero plerique hactenus circa hanc materiam allegati, & alii ab ipſis iterum citati autores hanc ſententiam ex veterum hypotheſi, quod ſcilicet non ſolum mas, ſed etiam femina in coitu fœcundo proprium ſemen excernat, atque ab eorum commixtione generatio & conceptio fœtusque formatio dependeat, unanimiter defendant, quid mirum, quod etiam cum veteribus, liquorem

rem illum, qui aliquando tum in coitu, tum ab alia etiam titillatione & phantaſia venerea e partibus mulierum genitalibus effluere obſervatur, tam diu pro ſemine femineo habuerint, donec a recentioribus doctrina de generatione ex ovo, (quam equidem modo allegatus recens autor, du Vernay, adhuc futilibus ſubtilitatibus & figmentis annumerat) pluribus rationibus atque demonſtrationibus confirmata & noſtris temporibus ab omnibus anatomico-phyſiologis, licet aliquali cum diſcrepantia, recepta fuerit? Et ſicuti ex anatomicis apparet, dictum liquorem, a veteribus pro mulierum ſemine habitum, non ex ipſo utero, ſed ex glandulis vaginalibus, per lacunas maximam partem provenire, neque retro ad uterum, ſed ad extra effluere, ita etiam multo minus, ad conceptionem fœtusque formationem, quæ in ovario & utero quærenda, aliquid conferre poteſt, licet ab ipſo tempore coitus in majori quantitate ſecreto, ſalacitem ſeu voluptatem veneream majorem excitari libenter concedamus; Interim tamen non in quovis coitu fœcundo dicti liquoris excretionem obſervari, experiuntur mares atque feminæ; quarum etiam nonnullæ, ſe quandoque coitum fœcundum absque ullo voluptatis ſtimulo (qui ſimul a mentula viri propriaque conflictus amoroſi impreſſione excitari ſolet,) expertas fuaſſe, conſtanter affirmant. Et quamvis ipſarum verba a plerisque in dubium vocentur atque ob paulo ante allegatas rationes vacillare videantur; quin tamen in certis ſubjectis, eg. frigidis ſeu phlegmaticis, perterritis & ab hoſte ſtupratis, item in ebriis & profundo ſomno ſepultis, ejusmodi inſenſatio ſit poſſibilis, dubium non videtur, cum præſertim his ultimis, ſcilicet dormientibus, quandoque varia, v. g. candelæ, ligna, peſſi & alia, per jocum & malitiam, in ſinum muliebrem, absque dormientium ſenſu, immiſſa vel intruſa legantur; præterea etiam varia feminarum in ſomno concipientium exempla hinc inde referantur atque defendantur. Uti de Stupratione in ſomno monſtravimus.

§. 10.

§. 10.

Alii autores. Posse autem feminas absque voluptate in coitu concipere, præter modo allegatos autores, statuit etiam Guilielmus Harveus *de Generat. animal. exercit. 65. p. 421 seq.* Vasa, inquiens, præparantia dicta, & deferentia, vel ejaculantia, nec in damis & cervis inveniuntur, nec (quod sciam) in alia aliqua femina visuntur; & anatomici (feminam in coitu semen emittere rati) ea in muliere solicite nimis inquirunt: quippe omnibus non contingunt, & in quibus insunt, nunquam eodem modo reperiuntur. Quamobrem verissimum videtur, quod etiam mulierum major pars asserit, ipsas nempe in coitu semen non effundere. Et licet salaciores quædam humorem aliquem in coitu emittant, eum tamen fœcundum semen esse, aut ad conceptum necessario requiri, non arbitror. Plurimæ enim sine ejusmodi effusione, & nonnullæ quoque citra voluptatem aliquam concipiunt. Et Johannes Adamus Gensselius *Ephem. Acad. nat. cur. Cent. III & IV. obs. 49. p. 109.* talem conceptionem sine voluptate defendit; datis, inquiens, omnibus requisitis ad conceptionem necessariis, non potest non eadem subsequi, licet præter voluntatem & citra appetitum naturalem coitus contingat. Illud in plurimis puellis toto quasi observatur die, quæ contra voluntatem suam & intentionem, ipsis quasi invitis imprægnantur: hoc vero in certis mulierculis, temperamenti phlegmatici, quales ipsemet novi, cernitur, quæ absque minima delectatione, voluptate ac titillationis sensu, atque sic sine appetitu concumbentes, tamen concipiunt. Sæpe numero concipere mulieres nulla delectatione in venereo congressu affectas testimonio Aristotelis probat Marcellus Donatus *de med. histor. mirabil. lib. IV. cap. 17. p. 396.* Liceat etiam hoc loco inserere observationem Johannis Nicolai Pechlini de Aphrodisia sine voluptate *ex observ. lib. I. obs. 44. p. 101. seq.* Copiose, inquit, disputat Caspar a Reyes, an mulier sine voluptate concipere possit, negantibus aliis, aliis affirmantibus; qui affirmant, exemplis se rem ostendere posse

ſe confidunt, qui negant, ratione ſe defendunt a natura corporis plurimisque inde circumſtantiis petita. Si rationem audio, non facile & ipſe exiſtimem, ſine voluptatis ſenſu concipere feminam poſſe; ſin experientiam, victas dare manus debeo. Neque volo, quisquam opinetur, in hiſce ſola me mulierum confeſſione acquieſcere, quæ ſæpe extenuant, quod in ſuſpicionem venereæ libidinis rapi poteſt, ſed aliorum potius & virorum, quibuscum conſueſcunt. Non dubito etiam reperiri feminas, quæ voluptatem illam æſtimare neſciant, & in ecſtaſi tam peculiari ſui dulcedinisque obliviſcantur, quod ipſum pro voluptate illa argumentum eſt longe maximum; non enim aliud quæritur, quam ut ſenſus ſibi erepti vulgarium rerum curam abjiciant. Et utut conceptum ſine voluptatis ſenſu fieri poſſe vix credibile ſit, arbitror tamen eſſe, quæ juſſæ & provocatæ ſine prurigine virum & admittant & concipiant. Quodſi autem concubitus ſine feminis vel fœcundi aut voluptuarii effuſione a mulieribus inſtitui poteſt, & unum virorum ſemen, idque verminoſum, generationis conficit arcana, quæ nupera eſt hypotheſis, minus certe paradoxum videatur, neſciam & ſtertentem feminam pro illo corporis habitu imprægnatam aliquando eſſe, quod coram judice ſancte & jurato affirmaſſe aliquam ſcio, cui tamen non temere fidem adhibuiſſet, niſi clandeſtinus amator commiſeratione virginis non ita malæ ductus furtum ablatumque inſciæ coitum prodidiſſet. Credo reperiri feminas tam craſſa calloſaque cuticula, ſpirituum adhæc tam lenta tarditate & habitu œdematoſo, ut membri virilis molitiones, ſi & ipſum flaccidius exiliusque, roremque auræ ſeminalis non alio, quam vulgari contactu agnoſcant, nullo ad interiora delato orgasmo: Verum, ut conſtat, gradus venereæ dulcedinis eſſe diverſos, ita dubium non eſt, quin aliquando in obtuſiorem aut nullam deſinere poſſit; atque eum in finem diſtinguere etiam cauſas oportet, quæ ſenſum provocent voluptatis; alia enim profecto eſt ab efferveſcentia ſanguinis & ſpirituum, unde prima

fere oriuntur libidinis semina: alii a frictione solidi & naturalium, quæ plerumque illam aut repertam magis incendit, aut segnem excitat; alia a profusione feminis quæsitoque per angustias sensiles exitu: hæc, ut venerei certaminis est complementum, ita voluptati per gradus auctæ ultimum addit mirificumque sensum, quæque una est, propter quam οἱ ἀφροδισιάζοντες tam perdite coitum affectent, & hanc sibi cœli imaginem finxerint Muhamedani. Itaque compendio dicam, quæ sentio: Sunt feminæ quædam adeo obtusæ ac παχύδερμοι, ut vix ac ne vix quidem in libidinem despument, &, quamvis motum percipiant aliquem, non tamen percipiant eum voluptatis gradum, quo amantes tantopere exsultant; quæ ipsæ forte, si penitus somno obruantur, etiam ignaræ perfundi semine virili & concipere possunt. At quæ usque eo incalescunt, ut saniem in coitu ejiciant genitalem, eas non posse non aliqua percelli ecstasi, quamdiu canaliculi isti nervei sunt tam angusti, & sanies multo spiritu spumosa, omnino adducor, ut credam. Quodsi tamen effusio illa ad conceptum necessaria est, in quo ego valde dubito, haud intelligo, quomodo concipere possit, quæ nullo ejusmodi sensu aut ecstasi afficitur. Ut magis jam mirari habeam exemplum, quod mihi vir muneris conditione venerabilis de conjuge sua testatus est. eam, etsi blandulam, mellitulam, deliciarumque & venerum promam condam, nunc etiam plurimorum liberorum matrem, adeo sine omni voluptate concumbere, ut quem exquisitissimis blanditiis, osculis, & quæ ἡ ὀφειλομένη εὔνοια dictare solet, a marito forti provocavit coitum, mox verbis, minis, fere etiam lacrymis deprecetur: & cum exstimulato jam post tot illecebras membro fibulam imponi posse desperat, virum admittat quidem, sed animo remissiore & a sacris illis averso. Neque hæc heri aut nudius tertius nec post tot liberorum fastidia, nata antipathia, sed ante viginti annos & cum primo coitu, quem tamen ipsum etiam, dici vix potest quibus artibus, in multas noctes distulerit. Et vero non unum nec alterum, sed viros

viros promiscue & feminas illam sexus sequioris ἀναισθησίαν dolentes numero plures cognovi, ut desinant jam infamare mulierculas probrosi viri, qui omnem voluptatis sensum peccandique occasiones in illas, veluti unica libidinis fomenta, rejiciunt, seque unos a crimine absolvunt. Hæc Pechlinus. Inquit etiam Rodericus a Castr. *de Natur. Mulier. Lib. II. cap. 1. p. 38.* humor quidam salivalis in feminis uteri cervicem per tenuissimas fibras adit; quem cum emittunt, mira voluptate afficiuntur, quod non perpetuo in feminis prolifici emissione, sed plerumque evenit; plures enim citra libidinis voluptatem conceperunt. Et Nicolaus Venette *de la Generat. de l' Homme cap. IV. Art. 3. p. 391.* scribit: J'avouë, que le plaisir n' accompagne pas toûjours la conception, & je ne saurois croire, que ce soit le seul écoulement de la semence des femmes, qui leur cause des contentements. Le chatoüillement, qu' elles ressentent des parties de l' homme, & la forte imagination, qu' elles ont dans le combat amoureux, en sont la principale cause, si bien que je ne m' estonne pas, s'il y en a eu quelques-unes, qui, n'ayant pas la liberté de l' imagination & du chatoüillement, ont engendré sans plaisirs.

§. II.

Conceptio sine penis intromissione.

Porro etiam pro sententia affirmativa, sive feminas quandoque absque voluptatis venereæ sensu concipere posse, alia adhuc argumenta a conceptione sine plenaria penis in partes mulieris genitales immissione seminisque virilis a variis causis impedita injectione, vel etiam a conceptione in somno, desumpta, dimicare videntur. Qvamvis enim, ex Galeni omniumque veterum medicorum judicio, sine penis in uterum ejusve vaginam immissione nulla fiat generatio; vid. etiam P. Zacch. *Quæst. med. legal. Lib. III. T. I. Q. 8. fol. 283 seqq.* dantur tamen varia mentulæ virilis in vulvam intrusionis seminisque legitimæ injectionis, (a quibus primario voluptas oritur,) impedimenta, salva

tamen conceptione, quæ etiam ſine penis intromiſſione poſſibilis eſt, uti de anguſtis ſive arctis, occluſis et imperforatis, ſive atretis liquet, quæ virum absque dolore non admittere, nihilominus tamen ſine legitima cohabitatione concipere poſſunt; ſiquidem licet in ejusmodi feminarum labiis pudendi, a partu vel aliis cauſis præter naturam occluſis vel coalitis, item in membrana, quandoque vaginæ introitum occludente, (quæ anatomicis vulgo hymen dicitur, atque interdum ſatis ſpiſſa & craſſa reperitur) vel etiam in ipſius vaginæ ſtricto coalitu, interdum equidem parvum quoddam pro aliquali feminis virilis, vel ejusdem ſpiritus genitalis, immiſſione, deprehendatur foramen, vix tamen a tantillo feminis, quantillum per tam parvum foramen ingreditur, multo minus a ſpiritu penetrante, absque debita mentulæ intromiſſione, ſolita voluptas expectanda erit. Ad talem vero conceptionem requiritur, ut ſemen ſit prolificum, & ſtatim poſt vulvæ labia vel proxime ad perforationem ſive aperturam rejiciatur, ne ipſius ſpiritus ab aere diſſipentur. Tale exemplum refert Petrus Borellus *Cent. IV. obſ. 26. p. 297.* Sine profunda penis immiſſione conceptionem fieri poſſe, defendit etiam Michael Ettmüllerus *Oper. Tom. I. fol. m. 168.* inquiens: Verum eſt, quod etiam virgo concipere poſſit, cui penis non adeo profunde intruditur, & cui clauſtra, quæ vocantur virginalia, minus in tali caſu aperiuntur, modo tam artificioſe ejaculetur genitura maris, ne ab aeris externi ingreſſu vitiari aut ſpiritus genitalis diſſipari poſſit, quin potius hic ipſe prompte ſe in uterum inſinuet, & ita virginem imprægnet. Sufficit ergo ad conceptionem ſaltem ſpiritus genitalis maris, modo extra aerem externum poſſit venire in vaginam uteri. Refert etiam D. dela Morandiere, quendam a ſeptennio conjugatum de uxore conqueſtum eſſe, quod nunquam illam inire potuerit. Conſtituta autem a judice per chirurgum & matronas exploratione, in dicta muliere repertum fuiſſe orificium externum

ternum vulvæ obturatum a carne ſolida eaque naturali, pertuſa tamen in medio ad menſtruorum effluxum, vix tamen ſtyli cujuspiam vulgaris capaci; qua de cauſa generationi inhabilis judicata fuit ac viduitati mancipata. Libidinis tamen ſtimulis urgentibus eadem concepit, actu quanquam venereo imperfecto; Partus enim tempore adveniente accerſitus dela Morandiere exitum artificio infanti procuravit, ſcilicet inciſione facta carnis vaginæ introitum obſidentis &c. vid. Nicol. de Blegny *Zodiac. Med. Gallic. An. I. Novembr. Obſ. 6. p. 173.* Plura exempla vid. *in Gynæcolog. Sect. II. cap. 2. §. 22 ſeq. p. 162. ſq.* de atretarum conceptione.

§. 12.

Imperforatas absque voluptate concipere.

Dari autem anguſtarum & imperforatarum feminarum absque voluptate, & potius cum dolore, concipientium exempla, ex Gynæcol. *Sect. II. cap. 2.* repeti poteſt; meminit enim Johannes Riolanus *Anthropograph. lib. II. cap. 35. fol. 197.* ſe Pariſiis vidiſſe mulierem, quæ ex partu difficili laceratas habuerit partes genitales, cujus nymphæ & quatuor carunculæ poſtmodum tam arcte coaluerant, ut vix ſpecilli cuſpidem foramen admitteret, nihilominus decimo quarto abhinc anno iterum concepit. Refert etiam Riolanus, in Francia imprægnatam fuiſſe quandam, cujus virginitatis clauſtra omnia firma atque illæſa manſerant. Et anno 1609. mulier quædam imperforata accuſavit maritum impotentiæ & frigiditatis coram judice, quod non ab eo quicquam paſſa fuiſſet; quæ tamen gravida fuit inventa. Cum aurifaber honeſtam puellam duxiſſet, ipſique in congreſſu liber aditus ad illam non daretur, quin etiam illa in congreſſu de dolore & quod difficulter maritum admittere poſſet, conquereretur, poſt menſes aliquot maritus de divortio cogitare cœpit, ipſa tamen gravida tempore legitimo, facta inciſione, infantem maturum progenuit, vid. Gu. Fabric. Hild. *Obſ. chirurg. Cent. III. obſ. 60. fol. 244 ſq.* Fe-

mina, cui orificium uteri externum firma carne ita erat coalitum, ut tantum foraminulum, vix frameam admittens, pro excernendis menſibus ſupereſſet, hinc etiam ad conceptionem inepta judicaretur, veneris œſtro percita nihilominus concepit, juxta Stephan. Blancard. *Collect. med. phyſ. Cent. III. obſ. 56. p. 428.* Puella Romana, cui vulvæ labia a nativitate erant unita, niſi quod per exiguum foramen, vix piſum capiens, urina & menſtrua egrederentur, licet penem admittere non poterat, concepit, teſte Henrico a Moinichen *Obſ. 13. p. 49 ſeq.* Alii puellæ, cum a carbonibus totam perinæi, vulvæ & pubis regionem combuſſerat, chirurgi negligentia integra vulvæ labia firma cicatrice ſibi conjungebantur, relictis tantum duobus foraminulis; a proco nihilominus per contactum absque membri intromiſſione ingravidata fuit, *vid. M. N. C. Dec. I. An. 3. obſ. 273. p. 486.* In femina quadam tempore partus præter membranam hymenem integram & valde craſſam alia adhuc membrana præternaturalis craſſa vulvam profundius claudebat fœtusque exitum impediebat, juxta Frid. Ruyſch. *Obſ. 22. p. 27.* Noviomagi mulier quædam parturiens ad ingreſſum vaginæ validam transverſam membranam, in medio exili foramine perforatam, tantaque firmitudine habebat, ut digitis ab obſtetrice dilacerari nequiret; hæc penitus impediebat, quo minus obſtetrix digitum ullo modo immittere poſſet; & quia mariti penem adhuc multo minus recipere potuerat, mirabantur omnes, quomodo illa imprægnari potuiſſet. Sed confitebatur maritus, ſe multoties tentaſſe, anne per illud obſtaculum rigido ſuo ariete perrumpere poſſet, ſed nunquam penetrare potuiſſe, aut interiora ſubiiſſe: interim tamen in iſta lucta ipſi multoties ſemen effluxiſſe & contra membranam iſtam ejaculatum fuiſſe, referente Isbrando de Diemerbroec *Anatom. lib. I. c. 23. f. 126.* Puellam ſedecim annorum eximiæ formæ, cui ob genitalia, a natali clauſa, menſes & urina ordi-

ordinarie, modo solitarie, modo cum cæteris fecibus per alvum sine molestia fluebant, parentes ideo, quod ad matrimonium inepta videretur, in cœnobium deducere volebant, quam tamen eremum illa declinans postmodum a jurisperito, semine virili tantum extra pudendum virgineum aspersо vitiata fuit. *v. M. N. C. Dec. II. an. 7. app. p. 160 seq.* De partu difficili ob hymenis paululum tantummodo perforati præsentiam sequentem observationem refert Franciscus Mauriceau *Observat. 489. p. 287.* J'ay veu une femme de trente-cinq ans, qui estoit en travail de son premier enfant, depuis vingt-quatre heures, que ses eaux estoient ecoulées; ce qui rendoit son travail plus difficile & laborieux; la quelle difficulté estoit encore augmentée par son hymen, qui me parut tout entier à l'entrée du col dela matrice, & si peu perforé, qu'on ne pouvoit pas y introduire seulement, l'extremité du petit doigt; ce qui me fit connoistre une verité, dont cette femme m'assura; qui estoit, qu'ayant epousé un homme fort vieux, qui par sa foiblesse n'avoit pas pû en forçant son hymen, faire aucune introduction de sa verge dans le col de sa matrice, elle n'avoit pas laissé de devenir grosse, à son grand etonnement. Et *Obs. 583. p. 341.* idem autor historiam recensет d'une jeune femme, qui quoyque son hymen ne fust perforé, que d'un petit trou dela grosseur d'un tuyau de plume à escrire, n'avoit pas laissé de concevoir, sans introduction du membre viril. Refert etiam Johannes Bohnius *Exercitat. physiologic. 24. §. 2.* modo virginem, ad cujus vulvæ extremum tantum absque penis in vaginam admissione, semen virile depositum erat, modo aliam, cujus orificium externum membrana robusta satis totum fere occludebatur, ut deflorari non posset, modo feminam, cujus vaginæ ostium, a difficili partu laceratum, maximam partem coaluerat, nihilominus concepisse. Exemplum feminæ, cujus vagina uterina post ulcera male curata in medio a cicatrice atque duritie ita erat angustata

guſtata fereque coalita, ut vix candelam ceream, multo minus mariti membrum admittere poſſet, quæ tamen poſtmodum conceperat, atque poſt inſtitutam curam feliciter pepererat, recitat Coſmus Viardel *von der vveiblichen Geburt Lib. II. cap. 5 p. 46 ſq.* Daniel Tauvri etiam dicit, ſe multas noſſe feminas, quæ conceperint, nulla præcedente admiſſione membri virilis in vaginam, quæ quidem fuerint imperforatæ, excepto parvulo quodam foramine, tam pro emiſſione urinæ, quam pro effluxu menſium, deſtinato. vid. Gofey Hypotheſ. *de Generat. Fœtus p. 65.* ad quem locum notat Daniel Hofmannus *l. a.* ubi menſes per foraminulum poſſunt egredi, ibi halitus ſeminales ingredi poſſe, nullum eſt dubium. Et Jean Baptiſte Verduc *de l' Uſage des Partes Tom. I. cap. 1. p. m. 16.* inquit: il ne faut pas ſe perſuader, que toute la ſemence ſoit neceſſaire, pour rendre les œufs feconds, puisqu'il arrive ſouvent, que la ſemence n' entre pas dans la matrice; & méme l'on a pluſieurs experiences des femmes, qui ſont devenuës groſſes, quoyqu'il n'y ait eu que les parties exterieures d' arroſées, ſans d'autres approches. vid. etiam Spermatolog. noſtr. *Cap. 10. §. 19. p. 480. ſeqq.* Imo dantur etiam exempla mulierum, quæ ob nimiam anguſtiam, occluſionem & imperforationem ſeu atreſiam a maritis ſuis ſeparatæ poſtmodum ab aliis fuerunt imprægnatæ, de quibus videatur Tract. de Coit. *cap. II. §. 24.* De quæſtione, an conceptio ſine coitu ſeu intromiſſione membri virilis, ſed ex ſola affrictione penis feminisque aſperſione ad orificium matricis, fieri poſſit vid. Mich. Albert. *Jurisprud. med. cap. 2. §. 13. p. 29.*

§. 13.

An detur conceptio in ſomno?

Pertinet huc etiam quæſtio an virgo vel alia femina dormiens a mare inſcia imprægnari ſeu concipere queat? ad quam plurimi autores ex ea ratione negative reſpondent, quia poſt lapſum primorum parentum conceptio ſine voluptate vel delectatione fieri

fieri non poſſit. Cum vero hactenus allegatorum autorum nonnulli, non ſine ratione contrarium, ſcilicet ſæpius feminas absque venerea voluptate, non dormientes, concipere, defendant, hoc loco aliquot tantummodo in ſomno concipientium feminarum exempla ex Gynæcologiæ noſtræ *Sect. II. cap. 6.* de ſtupro in ſomno & aliis autoribus adduci poſſent, quamquam nonnullis ejusmodi relationes ſuſpectæ eſſe ſoleant, ſiquidem ſecundum Caſp. a Reies *Elyſ. jucundarum Quæſtion. Camp. Quæſt. 42. p. m. 503.* non raro accidat, ut innuptæ aliquæ, quibus ex furtivo concubitu uterus increſcit ad confeſſores mox adeuntes de illata vi conquerantur, & oblectamentum nullum habuiſſe inſuper addant & perſuadere conentur, ut majorem ſic ſuæ turpitudinis excuſationem habere credantur, ac ſi rem omnem citra voluntatem aut voluptatem peractam fuiſſe, aut excuſationis aut ruboris cauſa inculcent.

§. 14.

Hanc tamen in ſomno imprægnationem ſub certis conditionibus tam jurisconſulti, quam medici admittunt, v. g. ſecundum facultatis juridicæ Jenenſis reſponſum, nihil impoſſibilitatis alit, quod perſona quædam muliebris & quidem facilius quam virilis, cum tantum paſſive ſe gerat, cumprimis autem uxor in conjugio vivens itidem tanquam in ſomnio, maxime ſi ad affectus ſoporoſos inclinet, aut inſigniter delaſſata fuerit vel ex ebrietate in profundum ſomnum delapſa fuerit, a viro imprægnari poſſit &c. vid. Mich. Bernh. Valentin. *Novissimi med. legal. Caſ. 1. p. 30.* quo loco etiam pag. ſeqq. ſequitur caſus de imprægnatione dormientis in ſella cum reſponſo facultatis medicæ Lipſienſis. vid. Joh. Frider. Zittmann. *medicin. forenſ. ſeu Reſponſ. Facult. med. Lipſ. Cent. VI. caſ. 77. p. 1642.* Et *Cent. V. caſ. 21. p. 1156. 1158.* ad quæſtionem; an virgo alto ſomno ſepulta deflorari & imprægnari poſſit? reſpondet dicta facultas, quod equidem ſecundum adductas circumſtantias non facile ſit judicandum, dor- *Conceditur a nonnullis.*

mientem virginem ſtupro violento eſſe imprægnatam, quippe quod absque notabili ſenſatione præcipue in perſona nondum deflorata, difficulter fieri poſſet, interim tamen ibidem, ſola affrictione penis ſeminisque ad externum matricis orificium aſperſione, absque ſingulari tactu & agnitione ſtupratoris ipſam concepiſſe, adductis variis medicorum obſervationibus conceditur.

§. 15.

Porro de hac quæſtione, utrum ſine partium genitalium utriusque ſexus applicatione ac ſine hymenis dilaceratione conceptio fieri poſſit, prolixius tractant nonnulli autores; v. g. Joh. Benedictus Sinibaldus *Geneanthrop. Lib. IV. Tr. 2. cap. 3. pag. 457.* quæſtionem movet: An & qua ratione flore virgineo incorrupto mulier aliquando concipere valeat? An ſine læſione hymenis fieri poſſit conceptio? vid. Thom. Bartholin. *Anatomia Lib. I. cap. 31. p. 286.* Virginem quampiam ſervata corporali virginitate, id eſt, non deleto virginitatis flore, ſeu non rupta aut dilacerata membrana, quatuor carunculis interpoſita, concipere poſſe, defendit Vopiſcus Fortunatus Plempius *Fundam. medicin. Lib. II. cap. 9. p. 140.* De quæſtione, an incorrupta poſſit imprægnari, & an conceptus poſſibilis virginitatis clauſtro non violato? vid. Caſp. a Reies *Camp. Elyſ. Jucund. Quæſt. 41. p. 491. ſeq.* Si une femme peut devenir groſſe ſans l'application des parties naturelles d'un homme? quærit Nicolas Venette *de la Generat. de l'homme Part. IV. cap. 5. p. 633 ſq* An femina poſſit concipere absque coitu? vid. Hier. Fabric. ab Aquap. *de operat. chirurg. Part. I. cap. 81. pag. edit. Francof. 104.* Item de hac quæſtione, an arctæ vel atretæ & imperforatæ ſive velatæ, quibus ante uteri oſculum interius membrana quædam modo craſſior, modo tenuior præter naturam obtenditur, quæ & egreſſum menſibus, & aliquando fœtui, & ingreſſum virili membro impedit, generare poſſint, nec ne, pluribus agit Paulus Zacch.

Zacch. *Quæſt. med. legal. Lib. III. Tit. 1. Quæſt. 7. n. 24 ſeqq. fol. 282. ſeq.* vid. etiam Petr. Müller. *Diſput. de Prægnant. cap. 2 Theſ. 8. p. 10.* An virgo poſſit deflorari, licet hymen non disrumpatur, aut an conceptus ſit poſſibilis, clauſtro virginitatis non violato? vid. Mich. Albert. *Jur. prud. med. cap. 3. §. 3. p. 61.*

§. 16.

Ad conceptionem unicus coitus ſufficit.

Ad conceptionem non modo plerique voluptatem, ſed nonnulli etiam frequentem & reiteratum coitum requiri ſtatuunt, cui tamen ſententiæ contradicit, præter quotidianam experientiam, Paulus Zacchias *Quæſtion. med. leg. Tom. III. Conſil 23. n. 3. fol. 41.* ad generationem, inquiens, non requiritur frequentatio coitus, ſed ſatis eſt, ut unica vice mulier cognoſcatur; ex unico enim coitu non ſolum fit generatio, ſed interdum etiam multiplex generatio, cum videamus ex unico coitu geminos & trigeminos neſci.

§. 17.

An ſine ſeminis emiſſione

Absque membri virilis in uteri vaginam immiſſione ſeminisque in eandem injectione, ſed a ſola ejusdem circa vulvæ rimam & ingreſſum aſperſione vel pollutione conceptionem fieri poſſe, hactenus vidimus; cum autem dentur etiam viri, qui in coitu nullum plane ſemen, vel loco ejusdem ſpiritus vel flatus quandoque cum delectatione excernunt, vel per penem explodunt, ſive qui erigunt, non tamen ejaculantur, ut adeo ſimiles ſint militibus, qui aut inanem bombardam in alios dirigunt, aut plumbea quidem glande gravidam, ſed inerti ac ſtupido pulvere pyrio, qui impetum ab igne non concipit, inſtructam displodere ſatagunt; quæritur, an ab ejusmodi congreſſu conceptio ſit expectanda? Exempla autem virorum in coitu nullum ſemen excernentium ut adducamus, refert Petrus Foreſtus *Obſ. medic. Lib. XXVI. obſ. 18. fol. m. 586.* Juvenem raræ & ſiccioris temperaturæ, cum nuper viduam duxiſſet, ſibi conqueſtum eſ-

ſe, ſe cum coitu utaretur, v eretro licet optime extento & rigido, ſemen tamen ejaculari non poſſe, quamvis ille & non pauci alii, cum aliquo tempore in conjugio vixiſſent, utentes iis, quæ ſemen augerent, ad venerem exercendam deinde potentes fuerint. Sic Marcellus Donatus *de medic. hiſtor. mirab. Lib. IV. cap. 18. p. 397.* illuſtris juvenis meminit, qui in venereo congreſſu cum muliere ſemen emittere nequibat, quamvis in ſomnio atque manibus perfricata mentula, vel nullo negotio excerneret; qui autor etiam *pag. ſeq.* aliam huic ſimilem hiſtoriam de adoleſcente, miniſtro domeſtico, recenſet, confeſſo, ſe, quando cum muliere rem haberet, ſemen effundere non poſſe, cum vero dormiret, plurimum ei ſemen prodire. Quam obſervationem etiam ex Rufo adducit Hieronymus Mercurialis *Medicin. Pract. Lib. III. cap. 39. fol. m. 442.* Coitum ſine ulla ſeminis ejectione annotavit etiam Fridericus Chriſtianus Cregutus *M. N. C. Dec. III. An. 5. & 6. obſ. 287. p. 645.* ſcilicet vir triginta quatuor annorum jam undecim annorum ſpatio cum uxore in matrimonio vixerat; et quamvis ab eo tempore ſæpe numero congreſſum celebraſſent, ne guttulam tamen liquoris in ipſius naturæ ſinum effudit, quanquam ſalacisſimus fuerit. Juvenis Dalmata forma eleganti præditus, mœſtus & triſtis ad Amatum Luſitanum venit, ſe malle mori, inquiens, quam ſimile vitium pati; hic namque cum coibat cum muliere, nullum emittebat ſemen, ſed potius ventris crepitus edebat. vid. Joh. Schenck. *Obſ. medic. Lib. IV. fol. m. 532.* quo loco plura exſtant exempla. Juxta Felic. Plater. *Obſervat. med. Lib. I. p. m. 257.* conquerebatur matrona quædam, ad conceptum ob ætatem non ampliusidonea de marito, quod congreſſu eam ſupra modum exerceret excruciaretque citra ſpermatis tamen effuſionem. Cur ejusmodi veneris equites coitum non abſolvere vel ſemen emittere poſſint, varias adducit Marcellus Donatus *l. a. p. 397. ſeqq.* Joh. Ben. Sinibald. *Geneanthrop. Lib. III. Tract. 3. cap. 7. p. 328. ſeq.* Spermatolog. noſtr.

Cap.

Cap I. §. 30. p 36. ſeq. Quamvis autem in adductis de feminis in coitu defectu exemplis nulla conceptionis fiat mentio, annon tamen in ejusmodi congreſſu femina imprægnari queat, non dubitare videtur Michael Alberti *Jurisprud. medic. cap. V. §. 2. p. 103.* judicans, quod ad concipiendum non æque neceſſe ſit, ut ſemen cavitatem uteri ingrediatur, & ſi aliquid immateriale fœcundationem efficere debet, non neceſſe ſit, ut orificium uteri interdum aperiatur, ſufficit quod interna libido utriusque conjugis, & intentio & propenſio ad generandum ſingularis ſatisfaciat, quippe quæ etiam ad gemellorum conceptum contribuit. Vir quidam conſuevit interdum œſtro libidinis percitus geniali deſiderio favere & obtemperare, cui tamen cum indulgebat, ea mulcebatur ac perfundebatur veneris dulcedine, ut impotens voluptatis ſenſibus fere omnibus deſtitutus, humi concideret, & quod erat magis admiratione dignum, feminis nihil effundebat. Hunc ipſum tamen virginem non ſolum ſubagitaſſe, ſed & imprægnaſſe, tradit Martinus Leopardus Viſſenſis. vid. Georg. Frid. Rallii *Disquiſ. de Generat. animal. Sect. II. §. 11. p. 87.* ubi ita pergit: Quamvis medicorum Romanorum, Bononienſium & Mediolanenſium collegia, unanimi quaſi conſpiratu, reſponſum dederint, fieri neutiquam potuiſſe, ut mulier conceperit a viro, qui nullam effundit genituram, Sinibaldus tamen & cum eodem Martinus Leopardus Viſſenſis hanc rem temere negandam non eſſe conſentiunt.

§. 18.

Deinde loco ſeminis flatus vel auram per penem explodi, docet Zacutus Luſitanus *de Prax. med. admir. lib. II. obſ. 121. fol. m. 71.* Quidam videlicet ea partium genitalium imbecillitate, una cum copia pituitæ multæ laborabat, ut, cum coibat, non ſemen per penem, ſed loco ejus flatus emittere ſentiret. De perilluſtri quodam marito, ob ſcirrhum teſtium conſummatum, nunquam vel tantillum ſeminis effundente, in συνουσία conjugali, nihilominus ex auræ cujusdam blandæ exploſione delicias ſentiente, vid. Joh. *A flatu vel aura loco ſeminis.*

Maur. Hoffmann. *Disquisit. corp. hum. anatom. Patholog. Specim. VIII.* §. *17. p. 100.*

§. 19.

Conceptio an a flatu sine semine?

Ut autem ad quæstionem, an nimirum feminæ a viro, nullum in coitu semen ejiciente, vel flatum sive auram vel spiritum per penem emittente, concipere possint, redeamus, ab iis equidem viris, qui nec semen nec flatum in actu venereo prodire sentiunt, a sola penis in vaginam immissione nulla conceptionis spes promittenda erit; nisi in ejusmodi casu, pariter auram vel spiritum simul absque sensatione explodi statuamus; hinc etiam in adductis & aliis exemplis plerumque tamdiu sterilitas fuit observata, donec per idonea medicamenta semen fuerit auctum vel correctum; uti Forestus *l. a.* non paucos, nullum semen in coitu ejaculantes, fuisse steriles, deinde vero post semen augentium medicamentorum usum ad venerem & procreationem potentes fuisse scribit. Anno 1669. apud Georg. Wolffg. Wedelium conquerebatur textoris cujusdam uxor, maritum sibi permolestum esse in concubitu, & extremam sæpe acoersere delassationem, nulla, licet maxime urgeret, subsequa seminis emissione. Quod cum per quinque annos durasset, in sterili conjugio vivebant, donec tandem exantlato morbo ictérico, aliquoto tempore elapso, post ingentem conatum exantlasset suum munus melius, inde filiæ pater factus est, vid. Georg. Wolffg. Wedel. *Patholog. med. dogmat. Sect. III. cap. 2. p. m. 638.* vid. etiam Thom. Bartholin. *Act. Hafn. Vol. II. obs. 44. p. 138 seq.* Ex medici cujusdam fide dignissimi, Marini Leopardi Vissensis communicatione Johannes Benedictus Sinibaldus *Geneanthrop. lib. I. Tr. 3. cap. 8. §. 17. p. 61 seq.* ubi homines spiritibus tantum seminalibus a viro & muliere missis, absque ulla genituræ effusione concipi posse statuit, sequentia refert: Virum quendam consueuisse interdum œstro libidinis percitum geniali desiderio favere & obtemperare; cui tamen cum indulgebat, ea mulcebatut atque perfundebatur veneris dulcedine, ut im-

impotens voluptatis, ſenſibus fere omnibus deſtitutus humi concideret; &, quod erat magis admiratione dignum, ſeminis nihil effundebat. Cæterum tanta voluptatis vi devictus hic homo poſt unam venerem per menſem libidinis incitamentis, & carnis igniculis vacare conſuevit. Cum autem bonus vir virginem, plenam nubilibus annis, conſanguineam domi haberet, cujus erat in domeſticis uſus, hanc, proh facinus, ſubagitavit; quod cum feciſſet ſæpius, tandem illa concepit utero. Tanti ſceleris percrebuit fama pervenitque ad præſulis aures, unde corruptor vinculis & carceribus paulo poſt traditus fuit, qui tamen audacter negat & fronte pervicaci aſſerit, ſe genituræ expertem eſſe, ac proinde nequaquam de ſe virginem concepiſſe, verum aliunde adhibuiſſe virum. Defectus autem ſeminis hujusmodi teſtes probatos affert, & inſuper experientiam allaturum ſe, pollicetur. Pro tanto eventu conſulitur medicorum Romanorum collegium, atque etiam Bononienſe, & Mediolanenſe; quæ unanimi conſpiratu reſponſum dedere, fieri neutiquam potuiſſe, ut mulier conceperit a viro, qui nullam effundit genituram. Quod reſponſum medicum de viri, nullam genituram ejicientis, infœcundo coitu ſententiam equidem in tantum confirmat Sinibaldus; quia vero adducta Marini Leopardi obſervatio, de virgine absque ſemine virili concipiente, contrarium teſtatur, non immerito hanc rem non eſſe temere negandam, ejusque eventum naturalem eſſe potuiſſe, variis rationibus, a ſpiritibus deſumtis, defendit, hancque ſpirituum copiam non modo ex pruritu venereo, ſed etiam ex intenſiſſima ſenſuum voluptatis & libidinis per longum ſpatium extinctione probat. Cum etiam ſecundum recentiorum phyſiologicorum hypotheſin, non tam craſſa, quam ſubtilis & ſpirituoſa ſeminis virilis materia ad conceptionem concurrat, craſſaque tenuioris tantum vehiculum judicetur atque ex hoc præſuppoſito, imprimis, ſi ea, quæ de atretarum & ordinaria conceptione ſive ovulorum fœcundatione hactenus diximus, quo etiam pertinet,

quod

quod Johannes Conradus Peyerus *Exercit. XIX. pag. 102 ſeq.* ad Johannem Jacobum Harderum de ſpirituum efficacia ſcribit, conſideremus, facillime etiam a tali ſpiritus genitalis, absque craſſiori ejusdem vehiculo, in coitu exploſione, conceptio fieri poſſe videtur, imprimis ſi in tali cohabitatione, ſecundum ſupra allegatas obſervationes, absque ſemine craſſo, flatus vel aura a viro vel femina ſentiatur. Utrum vero talis aura ſive flatus, ſi quis revera obſervaretur, a retenti vel in coitu remanentis ſeminis ſpiritu genitali, an ſola flatulentia & motu in congreſſu dependeat, vel annon alius ſuperveniens imprægnator verum ſpiritum genitalem craſſiori ſeminis vehiculo adhuc involutum, in debitum locum ejacularit, res mihi adhuc anceps decidendi remanet, cum juxta exemplum, paulo ante ex Zacuto Luſitano adductum, vir ille, qui per penem loco ſeminis flatum emittebat, tamdiu ſterilis permanſit, demumque poſt varia medicamenta & diuturnam a venere abſtinentiam cum uxore concumbens ſemen emiſerit prolemque genuerit.

§. 20.

Conceptio ſine coitu. An detur conceptio ſine coitu, item de conceptione falſa, vide Spermatol. noſtr. *Cap. IV. §. 2. p. 156. & cap. V. §. 3. p. 223.* Scribunt hiſtorici: Serpentes vel dracones, aut, ethnicorum perſuaſione, deos ſub ſerpentum ſpecie feminas aliquando iniiſſe, hasque ex eorum cum illis concubitu, ſine viro concepiſſe partumque ediditſe; a tali concubitu Alexandrum Magnum, Scipionem Africanum, Cæſarem, Auguſtum & Galerium imperatores prognatos fingunt. vid. Chriſt. Frid. Garmann. *de Miraculis mortuor. lib. III. Tit. 1. §. 137. pag. m. 913.* Philipp. Camerar. *Horar. ſubciſiv. Cent. I. cap. 69. p. 307 ſeq.* Refert etiam Cajus Suetonius *in Auguſt. cap. 94. p. m. 191 ſeq.* Atiam Auguſti matrem cum ad ſolenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet, poſita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent, obdormiſſe: draconem repente irrepſiſſe ad eam, paulloque poſt egreſſum: illamque expergefactam, quaſi a concubi-

cubitu mariti purificaſſe ſe: & ſtatim in corpore ejus exſtitiſſe maculam, veluti depicti draconis: nec potuiſſe unquam eximi: adeo ut mox publicis balneis perpetuo abſtinuerit: Auguſtum natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtimatum.

§. 21.

Pro conceptione fabuloſa non immerito habenda relatio de Magdalena d' Auvermont, Hieronymi Auguſti de Montelione, equitis gallici uxore, quæ poſt quatuor annorum viri abſentiam ſola imaginatione filium concepiſſe in Gallia a Parlamento Gratianopolitano promulgabatur. Quod Parlamentum, juxta Anton. Deuſing. *de Fœt. Muſſip. Sect. II. p. 23.* omnino fuit deceptum a medicis & obſtetricibus, cum prolem mulieris, a qua maritus quadriennium abfuerat, huic filium legitimum atque hæredem per ſententiam conſtituit pronunciatam 13. Febr. 1637. cenſuitque, potuiſſe illam mulierem per fortem imaginationem, qua ſe cum marito rem habere per inſomnium ſibi viſa erat, utero concepiſſe, atque vi illius imaginationis imprægnatam eſſe. Quæ ſententia Parlamenti prædicti Gallico idiomate typis excuſa eſt Pariſiis anno prænominato, cum hac inſcriptione: Arreſt notable de la Cour de Parlement de Grenoble, donné au profit d'une Madamoiſelle, ſur la naiſſance d' un ſien fils, arrivé quatre ans aprés l'abſence de ſon mary, & ſans avoir eu cognoiſſance d' aucun homme: Suivant la rapport fait en la dite cour, par pluſieurs medicins de Monpellier, ſage femmes, matrones, & autres perſonnes de qualité. De hac relatione ſcribit Thomas Bartholinus *Anatom. lib. I. cap. 31. p. 286.* ſola imaginatione Magdalena d' Auvermont Emanuelem concepiſſe nuperis annis in Gallia promulgabatur, quod ſuſpectum reddidit de Lord Profeſſor Monspelienſis, & mihi ibidem diſſuaſit P. Sanchius. Idem Bartholinus *Hiſtor. anat. Cent. VI. hiſt. 61. p. 298.* totam Parlamenti Gratianopolitani memorabilem ſententiam recenſet & *pag. 302 ſeq.* de fide hujus relationis dubitandi rationes annectit. Totum etiam hoc negotium, quale fuit

Conceptio fabuloſa.

typis mandatum, ex mente Gvidonis Patin, nihil aliud unquam fuit, quam merum figmentum, & mera fabula, a quodam nebulone excogitata, qui per fugam saluti suæ consulere coactus est, ne incideret in manus Parlamenti Gratianopolitani,& carnificis illius civitatis. Imo factum hoc esse dicitur ab isto nebulone in irrisionem quorundam senatorum & in contumeliam doctorum scholæ Monspelienſis. vid. Th. Bartholin. *Epist. med. Cent. III. epist. 83. p. 356.* Inquit etiam Olaus Borrichius, in urbe Gratianopoli compertum a Boissieu, magistro rationum publicarum in Parlamento, historiam de Gratianopolitana femina ex imaginatione puerpera fabulam esse, sed fabulam ab otiosis quibusdam ingeniis consutam usque adeo constanti fama per Gallias pro vera jactatam, ut necesse habuerit Parlamentum publico diplomate sese tueri & vanitatem commenti redarguere. vid. Th. Barthol. *Act. Hafn. Vol. V. n. 84. p. 201.* Secundum Paul. Ammann. *Irenic. Num. Pompil. p. 88.* insomnia hæc sunt amantium, non autem congredientium, si hanc decisionem maritus redux credidit, cessat quæstio. Ego crederem potius, alium bonum virum rem habuisse in absentia mariti cum hac muliere; Si enim phantasia tam efficax foret, tunc plures (si non omnes) extra matrimonium sic concipere possent, & sic conjunctio viri nullo modo esset necessaria vid. etiam Ammann. *Medicin. crit. Disc. 44. p. 287.* Et certe vix hodie adeo credulos reperies maritos, qui sibi tale quid ab uxoribus persuaderi patiantur, uti statuit Georgius Fridericus Rallius *de Generat. animal. Sect. I. p. 50.* Hanc historiam latius cum decretis etiam Parlamentorum & judicii latis describere Harsdorfferum histor. amœn. refert Georgius Wolffg. Wedelius *Physiolog. Sect. III. cap. 28. p. 204.*

§. 22.

Conceptio hermaphroditica. De conceptione hermaphroditica, an scilicet hermaphroditi perfecti, sive quibus natura utriusque sexus perfecta membra genitalia tam externa, quam præsertim interna, concessit, intra &

per

per ſe ipſos absque alterius viri vel feminæ concurſu ſeu cohabitatione maritali concipere & generare poſſint? in Spermatol. noſtr. *cap. 13. §. 33. pag. 678. ſeqq.* egimus, quo benevolum lectorem remittimus.

CAPUT IX.

De Conceptione marium & feminarum.

§. 1.

Conceptio marium & feminarum.

CUm denique in coitu fœcundo unicum plerumque tantummodo ovulum in ovario muliebri fœcundetur, hincque unicus tantum fœtus, & quidem vel mas vel femina concipiatur; imo quandoque hæc femina non niſi filios, illa vero ſolas puellas pariat, de hac differentis ſexus conceptione autorum etiam ſententiæ variant. Sicuti enim nonnulli veterum in genere ſolum virum ſemen fœcundum ſive totam fœtus materiam in ſe continere, illudque in coitu feminæ utero injicere, feminam autem tale ſemen excipere, in apto loco fovere, demumque nutrimentum a ſanguine menſtruo præbere credebant, ita etiam ratione differentis ſexus maſculos ex dextro, puellas autem ex ſiniſtro mariti latere vel teſticulo provenire; atque poſt conceptionem mares in dextro, femellas in ſiniſtro materni uteri latere recondi, talemque ſexus differentiam a ſolo patris ſemine dependere ſtatuebant. Hinc Galenus, ex Hippocrate, *de uſu part. lib. XIV. cap. 4. fol. 286 ſeq.* fœtuum, inquit, mares in dextris, feminæ autem in ſiniſtris ſunt potius. vid. etiam Hippocr. *Sect. V. Aphor. 48.* Et Joh. Baptiſta Porta *Mag. natural. lib. II. cap. 21. p. m. 93.* quo loco agit, quomodo mares vel feminæ gigni poſſint? inter alia ita ſcribit: Medici omnes dixerunt, dextrum latus calidiſſimum, unde ſi mulier dextro latere emiſſum ſemen retinuerit, marem concipiet, in ſiniſtro vero feminam, idque in animalibus multiparis videre poſſibile eſſe: nam ſi prægnantem ſuem aperueris, in dextro latere mares, in ſiniſtro feminas reperies. Ideo præcipiunt mulieribus poſt re-

An ex teſticulo dextro mares?

ceptum ſemen in dextrum latus cubare. Unde arietis dextro latere præligato, feminas tantum gigni, Plinius ſcripſit. Taurus ubi juvencam ſupervenit, certis ſignis comprehendere licet, quem ſexum generaverit, quoniam ſi parte dextra deſilivit, marem ſeminaſſe, manifeſtum eſt, ſi læva, feminam. Quamobrem Ægyptii, mulierem, quæ filiam pepererit, ſignificaturi, taurum pingunt ſiniſtrorſum reſpicientem, ſin filium, taurum, qui ſe vertat dextrorſum &c. Alios ejusmodi aphoriſmos refert etiam S. J. ſive Samuel Janſon *von Erzeugung der Menſchen Cap. 2. p. 85.* mulieres, quæ multum dormire conſueverunt ſupra dextrum latus, vix pariunt feminam. Et *p. 86.* ſi genitale ſemen a dextro teſte decidat in cellulam matricis dextram, maſculus tum generatur. Sed ſi a ſiniſtro in ſiniſtram ipſius ceciderit cavernulam, formatur inde femella. Si vero teſtis dextri in ſiniſtram ipſius ceciderit cavernulam, formatur inde virago; Et ſi ſiniſtri in dextram effluat, naſcetur effœminatus: in medium autem interſtitium utriusque ſexus, formatur hermaphroditus. Item ex Hipp. *de morb. popular. ſ. 4.* Hircire incipiens, obſerva, uter teſtis extra apparuerit: ſiquidem dexter maſculum, ſi vero ſiniſter, femellam portendit. Plura de hac materia reperies ibidem *p. 83 ſeq.* Sequentia ex L. Cœlio Lactantio refert Caſparus Posnerus *Geneanthrop. Tab. V.* cum forte in lævam uteri partem maſculinæ ſtirpis ſemen inciderit, marem quidem gigni, opinatio eſt, ſed quia in feminea parte conceptus, aliquid in ſe habere femineum, ſupra quam decus virile patiatur, vel formam inſignem, vel nimium candorem, vel corporis lævitatem, vel artus delicatos, vel ſtaturam brevem, vel vocem gracilem vel animum imbecillem, vel ex his plura: item ſi partem in dextram ſemen feminini ſexus influxerit, feminam quidem procreari, ſed quoniam in parte maſculina concepta ſit, habere in ſe aliquid virilitatis ultra quam ſexus ratio permittat, aut valida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fuſcum colorem, aut animum audacem, aut ex his plura.

Si

Si vero maſculinum in dextram, & in ſiniſtram femininum pervenerit, utrosque fœtus recte provenire, ut & feminæ per omnia naturæ ſuæ decus conſtet, & maribus tam mente, quam corpore robur ſervetur. Cui tamen ſententiæ ibidem Poſnerus contradicit. Hanc opinionem etiam confirmare videtur Nicolaus Venette *de la Generat. de l'homme Part. III. cap. 4. Art. 6. p. 426 ſeq.* inquiens: Je connois quelques femmes, qui ont toûjours accoûtumé de ſe coucher ſur le côté droit, lorsqu'elles dorment avec leurs maris, & c'eſt auſſi dans cette poſture, qu'elles ſont careſſées, & qu'elles conçoivent presque toûjours des garçons. On ne ſauroit donner d'autre raiſon de ce qui arrive dela ſorte que celle qui favoriſe mon ſentiment. Car la ſemence de l'homme eſtant receüe dans la matrice de la femme ſituée dans la poſture, que nous avons marquée, ne peut tomber par ſon propre poids, que dans la corne droite, ou les garçons ſont leplus ſouvent formez. C'eſt une remarque, qu'a fait Rhaſis auſſi bien que moy, lorsqu'il dit: Que les femmes, qui ſe couchent ordinairement du côte droit, ne font presque jamais de filles.

§. 2.

An a calore vel frigiditate uteri?

Alii ſexus differentiam non in marito, ſeu viro, ſed in femina ejusque uteri calore atque frigiditate quærebant; dum mares pro calidioribus, feminas vero pro frigidioribus habebant, hincque mares in calido, & puellas in frigido utero formari ſtatuebant, quæ uteri frigiditas a menſtruorum frigidiorum, caliditas vero a calidiorum affluxu dependeret. Alii adhuc eandem differentiam a majori vel minori ſeminis virilis, vel muliebris in commixtione efficacia & prædominio defendebant; ſiquidem juxta Joh. Bapt. Port. *Mag. Nat. l. II. c. 21. p. 93 ſq.* Hipponax inquit, ſi quidem genitale ſemen prævaluerit, marem gigni, ſin alimentum, feminam. Hanc differentiam habet Caſparus Poſnerus *Geneanthropol. l. a.* veluti & feminarum & marium, non qua complexiones modo corporisque robur, ſed & mores ani-

An a ſeminis prædominio?

mi insignis observatur varietas, ita ex prædominio seminis virilis fortis muliebri debiliori commixti generantur quidem mares, sed minus generosi; itemque effœminati sive semiviri ex masculi debilioris femineo fortiori mixti victoria; aut viri animo splendidi corporeque validi, si & masculum & femineum fuerit forte: Parilique modo feminæ mulierosissimæ gignuntur, si semen & masculum & femineum fuerit debile: his autem fortiores, ubi masculo valido debile feminarum accedens obtinuerit dominium; & denique istis quoque audaciores ac viragines (nempe virum & animo & corpore referentes) si paternum debilea materno vincatur. Quidam hanc causam utriusque parentis spiritibus attribuunt, & ideas debiliores a fortioribus partim destrui, partim juvari asserunt; hinc Augustus Qvirinus Rivinus *Disput. de Spirit. Homin. vital. cap. 3. §. 11.* asserit, ideam sexus in spiritu hoc distinctam esse, atque in maris semine latitare ideam sexus virilis per omnia, in mulieris semine sexus sequioris ideam. Cæsar Cremoninus *de semin. Dictat. 6. p. m. 196 sq.* scribit, sanguis feminæ habet vim determinatam ad talem generationem, & quantum est de se, magis ad feminam, quam ad masculum. Similiter semen masculi est excrementum ultimi alimenti, bene concoctum, quod habet vim activam ad generandum, & quantum est de se, præcipue masculum. Ambo autem ista sunt corpora, & debet inter ipsa esse actio & passio ratione qualitatum corporearum, præcipue vero caloris, & in hac pugna actionis & passionis potest unumquodque & vincere & vinci &c. *Et pag. 199.* oportet in semine haberi virtutes, quantum ad istam virtutem, quippe generandi masculum vel feminam, & virtutem generandi tale individuum: modo igitur stantibus his virtutibus potest fieri, quod aliquis masculus vincat, quantum ad virtutem individualem feminæ, sed quantum ad virtutem masculi & feminæ vincatur a femina, & sic nascatur femina similis patri, vel contra, si contrarium in virtutibus accidat &c. Circa

sen-

ſententiam Cremonini ad Nicolaum Contarenum ita ſcribit Johannes Veslingius *Obſerv & Epiſt. n.3. p.33.* Sexuum diverſitas, ut non infert diverſitatem ſpeciei, ſic nec varietatem principiorum ad ſpeciem propagandam. Longe probabilius dicitur, voluiſſe naturam in homine, animantium nobiliſſimo, ſexum diſtinguere, ut mas principaliter concurreret ad ſemen & calorem ſeminis magis vegetum ſuppeditandum pro generando mare; femina vero præcipue ad conceptum nutriendum & geſtandum, ſic tamen ut ſemen quoque ex hibeat, ex quo partes minus præcipuæ & ſecundinæ fiant, & quod ſemen viri ad feminæ generationem & efformationem viam det, vel etiam id ipſum dirigat, cum vegetius fuerit. Et Lambertus Velthuſius *Tract. de Generat. cap. 3. p. m. 65.* ait: Quemadmodum tot fœtus fiunt, in quot partibus vis ſeminalis complete exerere poteſt ſuam virtutem: tuncque conceptus fieri dicatur; ita etiam maris aut feminæ conceptus fit, quatenus vis ſeminalis a mare aut femina prædominans alterutrius vim cogit in ſuum obſequium ſecumque rapit, unde & ipſa augetur &c. Sic juxta Melch. Frid. Geuder. *Diſſertat. de ort. animal. p. 294.* autores de ſpirituum ideis in duas diviſi ſunt partes: alii enim utriusque parentis ſpiritibus hoc tribuunt officium, & ideas debiliores partim deſtrui a fortioribus, partim juvari aſſerunt; ita ut ſi ideæ ſpirituum matris ſint fortiores, generetur puella; ſin patris, puellus. De hac tamen ſententia Geuderus *p. 296.* ita ſcribit: Illi qui totam ſexus virilis ideam in ſemine maris, ſequioris in ſemine feminæ latere ajunt, multiplicare videntur entia præter rationem & neceſſitatem, cum una idea ſufficeret. Qui ideam debiliorem a fortiori deſtrui ajunt, pariter multas relinquunt difficultates, mittam, quod poſſibile non ſit, ideam in reſpectu ad aliam debiliorem, minime vero abſolute debilem & inefficacem ita deſtrui, ut nullum prorſus ideæ partium alterius ſexus remaneat vel minimum veſtigium: Sed id tantum urgebo, quod, quotidiana teſte experientia, ſæpe

pe a marito robuſtiore filiæ, ex uxore robuſta filii generentur; & quod a conjugibus ratione virium, temperamenti &c. æqualibus utriusque ſexus proveniant liberi, ſine ulla nota hermaphroditica, quæ tamen, ſi ſecundum mentem formatio corporis procederet, vix abeſſe poſſet. Provocant quidem & illi ad experientiam, e muliere minus ſalaci, maritoque vegeto mares, contra ex matre laſciva debilique ſene puellas generari dicentes; verum minime omnium hoc ſemper contingit; quin videas haud raro ſenes decrepitos & depontanos ex uxoribus ſuis juvenculis in ipſo ætatis flore vigoreque conſtitutis filios æque ac filias inſigni cum lætitia animique voluptate ſuſcipere; imo nota mihi ſunt exempla ſpecialia ſenum, qui ex juvenculis ſuis uxoribus vegetis ne unicam quidem filiam; aliquot e contrario filiolos ſuſceperunt.

§. 3.

Ab ætate feminarum. Dantur porro adhuc alii, qui ſexus differentiam ab ætate & quidem ſequioris ſexus deducunt, dum puellæ & ſeniores feminæ femellas potius, quam mares procreent. Inquit Antonius le Grand *Hiſtor. Natur. Part. VIII. Artic. 2. p. 359.* puellæ, quæ tempeſtive concubitum admittunt, quæque non ſatis adhuc firmo corpore congrediuntur, feminas potius, quam mares generant, ſicut & ætate provecta mulieres & quæ aliquantulum in ſenectutem vergunt. Conceptionis hujus cauſa in caloris defectum refundenda eſt, qui in novellis mulieribus & ſeneſcentibus imperfectus eſt, & æſtum virilem non æquat. A diverſis enim ſeminum viribus mas aut femina provenit, & prout unum in aliud dominatur, varius ſexus naſcitur. Hinc ſi muliebre ſemen virili vigore antecedat, femina procreatur, ſin autem maſculum præſtet, maris progignendi vim utero confert. Cum autem juvenculæ & declinata jam ætate mulieres modicum calorem habeant, nec tantum valeant, quantum ætate florentes; fit ut ad feminæ conceptum aptiores ſint, & in ſui generis ſexu proferendo accommodatiores reddantur. De his & aliis veterum ſententiis prolixe agit Scipio Mercurius *della Comi-*

nare

nare Lib. I, cap. 9. p. m. 63 ſeqq. edition. German. p. 107 ſeqq. & cap. 10. p. 73 ſeq.

§. 4.

Quia vero ſecundum neotericorum principia in conceptione non vir, ſed mulier, fœtus materiam, ovulum ſcilicet, ad generationem confert, ſeminisque virilis atque muliebris commixtio rejicitur, mirum non eſt, quod recentiores etiam quoad ſexus differentiam veterum ſententiæ contradicant, atque differentiam hanc potius ab ovulis fœtusque ſtaminibus a prima ſtatim formatione in ovulis jamjam latitantibus derivent; quanquam circa hanc ſententiam recentiores quoque diſcrepent, dum alii mares ex ovario muliebri dextro atque femellas e ſiniſtro prodire ſibi perſuadeant, alii vero utriusque ſexus fœtus promiſcue, modo e dextro, modo e ſiniſtro matris ovario provenire poſſe concedant. Inquit enim Johannes Jacobus Franciſcus Vicarius *Baſ. univ. medicin. Lib. I. cap. 3. pag. 32.* quomodo mas vel femella oriatur, hæc habeto; me expertum eſſe etiam anatomicis ſectionibus, conceptionem maris fieri, ſi ovum ex dextro mulieris, femellæ vero, ſi e ſiniſtro ejus ovario fœcundatur & in uterum delabitur, quod ſatis a cicatriculis ovorum relictis pateſcit in corporum diſſectionibus; hæ cicatriculæ ſi adhuc rubent, & nonnihil tument, recentius eſt partus factus; ſi jam ſatis obſcuræ ſunt, veteriores partus denotant; ſic quondam in diſſectione mulieris cujusdam (de cujus partubus nihil noveram) cum admiratione præſentibus demonſtravi, quot illa proles feminini, quot maſculini generis (ſexus) geſtaverit atque habuerit; uti & hoc in vaccis non una duntaxat, ſed pluribus vicibus præſtiti. Hujus tamen opinionis, qua nonnulli in uno ex teſtibus muliebribus pueros, in altero puellas latitare delineatas docent, abſurditatem, ſecundum Chriſt. Joh. Lang. *Phyſiolog. Theſ. 38. Part. I. fol. 236.* demonſtrant animalia, quæ plures fœtus gerunt, utpote in quibus bina cornua indiſcrimi- *An ex ovariis?*

natim maſculis & femellis repleta, in diſſectionibus deprehenduntur.

§. 5.

Negatur. Veterum ſententiæ, quod mares e dextro & femellæ ex ſiniſtro viri teſticulo generentur, contradicit experientia, uti in Spermatologia noſtra *cap. 9. §. 3 ſeq. p. 412 ſeqq.* monſtravimus; ex *M. N. C. Dec. 1. an. 4. & 5. Obſ. 13. p. 18.* Salomonem Braunium villicum quendam, a natura monorchidem, non caſtratum, multorum liberorum utriusque ſexus patrem obſervaſſe. Deinde quoque ibidem ex Baldaſſare Timæo a *Güldenklee Lib. III. caſ. 45. p. 185.* exemplum adduxi cujusdam nomine *Mammeuffel*, qui adhuc puer ex ſectione herniæ carnoſæ, teſticulo dextro privatus, adultusque dein factus trium uxorum legitima ſucceſſione maritus liberos quindecim utriusque ſexus genuit. Amicus etiam intimus Benedicti Hermanni, in infantia ſua ab herniotomo ſiniſtro teſticulo orbatus cum uxore diverſi ſexus liberos procreavit, *vid. M. N. C. Dec. II. an. 3. Obſ. 66. p. 156.* Huc pertinent etiam alii caſtrati, imprimis Hottentotti, de quibus vid. Spermatolog. noſtr. *Cap. 2. §. 17. p. 60.* Minime proinde, ex ſolo teſticulo dextro filios atque e ſiniſtro puellas procreari, ex his obſervationibus elucet. Quandoque etiam mares in ſiniſtro, & puellæ in dextro uteri latere deprehenduntur, uti inquit Nicol. Venette *l. a p. 511.* Il ſ' eſt auſſi bien trouvé des garçons du côté gauche de la matrice, que des filles du côté droit. Nous avons mesme quelque fois trouve dans la diſſection de quelque femme un mâle & une femelle du mesme coſté. De ſorte que ce n' eſt ny la matrice, ny ſes parties droites ou gauches, qui ſont la cauſe dela difference des ſexes. Illa quoque veterum opinio, quod omnes corporis partes dextræ ſiniſtris ſint calidiores atque robuſtiores item quod omnes mares robuſtiores, ſint feminis, indeque mares, utpote robuſtiores e dextro, & puellæ tanquam frigidiores ac debiliores e ſiniſtro teſticulo prodeant, ma-

xime

ximè vacillat, quia ſiniſtræ corporis partes eundem ſanguinis affluxum eandemque ſpirituum diſtributionem atque vigorem ſeu robur, uti dextræ partes, accipiunt, quamvis quibusdam per conſuetudinem & crebrius exercitium manus dextra, vel totum brachium, majus robur acquirat. Neque etiam viri robur ſemper ad filiorum conceptionem facit, ſæpe enim juxta Chriſt. Joh. Lang. *l. a.* a viro robuſto viribusque egregiis prædito, & conjuge tenerrimæ texturæ, imo continuo ægrotante nil niſi femellæ naſcuntur; et ex uxore robuſta, marito vero valetudinario aut decrepito, filii. Cui addendum ex hac opinione frequentius hermaphroditos futuros, cum e tanto numero conjugum æqualis congreſſus virium ratione dubio ſine ſæpiſſime accideret.

§. 6.

Autorum verba.

Ut autem de hac ſententia aliorum quoque autorum verba adducam, ita ſcribit Marcus Gerbezius *Chronolog. Med. pract. an. 5. §. 26. p. m. 352.* Sub dimidium Februarii eram veſperi ad minuendum diuturnioris adhuc noctis tædium fortuito a tribus amicis viſitatus, & inter reliqua amica colloquia caſu incideramus in quæſtionem, quinam accideret, quod a mulieribus nunc concipiantur maſculi fœtus ſoli, nunc femellæ ſolæ, nunc hæ, nunc illi promiſcue, nunc etiam gemelli, vel plane ternæ, aut plures proles? Et omnes in ea fuere perſuaſione, quod id procedat unice a vigoroſiore unius vel alterius parentis ſemine, in conceptione gemellorum autem, vel plurium fœtuum a ſolito copioſiore patris ſemine, correſpondente ei in reliquis requiſitis matris ſpeciali diſpoſitione. Quibus vero repoſueram ego, me plane aliam fovere ſententiam: nimirum ad id nec facere quantitatem, nec qualitatem virilis ſeminis, nec robur; eo quod experiamur, a quibuscunque parentibus, debilibus & robuſtis, hujus & illius ætatis, hujus & illius temperamenti, imo & valetudinis, progenerari & meros maſculos fœtus, & femellas,

& jam hos, jam illos, ſubinde etiam gemellos, vel plures proles. Cui neceſſario contrarium accideret, ſi negotium a feminis robore, vel quantitate, vel qualitate ſingulari dependeret. Aliam proinde debere ſubeſſe tantæ varietatis cauſam, & eam quidem potiſſimum debere matri fœtum concepturæ. Talem videlicet ovorum in ovario uterino conſtitutionem, qualem ſubinde videmus in ovis gallinarum, quorum manifeſte quæpiam conſpicimus vitello pallidiore ſexui femineo concipiendo deſtinata, alia vitello magis rubeo, flaveſcenteve, ſexui maſculino concipiendo deſtinata, alia plane duobus vitellis prædita, geminis concipiendis deſtinata. Sic Fridericus Hoffmannus *medicin. ration. ſyſtemat. Tom. prior. Philoſop. corp. hum. Part. II. cap. 12. Th. 13. Schol. p. 240.* inquit: non tantum in minutiſſima genituræ virilis portione, ſed & in quovis feminæ ovulo integra corporis organici ſtructura, utut maxime exigua latitat in ſchol. niſi in ovulo iſta ſtamina & prima rudimenta femellæ continerentur, nulla ratio apparet, qua ex virili ſemine femininum corpus diverſis generationis organis donatum poſſit prodire. Et Melchiori Friderico Geudero *de ort. animal. p. 302.* vero perquam eſt conſentaneum, ſtructuram corporis animalis omnis eſſe opus manuum DEI, & latere in ovulis ſingulis integram & abſolutiſſimam partium omnium admirandum in modum conſtructarum ideam & delineationem ſubtiliſſimam, a ſummo omnium opifice ac creatore uti benigniſſimo, ita potentiſſimo immediate inditam, a ſpirituoſo feminis virilis contagio evolvendam, in motum ſuſcitandam &c. Item Johannes Bartholomæus Adamus Beringer *Ideæ Inſtitut. medic. Theſ. 15. p. 37 ſeq.* ait, in ovulis jam a divino architecto prima totius corporis ſtamina eſſe jacta, & ab eodem architecto quoque provenire maſculi vel femellæ generationem; cujus divinam operam fideliter potius admirari, quam curioſe ulterius perſcrutari æqui bonique faciamus. Quibus conſentit etiam Chriſt. Joh. Langius *Oper. Tom. I. fol. 228.* in-

inquiens: quod ſexus nunc potioris nunc ſequioris appareat fœtus, ovulis ſolis in acceptis ferendum eſt, quæ promiſcue mares femellasque in cicatriculis jamjam delineatas tenent. Prout ergo omnipotentis numinis juſſu impingit plaſticus ſpiritus maris in ovulum, quod femellam aut maſculum intus habet concluſum, ita quoque naſcitur hujus aut alterius ſexus homuncio.

§. 7.

Nicolai Venette ſententia.

Sententiam ſuam de conceptione marium & femellarum explicans Nicolaus Venette eandem pariter in germinibus ſeu ſtaminibus fœtus tum virilis, tum muliebris, in veſiculis ſeu ovulis ovariorum muliebrium latitantibus, inter ſe tamen differentibus adſcribit; cujus verba *Tract. de la Generat. de l'homme Part. III. cap. 6. p. 507 ſeq.* ita ſonant: Dans une femme feconde les cornes dela matrice ſont remplies de ſemence, qui ſe change en petites boules, groſſes à peu prés comme de petits pois, les quelles ſont rangeés dans leurs petites cellules, comme ſont en quelque façon les œufs dans l'ovaire d'une poule, dont il nait pluſieurs enfans, quand la ſemence de l'homme en a touché pluſieurs. La boule, que la ſemence de l'homme a rendu feconde, conſerve parmy ſes liqueurs le germe d'un enfant, qui d'abord ſans doute eſt moindre qu'un ciron, & qui a eſté formé, ſi c'eſt un garçon, d'une matiere chaude ſeche & epaiſſe, pleine de feu & d'eſprits, avec de pores reſſerrez & des parties preſſeés. Mais, ſi c'eſt une fille, la matiere en eſt moins chaude, plus humide & plus delicate. Les parties en ſont plus deliées & les pores plus ouverts & plus polis. Elle ne contient pas tant de feu, & il n'y a pas une ſi grande abondance d'eſprits: ſi bien que la difference de l'un & de l'autre ſexe ne vient que dela diverſité des ſubſtances du pere & dela mere, de leurs qualités premieres, & de celle que l'on appelle dela matiere &c. Lorsque la matrice reçoit la ſemence de l'homme, & que ſes cornes par une vertu particuliere attirent cette humeur pour la communiquer à la ſemence dela femme, qui a de diſpoſition à recevoir

cundo, ut mater ſuper latus decumbat dextrum, & a concubitu illico ſuper illud quieſcat. Tertio facit & ad hoc herba mercurialis dicta maſcula, quæ duos quaſi coleos habet pro feminibus. Prolixe etiam Nicolaus Venette *l. a. p. 505. ſeq.* ad quæſtionem, s'il y a un art pour faire des garçons, ou des filles? affirmative reſpondet variasque regulas atque cautelas annectit. e. g. 1) quod nimis juvenes vel etiam ſenes non obſerventur filios generare, cum in prioribus calor naturalis ſit admodum debilis atque perfecti feminis elaborationi inſufficiens, in poſterioribus vero ſpiritus, ad pueri generationem neceſſarii, ob nimium languorem deficiant, indeque pro hoc ſcopo media ætas requiratur. 3) Quod eſculenta atque potulenta calida & ſpirituoſa ſint aſſumenda. 3) Diæta bene obſervanda omnisque cibi & potus abundantia, ob vitandas cruditates ſint fugienda. 4) Quod veneris nimius & irregularis uſus noceat nimiſque debilitet, adeo ut etiam juniores mariti circa matrimonii initium crebiores congreſſus celebrantes non niſi filias generent. 5) Quod feminæ poſt moderatum menſium fluxum congredientes ordinarie filios concipiant; Quodſi vero abundantem patiantur menſtruationem, & ante menſium eruptionem, aut ſtatim poſt eorum evacuationem impræegnentur, tunc ſemper puellas pariant: 6) quod regiones meridionales ad puellorum ſeu marium generationem ob varias cauſas non æque aptæ ſint, quam ſeptentrionales. Denique dictus autor *p. 520.* ita concludit: on doit donc conclure après toutes ces raiſons, qu'il y a un art pour faire des garçons ou des filles: & ſi l'homme & la femme ſe marient, lors qu'ils ne croiſſent plus, s'ils obſervent exactement la façon de vivre, que je viens de preſcrire, s'ils ne ſes careſſent, que rarement, & qu'ils donnent le temps l'un & l'autre à la chaleur naturelle de cuire leur ſemence, & à l'ame, de la perfectionner; s'ils s'embraſſent à propos aprés les reales, & s'ils attendent, qu'un vent ſouffle du ſeptentrion au plein de la lune, je ſuis trés-perſuadé, par l'experience que j'en ay, qu'ils feront un garçon pluſtoſt,

ſtoſt, qu'une fille. Quamvis autem, his regulis obſervatis, fœcundum coitum atque conceptionem expectari poſſe, facillime concedam, minime tamen exinde marium potius quam femellarum generationem ſperandam eſſe, ob ſupra a me adductas rationes perſuaderi patiar. *Autoris judicium.*

§. 9.

Nonnulli etiam maris vel feminæ conceptionem phantaſiæ vel imaginationi matris adſcribunt; Inquit enim Emanuel Kœnig *Regn. animal. Sect. I. art. 17. p. m. 75.* Licet non negemus præſentiam ideæ realis in ovo ante congreſſum, videtur tamen illam magis completam vel pro mare, vel pro femella (ſicut novimus quosdam pro arietatione membri virilis vel intenſiori vel remiſſa magis, ut & imaginationis directione aſſeverare, ſe vel marem vel feminam progignere poſſe) evadere a motu per ingravidationem inducto, dum patefactis quibusdam in ovario poris & meatibus antea occluſis, ideæ in ovis excitantur, ad rectam determinationem diſponuntur, liberantur, & affluente ſucco nutriri & vegetari, ſicque de potentia ad actum progredi incipiunt. Et juxta Theodor. Craan. *Diſſert. de homin. cap. 41. p. 706.* huc facere videtur quoque matris imaginatio tunc temporis facta, quæ multum valet, ita ut videamus, quod in primordio generationis ab exiguis circumſtantiis tota ſexus dependeat diverſitas. Hanc tamen imaginationis efficaciam negat Nicolaus Venette *l. a. p. 512.* L'imagination, inquiens, de la femme quelque ſorte qu'elle ſoit, ne peut encore produire cet effet. Car, combien y at-il de femmes, qui n'ont que des filles, & qui ne peuvent avoir des garçons, bienque leur imagination ſoit inceſſamment embaraſſée & comme farcie de l'idée de ces derniers? L'imagination ne change ny n'os humeurs, ny leur temperament; la bile ne ſauroit par ſa force devenir pituite & la matiere, qui a des diſpoſitions pour une fille, ne ſauroit pas ſon moyen en avoir pour un garçon; le tempera- *Anaphantaſia.*

ment de l'un & de l'autre étant trop éloigné, leur matiere trop oppoſeé & leurs parties trop differentes.

§. 10.

Autoris dubium. Utri vero de ſexus differentia, mariumque vel femellarum conceptione ſententiæ, an nimirum de primis fœtuum in ovulis mulierum contentis ſtaminibus, an vero de prolifico virilis ſeminis robore ſeu vi plaſtica, ſubſcribere debeam, in tam occulto conceptionis myſterio dubius adhuc hæreo; quodſi enim in mulieris cujusdam ovulis mera muliebrium fœtuum ſtamina lateant, talis autem femina cum forte quodam, tam Martis, quam Veneris heroe, quia fortes, juxta poetam, creantur fortibus, iterumque tales fortes procreare deberent, coitum fœcundum celebret, quæritur, an poſſibile ſit, ut talia ſtamina muliebria per eundem coitum in ſtamina virilia vel fœtus maſculos permutari poſſint; vel annon alia potius absque diſcrimine ſexus in ovulo latens materia fœtus per ſpirituoſum fortis viri ſemen excitari atque in marem formari poſſit? qualia heroum, multos filios procreantium, exempla hiſtoriæ referunt. Legimus in S. ſcriptura *Lib. Judit. cap. 8. verſ. 30.* quod Gideon habuerit ſeptuaginta filios, qui egreſſi erant de femore ejus, eo quod plures habuerat uxores. Herculem etiam ebrium Theſpii regis Bœotiæ filias numero quinquaginta, una nocte vitiaſſe, omnesque earum mares ſeu filios peperiſſe, præter natu maximam & minimam, quæ geminos peperunt, legimus apud Natal. Comit. *Mythol. lib. VII. cap. 1. p. m 612.* Interdum etiam annotantur feminæ, in primo matrimonio non niſi filias in lucem edentes, quæ tamen poſtmodum defuncto priori marito in ſecundo matrimonio meros filios parere ſolent. Quo in caſu quæri poſſet, annon prioris mariti ſemen ad imprægnanda ovula virilia, vel excitanda eorum ſtamina, nimis debile atque inſufficiens fuerit? Ad quod tamen e contra reſponderi poſſet, in tali caſu ovula feminea citius fuiſſe maturata, quam virilia. Notatu quoque dignum eſt, quod de longævi cujusdam viri familia, abs-

absque interventu filiarum, centum atque duodecim filios & descendentes procreante, alia occasione sequentibus verbis refert autor *derer* remarquablen curieusen *Briefe im 2 Paquet 24. Couvert. n. 49. p. 189. Mein seel. Herr Vater hat aus Adam Stolzens sehenswürdigen Dresden* p. 126. *in seinen* MStis Miscellaneis excerpiret, *wie* anno 1603. *in der Dreßdner Vorstadt Melchior Hoffmann, Churfürstlicher Sächsischer Cammer-Musicus, am 21. April mit seinem Eheweibe Annen, gebohrner Wunderbachin, ein grosses Gastmahl angestellet, zum Andencken, daß es Tages vorhero gleich 50. Jahr gewesen, als selbige zu Stralsund am 21. April. 1553. mit einander durch einen Evangelisch-Lutherischen Prediger copuliret worden, darbey genanter Herr Stolze als etwas besonders aufgezeichnet, daß diese beyden Ehe-Leute, so zusammen ein Alter von 161. Jahren zehlen können, in diesem ihren Ehestande 22. Kinder erzeuget, aus welchen anno 1602. in Stralsund 35. in Schwerin 19. in Rostock 6. und in Dreßden 18. also in allen 78. Enckel, aus diesen aber 12. Uhrenckel und zusammen solcher gestalt 112. Seelen, ja welches am meisten zu admiriren,* alle männlichen Geschlechts, *gelebet. Sie haben im Gasthofe zum grauen Wolff genannt, bey der St. Annen-Kirche logiret und sind bey dem Gastmahl 62. Personen (unter denen die Durchl. Landes-Fürstin selbst persöhnlich zu seyn sich gnädigst gefallen und Speisen und Tranck aus der Churfl. Küche und Kellerey diesen schneeweissen Jubel-Hochzeitern, nebst 10. Ducaten am Golde zum Geschencke reichen lassen) zugegen gewesen. Darunter sich auch ein Adel. Mund-Koch von 102. Jahren befunden.*

§. 11.

Quæritur proinde, unde tam largus unius ejusdemque sexus proventus, utrum ex ovulis mulierum, an vero a prolifico viri semine oriatur? Inquit equidem Johannes Bapt. van Helmont *Tract. imago fermenti §. 11 seqq. fol. 71.* in seminibus vitalibus, generans inspirat archeum, cum sui similitudine & auram vitalem una cum seminis massa; fiunt itaque semina a conceptu generantis, facientis imaginem sui per libidinem: Semen autem est substantia, *Helmontii sententia.*

in qua jam archeus eſt, qui eſt Gas ſpirituale, continens in ſe fermentum, imaginem rei atque inſuper notitiam diſpoſitivam rerum agendarum. Huic tamen Helmontii ſententiæ contradicit Melchior Fridericus Geuderus *de Ferment. Diſſ. de ort. animal. p. 287 ſeq.* inquiens creditu adeo facile non eſt, quod generans cum ſemine inſpiret archeum, cum ſui ſimilitudine; & quidem mediante conceptu, ſive facta imagine ſui per libidinem. Et *p. 290.* inquit inſignis eſt Helmontii temeritas, cum expreſſe alicubi aſſerit: eſſe in patrantis manu generare marem aut puellam: quaſi vero inter artes mechanicas, quarum gubernatio a libera mentis voluntate dependet, locum haberet illud artificium.

Negatur.

§. 12.

Conceptionis ſignatur.

Denique etiam tam feminæ, quam mares poſt coitum admodum ſunt ſollicitæ, an talis cohabitatio fuerit fœcunda nec ne, quapropter, an non certa dentur conceptionis ſigna, apud obſtetrices & medicos inquirunt; quamvis autem talia ſigna ſigillatim obſervata admodum æquivoca & dubia exiſtant, attamen juxta Michaelis Alberti *Syſtem. Jurisprudent. medic. cap. 4.* §. *10. p.* 55. nonnulla illorum ſub juſta conciliatione explorata aliquo modo veritatem teſtantur: ſunt vero in hac conſideratione ſequentia ſigna recenſenda & indaganda 1) quando ſub actu cohabitationis uteri vagina membrum maris valide amplectitur & arcte continet, inſuperque conjuges cum diſtincta libidine coeunt, ut & quando intimiora uteri cum diſcreto aliquo ſenſu alliciuntur, ut variæ mulieres exinde futuram conceptionem certius ominentur: qua occaſione inter medicos occurrit quæſtio: an feminæ ſine delectatione concipere queant? item an vir, an vero mulier ſub coitu majorem voluptatem ſentiat? 2) aliud ſignum allegatur fiendæ aut factæ conceptionis, quando ſemen maris in utero per aliquot dies retinetur, & a coitu uterus ſiccus permanet; quod ſignum jam Hippocrates indicavit, licet illud æque fallax exiſtat, quoniam feminæ etiam concipiunt, quæ non diu ſemen retinent,

aut

aut quibus ſemen non intimius communicatum fuit, imo quoniam plurimæ feminæ neſciunt, an & quando ſemen elabatur; 3) propterea multa paſſim recenſentur, velut inſolita corporis perhorreſcentia, levis dolor inter umbilicum & pudenda, aut in lumbis, quaſi mitior colica afflictio, averſio ab ulteriori coitu, animi moroſitas, corporis torpor, dejectio appetitus, nauſea, vomitus, menſium inſolitæ turbæ, aut inſolitus largus menſium fluxus, aut cum menſibus alterans fluor albus, difficultates & inordinatæ qualitates quoad urinæ excretionem. 4) His ſignis etiam annumerantur capitis dolores, vertigo caliginoſa, ſi papillæ minuuntur, ſi oculi flaveſcunt, ſi venæ illorum ſanguine turgent, ſi palpebræ concavantur, ſi genæ liveſcunt, & ſimilia alia. Ejusmodi ſigna etiam Paulo Zacchiæ *Quæſt. med. leg. Lib. I. Tit. 3. Quæſt.* 1. an prægnantia ex certis quibusdam ſignis poſſit infallibiliter cognoſci? *n. 46. fol. 91.* fallacia videntur. Inquit enim ibidem: Etiamſi vulva a concubitu ſicca remanens fidem facere poſſit jam celebratæ conceptionis, ſcimus tamen conceptionem non niſi tunc vere dici poſſe factam ex Hippocrate, cum ſemen in uteris ſeptem diebus permanſerit: Plurimum enim ac pluries uterus a coitu ſiccus remanet, & ſemen quidem attractum retinetur, quod tamen non multo poſt foras prolabitur. Eodem quoque pacto capitis gravitas, totius corporis, & ipſius capitis dolores & oculorum caligines mulieribus, quæ non conceperunt, etiam ex ipſo coitu, non ſecuto conceptu, non accidere &c. Secundum Mich. Ettmüller. *Oper. Vol. II. fol. m. 1073.* communia conceptionis ſigna pathognomica, atque hinc infallibilia non dantur. Probabilia tamen, & ex quorum ſyndrome ſatis apparenter concludi poteſt conceptio, ſunt fere ſequentia 1) orificii uteri interni ſtricta clauſura, ita ut ne ſpecillum quidem admittat; 2) menſtruorum ordinaria emanſio ſeu retentio; 3) horror aut horripilatio quædam primis poſt congreſſum diebus ſuperveniens. 4) Varia circa ſtomachum ac digeſtionem ſucceden-

cedentia ſymptomata. 5) hyſterici affectus & abdominis tormina. 6) Tumor ventris circa regionem umbilicalem. 7) Motus infantis & 8) primis menſibus gravitas capitis & vagæ vertigines, dolor dentium moleſtus, & ſimilia.

§. 13.

Alia ſigna. Inter alia conceptionis ſigna, ſi ſucceſſive in quadam muliere omnia obſervare liceret, ſequentia certiora, licet non infallibilia, videntur v. g. laſſitudo & quaſi propenſio ad ſomnum, faciei color primo & ſecundo a coitu diebus ad albedinem vergens; dehinc menſium absque febre vel alio ſtatu morboſo & iracundia aut terrore emanſio, faciei pallor aut variæ maculæ, anorexia & ciborum, alias gratorum, imprimis carnium nauſea, ſeu faſtidium, vel etiam pica ſeu malacia, ſive magnus inſolitorum vel antea ingratorum appetitus, vomitus matutinus vel veſpertinus, vel alio certo tempore quaſi ordinarius, quod faſtidium quandoque ſe etiam ad certum potus genus, v. g. vinum, vel cereviſiam extendit. Mammarum porro ſucceſſiva & doloroſa induratio & intumeſcentia a lacte; aliqualis faciei & partium muſculoſarum emaciatio; in abdomine imprimis circa regionem umbilici verſus pubem intumeſcentia obſervatur non inæqualis, ſed globoſa; & circa vigeſimam circiter graviditatis ſeptimanam in hypogaſtrica illa regione fœtus motus, partim in principio leniter ab ipſa matre, poſtmodum etiam ab alterius manu, imprimis bene calida ventri tepido, vel manu frigida calenti abdomini impoſita percipitur, imprimis ſi venter circa uteri regionem vel circa tumorem aqua Reginæ bene lavetur. vide inſuper Jodoc. Lomm. *Obſerv. p. 278 ſeq.*

§. 14.

Fallacia. Occaſione partus ſemeſtris Paulus Ammannus *Medic. Critic. Caſ. I. Diſcurſ. 1. p. m. 10 ſeq.* de incertis conceptionis ſignis fatetur, quæſtiones circa partum eſſe ſpinoſas, quia nos medici ignoramus

ramus tempus conceptionis, imo ipſæ mulieres, interdum etiam ſatis peritæ, illud ignorant, hinc fieri poteſt, ut v. g. mulier, quando prioribus duobus menſibus eſt ingravidata, ſe non putet eſſe gravidam, & inchoet ingravidationem circa tertium menſem, tunc pariet filium, ſeptimo quidem menſe, juxta ipſius calculum, qui tamen revera eſt partus nonimeſtris; & contra putare poteſt mulier, ſe primis ſtatim duobus menſibus factam fuiſſe gravidam, quod tamen non eſt & hinc juxta computationem ipſius orietur partus undecim menſium, cum tamen ſaltem ſint novem; hinc deſideramus ſigna conceptionis certa &c.

§. 15.

De ſignis conceptionis ita ſcribit Monſ. Dionis *de l' Accouchem. Lib. I. cap. 8. p. 74 ſeqq.* Afin que le chirurgien ne puiſſe pas ſe tromper ſur le jugement, qu' il doit porter touchant la conception, il faut qu' il en diſtingue les ſignes en quatre temps differens: 1) en ceux, qui ont précedé l' action: 2) en ceux, qui ont accompagné l' action: 3) en ceux, qui ont ſvivi immediatement l' action: 4) En ceux, qui ne ſont ſurvenus, que quelques tems après l' action. Les ſignes, qui precedent l' action, ſont: ſi la femme à un air de ſanté, ſi elle n' eſt point trop graſſe, ni trop maigre; ſi elle eſt d' un bon temperament, c'eſt, a dire amoureux, ſi elle aime bon ſon mari, ſi elle en a été ſeparée par quelque voyage, ſi elle a ſouhaité ſon retour avec embraſſement, ſi étant revenu elle a reſſenti un treſſaillement de joye, qui lui annonçoit le plaiſir qu' elle en attendoit, ſ' il eſt arrivé ſur la fin du tems de ſes ordinaires, ou peu de jours aprés; avec toutes ces bonnes diſpoſitions une femme eſt prête à concevoir. Ceux, qui accompagnent l' action, ſont l' avidité, avec laquelle la femme ſouhaite le mari, l' ardeur avec laquelle elle le reçoit, le plaiſir mutuel, qu' ils reſſentent l' un & l' autre; ſi le mari ſent la tête de ſa verge fraper contre orifice interne, ce qui fait un

redou-

redoublement de plaiſir à la femme; quand l' homme & la femme ejaculent leurs ſemences en même tems; quoique celle dela femme ne faſſe que contribuer à ſon plaiſir; cela marque une matrice échauffée, & en fureur, pour ainſi dire, qui va au devant dela ſemence de l' homme pour la recevoir, & qui l'ayant reçûë, fait un mouvement de contraction qui la comprime & l' oblige d' entrer dans les trompes, & d' aller jusqu' à l'ovaire. Les habiles faiſeuſes d' enfant ſont ſures d'avoir conceu, quand elles ont ſenti ce tremouſſement incontinent aprés l' ejaculation, parceque c' en eſt un ſigne infallible. Ceux qui ſuivent de prés l' action du coit; Mauriceau veut que l' homme retire la verge plus ſeiche, qu' à l'ordinaire; que la femme ne ſe trouve point mouillée, parcequ' il ſuppoſe que les deux ſemences ſont retenues pour former l' enfant; mais cela ne ſe trouve pas vrai, car il n' y a qu' une trespetite parti de la ſemence de l' homme, qui ſoit portée à l'ovaire, & la femme eſt mouïllée comme de coutume; ſi elle a ſenti une legere douleur au nombril, ſi la region de la matrice ſ' eſt applatie, ſi elle ſ' eſt ſentie plus abatue & plus fatiguée après l'action, qu' elle n'avoit accoutumé de l' être, & ſi elle n' a point eu d' envie de recommencer; ce ſont des ſignes, qu'elle a conçû. Les ſignes qui n'arrivent que quelques jours après l' action, ſont en tres-grand nombre: ſi elle devient chagrine, de mauvaiſe humeur, pareſſeuſe & aſſoupie; ſi elle perd l' appetit, & ne veut point manger de ce qu'elle aimoit la plus, ſi elle a des envies déſprées pour des alimens extraordinaires; ſi elle a les yeux battus, enfoncez & languiſſans, ſi ſon ſein commence à lui faire de la douleur, ſ' il groſſit & ſe durcit, ſi le cercle en eſt plus gros & plus brun, ſi les bouts en ſont plus gros & plus relevez, ſi elle crache beaucoup, ſi elle a des douleurs de dents, ſi elle vomit quelques fois, ſi elle a de l'indifference pour les careſſes du mari; enfin ſi elle ne voye plus rien. Tous ces ſignes dénotent la conception; ils ne ſont pas

nean-

neanmoins ſi certains, qu' ils ne puiſſent tromper &c. De conceptionis ſignis plura paulo infra de graviditatis ſignis reperies.

CAPUT X.

De conceptionis impedimento & ſterilitate.

§. 1.

AD quæſtionem, an feminæ conceptionem impedire poſſint? reſpondet Michael Alberti *Jurispr. medic. Cap. 4. §. 18. p. 94.* hoc omnino variis modis fieri poſſe, quamvis doctores juſte judicent, quod illa mulier excuſanda minime ſit, quæ, ne concipiat, medicamenta accipit: Et talè conceptionis impedimentum 1) malo ſitu & decubitu ſuccubæ coëuntis; 2) purgante medicamento mox poſt coitum aſſumpto; 3) quando mox poſt hanc carnalem copulam; ut exceptum ſperma confeſtim effluat; (quod vero ſignum adhuc aliqualem patitur exceptionem; 4) quando cum iræ affectu & magna averſione femina compreſſionem viri admittit, quemadmodum inter amantes conceptio facilius, inter illos vero, qui odio ſe invicem proſequuntur, difficilius contingit; 5) quando mox poſt coitum mingunt; 6) aut brevi poſt in balneum deſcendunt; 7) aliis pravis experimentis genitalia afficiunt vel eluendo, vel ſuffimigiis offendendo; 8) quando ante coitum medicamenta ſanguinem exæſtuantia, e quibus etiam camphora eminet, aſſumunt. De reliquo inter auctores varie diſſeritur de aliis adminiculis venerem extinguentibus & ſterilitatem conciliantibus, utpote de Nicotiana, ſtupefacientibus, præcipue opio &c. Juxta du Vernay conceptionis impedimentum ſubeſt, cum ob varias in concubitu clunium ſuccuſſationes & agitationes ſemen maris ad latera vaginæ ejaculatum impingit, adeo ut actione ſua privetur, ac, quod cavitatem uteri ſubire debet, id extra effunditur, ac proinde inutile evadit. vid. Nicol. Blegn. *Zodiac. Med. Gallic. An. II. menſ. Mart.*

An femina conceptionem impedire poſſit?

Mart. Obſ. III. p. 72. vid. etiam Paulus Zacchias *Quæſt. med. leg. Lib. III. Tit. 1. Quæſt. 1. n. 30. f. m. 266.*

§. 2.

Sterilitatis cauſæ. Dantur etiam aliæ impeditæ conceptionis ſeu ſterilitatis cauſæ; quod ſterilitatis vocabulum equidem a plurimis medicis tam maribus, quam feminis attribuitur, verbi gratia juxta Barthol. Caſtelli, ſeu Jacobi Paricrati Brunonis *Lexic. medic.* ſterilitas de utroque ſexu dicatur, ſitque abolita generatio vel conceptio prolis ob morbos varios partium generationi in utroque ſexu deſtinatarum, vid. etiam Theodori Zwingeri *Theatr. Prax. medic. Part. poſt. p. 464. & 467. ſeq.* nobis tamen potius maribus impotentiam, & feminis ſterilitatem tribuere libet. Cauſas vero muliebris ſterilitatis dictus Zwingerus, modo in vagina uteri, modo in utero, atque teſticulis ſeu ovariis quærit, dum vagina uteri, dum imperforata ſit, ſi per ſe, vel ſimul cum utero prolapſa, ſi glandulæ ipſius ſint obſtructæ, vel ſi hæ lympham mucoſam acriuſculam, aut copioſam nimis eructent, occaſionem ſterilitati præbere poſſint quatenus ſub hoc ſtatu aura maſculini ſeminis vel obliteratur & inviſcatur, vel propter obſtructiones varias etiam in cervice uterina contingentes penetrare, aut certe ad maſſam humoralem feminæ pertingere, inibique, prout nonnullorum ſententia eſt, tendentiam & directionem motus ſpirituum ad ovaria ſuſcitare nequit. Cervicis uterinæ culpa, pergit idem autor, ſteriles ſunt, feminæ, quando illa ſimiliter imperforata exiſtit, vel alias firmiter ita clauſa, ut ſpiritui ſeminis maſculini plaſtico tranſitum omnem deneget; vel quando laxa nimis exiſtit, ſemenque modo admiſſum ſtatim iterum elabi ſinit. Uteri vitio idem contingit, quando ejus ſubſtantia vel dura nimis, obſtructa, ſcirrhoſa, aut etiam cancroſa evaſit, ut ſufficienter expandi nequeat pro fœtu continendo; aut ſpiritum ſeminis maſculini tranſire non ſinit per poros ſive Fallopii tubam; vel quando ſubſtantia uteri flaccida nimium, œdematoſa, aut putredini

quali-

qualicunque obnoxia exiſtit: in quo ſtatu ovula utcunque fœcundata neque retinere ac fovere, neque nutrire valet. Si porro tubæ Fallopianæ imperviæ quomodocunque extiterint, & ita vel ſeminali auræ, vel ovulis tranſitum non concedant, ſterilitas quoque contingit. Tandem ovaria ſcirrhoſa, cancroſa, œdematoſa, pinguedine obſita, viſcoſis humoribus obſtructa, flaccida, item hydropica, aut corruptis etiam ovulis ſcatentia ſterilitatem inducunt: Si præterea feminæ, temperamento gaudeant ſanguineo-bilioſo & hæmorrhagiis uterinis ſint obnoxiæ; ſi nimiis corporis exercitationibus, ſi largiori quotidie potui vini, cibis ſalſis nimiumque aromaticis indulgeant; ſi lue tandem venerea corruptæ fuerint feminæ ſterilitatem quoque ſibi contrahunt. Menſium ſuppreſſionem huc aliqui referunt, ſed vidimus aliquas, nondum menſtruatas, concepiſſe tamen & genuiſſe. Hactenus allegatus Zwingerus.

§. 3.

Exemplum ſterilitatis a vaginæ uterinæ occluſione vid. Ephemerid. *A. N. C. Cent. IX. & X. Obſ. 73. p. 384.* propter obſtructum uteri collum a carnea excreſcentia refert Caſparus Theophilus Bierlingius *M. N. C. Dec. 1. an. 2. obſ. 208. p. 310 ſeq.* Anno ſcilicet 1662. die 30. Maji, Lipſiæ ſubjectum femininum cultro anatomico explorabatur, quod ob nimiam laſciviam & adulterium commiſſum decollatum erat. Illius deſiderium neque a marito, neque ab aliis ſatiari vel ab ullo ingravidari poterat. In dextro latere arteria ſpermatica bifida reperiebatur. Extra collum uteri pendebat excreſcentia carnea circa interius colli orificium adnata, longitudine digitum minorem, craſſitie vero lumbricum ferme æquans, quæ uteri collum exacte claudebat, & loco obſtaculi erat, ut nullum ſemen in uterum ingredi potuerit. vid. etiam Bierling. *Adverſar. Curioſ. Obſ. 29. p. 58.* de ſterilitate. In duabus in fœcundis mulieribus internum uteri orificium coalitum ſe *Sterilitatis exempla.*

deprehendiſſe refert D. Pauli *Hiſtor. Morb. Vratislav. An. 1702. p. 210 ſeq.* vid. etiam Fr. Plazzon. *Lib. II. cap. 7. pag. 131.* Gothofr. Moeb. *Phyſiol. cap. 20. p. 537.* Abditam ſterilitatis cauſam inciſo corpore inventam annotavit Guilhelmus Fabricius Hildanus *Obſervat. chirurg. Cent. I. obſ. 65. fol. oper. 51.* inquiens, ſexagenariam matronam, quæ binis nuptiis ſterilis fuerat, cum chirurgo & medico diſſecui. Perquiſita diligenter ſterilitatis cauſa invenimus ſcirrhum circa orificium fundi uteri, qui inſtar annuli collum matricis circumdabat, adeoque uterum claudebat, ut ſtyli acies vix immitti poſſet: unde nil mirum, quod in coitu ſperma a matricis ingreſſu perpetuo arceretur. Et obſervatione ſequenti idem autor aliam ſterilitatis cauſam adducit. Honeſta ſcilicet matrona in primo puerperio inflammatione uteri laboraverat, curata tandem ſterilis manſit. In hujus poſt mortem diſſectæ cervice ante orificium fundi uteri ſcirrhum magnitudine ovi anſerini Fabricius invenit, ipſi adeo adhærentem, ut unum videretur corpus, nec ullo modo ab ea divelli potuerit. Propter hunc ſcirrhum ſemen virile ad uterum penetrare non potuit. Nemini igitur mirum videri debet, quod medici aliquando in ſterilibus fruſtra ſibi multa negotia faceſſant; hujusmodi enim cauſæ medicos latent, aut, ſi non lateant, eæ tamen non niſi ab ipſo Deo auferri poſſunt. vid. etiam Muliebr. noſtr. *Sect. III. cap. 2. §. 12. p. 228 ſeq.* Sterilitatem e tubarum Fallopianarum clauſura ita deſcribit Fridericus Ruyſchius *Centur. Obſerv. anat. chirurg. obſ. 83. p. 108.* Sterilitatis mulierum multæ inveniuntur cauſæ, inter quas tubarum Fallopianarum clauſura haut infima eſt habenda: Hanc modo circa inſertionem in uterum, alias in earum extremo obſervo. Si tot cadavera non ſecuiſſem, nunquam credidiſſem, tubas Fallopianas ſeu oviductus tam frequenter in mulieribus eſſe clauſos, quod ſæpius a partu difficili (in quo non raro illæ partes levem inflammationem patiuntur) vel ab aliis ventris doloribus provenire expertus ſum; &

quod

quod obſervatu dignum eſt, ſi in extremitatibus ſint clauſæ tubæ, ut plurimum eas arcte cum ovariis coalitas inveni, quod magis experientiam noſtram quoad cauſam confirmat, &c.

§. 4.

Occurrunt adhuc aliæ ſterilitatis muliebris cauſæ, quarum nonnullæ quandoque removentur, v. g. exemplum ſterilitatis a fluore albo refert Janus Abrahamus a Gehema *Obſervat. medic. Dec. I. obſ. 6. p. 30 ſeq.* his verbis: Amicus mihi admodum familiaris conquerebatur de conjugis ſuæ ſterilitate, monui, ne uxori injurius eſſet, culpam fortaſſis in ſeipſo hærere; ad quæ ille: ſe certo certius ſcire, eam penes conjugem eſſe Interroganti mihi, num uxori menſtrua deficerent, vel inſolito ordine effluerent? Se hoc nunquam obſervaſſe, nedum ex conjuge percepiſſe, reſpondebat, at ſi iſta ſcire percupias illam ipſam examini tuo ſubjice. Impetrata proinde a marito venia, honeſtiſſima femina mihi inquirenti reſpondit: menſtruum ſibi ab ineunte matrimonio, neque debito tempore fluxiſſe, neque coccineum reddidiſſe colorem, ſed loco hujus fluore ſemper laboraſſe albo; en, inquiebam, haud obſcuram ſterilitatis tuæ cauſam. Illa incredibili liberorum amore inflammata, conſilium a me efflagitat. Suaſi ut uterum ſequenti ſuffimigio, ſale nempe ammoniaco & cineribus clavellatis, anatica portione, aqua communi ſolutis prunisque injectis, repurgaret; cui medicamini per aliquot tempus inſiſtens, quæ tredecim fere annos ſterileſcebat, vix uno anno elapſo, hilarula gemellorum mater facta eſt. Item juxta Joh. de Muralt. obſervationem, textoris cujusdam uxor viginti trium annorum, inordinate cibo & potu a longo tempore uſa triennium integrum ſterilis in matrimonio vixit. Inde vero a pubertate novem annis continuis albo fluore tentata eſt. Tandem adhibitis medicamentis variis concepit. *v. M. N. C. Dec. II. An. 1. obſ. m. p. 274.* Duæ ſteriles, quia utero erant humidiore, ſemen non retinentes, multamque per pudenda pituitam indies excernentes, poſt aquas Spadanas curatæ pepe-

A Fluore albo:

rerunt, ſecundum Henr. ab Heer *Obſerv. med. 14. p. m. 132.* De ſterilitate propter coitum dolorificum ob longitudinem penis, & quomodo emendata fuerit, vid. Guilh. Fabric. Hild. *Obſerv. Chir. Cent. VI. obſ. 61. fol. 575.* Sidonia *Spieſſin* in honeſto conjugio inter Weſtphalos undecim fere annos vixerat, uſa interim peritorum medicorum conſiliis ſed absque omni effectu. Tandem familiam ſuam transtulit in principatum Halberſtadenſem, facta eſt plurium liberorum mater. Hoc vitium antiquum a mutato aere emendatum fuiſſe, putat Chriſtianus Franciſc. Paullini *M. N. C. Dec. II. An. VI. append. p. 76.* quo loco alia ejusmodi exempla adducit. De cura ſterilitatis in femina Bernenſi *vid. ibid. Ann. VII. obſ. 104. p. 166.* Sterilitatem feminæ ab ebrietate recenſet Vitus Riedlinus *Linear. medicar. ann. 1698. menſ. Jul. obſ. 23. p. 300.*

A longo penis.

§. 5.

Ab alumine.

De ſterilitate ex alumine ſequentem obſervationem recenſet Thomas Bartholinus *Actor. Hafn. Vol. IV. obſ. 41. p. 123.* Camphoram immodice ſiccam, ſi in ſinu virginum geſtetur, juvenes ad venerem reddere impotentes, Cardanus Lib. 5. de Subtilit. refert. Cui tamen experientia non favet. De alumine propior obſervatio nuper innotuit. Ambiebat illicitos puellæ amplexus inſulanus quidam, extra viciniam ſuam ignotus. Annuebat illa quidem votis exorata, ſed metu imprægnationis deterrebatur. Spopondit procus indemnem fore, ſi aluminis fruſtum ore arctius illa contineret, dum venere exoptata frueretur. Perſuaderi ſibi paſſa eſt credula blanditiis & falſis promiſſis, ſeque tutam ab alumine ſperans, tam anxie ore conſtrinxit alumen non ſine faſtidio, quam ſedulo alter opus ſuſceptum cum voluptate peregit. Defiorata illa, tandem poſt decem menſium effluxum credulitatis ſuæ vel ſimplicitatis pretium retulit, mater facta. Sive caſu, ſive traditione aliqua inſulanus ille in alumen inciderit, certum eſt, veterum quosdam de alumine ita ſenſiſſe, ſed non eo, quo puellæ huic perſuaſum, modo. Huic ori inditum, ut adſtrictione, qua

qua pollet, maxima, obturaret forſan os puellæ de ſua pudicitia ſollicitæ. Veteres autem ori vulvæ impoſuerunt, ut adſtringendi vi claudéret os uteri, ne, recepto ſemine conceptio fieret. Ita Dioſcorides *Lib. V. cap. 123.* inquit, alumen etiam præſtat mulieribus, ne concipiant, ante coitum ori vulvæ inditum &c.

§. 6.

Ab Amnio. Sterilitatem ex amnio uxoris loco Periapti geſtato derivat Paulus Spindlerus *Obſerv. 65. p. 121.* inquiens: Retulit mihi vir fide dignus, M. L. S. affinem ſuum per integrum annum impotentem vixiſſe cum uxore ſua, nulla quæ cogitari poterat hujus rei ratione, inventa. Tandem aliquando interrogans uxorem, quid Periapti loco gereret, ipſa amnium ſuum eſſe reſpondit. Quo ſublato ſtatim Veneris ſtimulis tentatus coivit. Exinde hoc impotentiæ vel ſterilitatis fuiſſe cauſam concluſit.

§. 7.

Aliæ cauſæ. Alias quoque impeditæ conceptionis cauſas adducit Johannes de Muralto in ſcholio paulo ante allegatæ obſervationis, ſequentibus verbis: in femina prolis cupida, ut votum obtineat, requiritur uterus bene diſpoſitus, pubertatis anni & ætas non ultra quinquageſimum annum provecta, denique ordinata menſtrua. Ad uteri diſpoſitionem quod attinet, orificii matricis coarctatio mulieribus plurimum incommodat, qua fit, ut non modo retenti menſes generationem impediant, ſed inſuper mala alia pullulent. Deinde obeſt quoque cervicis uteri amplitudo nimia: ita enim ſemen maſculinum non retinetur, ſed diffluit, evaneſcente ſpiritu. Tertio oris interni perverſio, ſeu obliquitas, recipiendo ſemini inidonea. Quarto morbi alii organici, inter quos compreſſio ab omento pingui, cicatrix, tuberculum, callus, adipis copia, membrana hymenæo æquo durior & ſtrictior: quæ omnia impediunt, ne menſes effluere, & viciſſim ſemen admitti poſſit. Quinto ovi muliebris, e quo fœtus naſcitur craſſities, impediens itidem, ne ſeminis virilis impreſſionem fœcundam, aut vitalem

chara-

[illegible] Ex [illegible] quoque, quæ nimium [illegible] cum [illegible] fere careant. Vi-
[illegible] sexaginta aliquot annorum, quæ per totam vitam nunquam menstruata, neque etiam a marito suo, qui in priori matrimonio cum illa uxore novem liberos utriusque sexus generaverat, impregnata fuit.

§. 8.

A calculis. Sterilitatem etiam a calculis vel scirrhositate annotarunt autores v. g. Omentum durum ac fere lapidosum sterilitatem inducens in muliere refert Dominicus Panarolus *Pentecost. III. obs. 10. p. 68 seq.* multæ inquiens sunt sterilitatis causæ in muliere, de quibus fere omnes medici, tum antiqui, tum recentiores scripsere. Unam tamen observavi a nullo in lucem editam, videlicet duritiem maximam omenti, a quo uterus tactus distendi non poterat & sic genituram projiciebat. In reliquis vero ista mulier bene colorata erat & optima fruebatur valetudine; hoc tamen habebat, ut omentum undique satis crassum, durum ac fere lapidosum uterum premeret, tangendo ipsius abdomen observavi, ex quo sterilitas orta fuerat. Refert etiam Theod. de Mayerne eques auratus, se in cadaveris humani dissectione, quam Lutetiæ suis manibus fecerat, insolitam sibi & mauditam oblatam fuisse sterilitatis causam, calculum videlicet exactissime meatum illum claudentem, qui a prostatis in urethram dehiscit, per quem e vasis varicosis semen vibrante ejacula-

ejaculatione expellitur. vid. Chriſt. Fr. Garmann. *de Mirac. mortuor. lib. III. Tit. 3. §. 78. p. 112.* De ſterilitate tractatum ſcripſit Johannes Hucherus, cujus liber primus agit de ſterilitate virili, ſecundus de muliebri idiopathica, tertius de ſterilitate ſympathica, & quartus de occultis ſterilitatis cauſis, ſeu de maleficiis. De arcenda ſterilitate & progignendis liberis librum edidit Jaſon a Pratis. De quæſtione utrum faſcinatio ſterilitatem inducat vid. Zacut Luſit. *de Medic. princ. hiſtor. lib. III. Qu. 31. oper. Tom. I. f. 509.*

§. 9.

a ſteatomate.

Sterilitatem ab uteri ſteatomate annotavit Georgius Hieronymus Velſchius *Epiſagm. obſ. 72. p. 43.* mulierem, inquiens, quæ nunquam conceperat, quamvis innumeris medicamentis uſa eſſet, Johannes Veslingius a morte ſectam 1642. vidit, tumore uteri laboraſſe, membrana propria materiam ſebo ſimilem continente, quem ideo inter ſterilitatis cauſas merito referendum cenſebat.

§. 10.

ab arteriarum & venarum ſpermaticarum defectu.

Ab arteriæ & venæ ſpermaticæ defectu & a fimbriarum in tubis abſentia ſterilitatem dependere inexplicabilem, refert Dns Poupart. *vid. Hiſtor. Academ. reg. ſcient. Pariſienſ. An. 1699. p. 274.* Sic etiam Chriſtianus Johannes Langius *Oper. Part. III. Diſput. 38. §. 18. fol. 512.* nullus dubitat, quandoque ſalacitatis culpam in fimbriatas tubarum ſeu oviductuum extremitates ponere, ſi propter conformationem minus convenientem uſum præſtare naturalem, hoc eſt, teſticulos apprehendere, & in coitu tamdiu retinere, donec virtus activa feminis ſuo ſatisfecit officio, haud fuerint apti.

§. 11.

ab ovarii pinguedine.

Juxta H. G. Herfeld *Cogit. de Orig. Morbor. §. 13. p. 16. & 17.* eſt & aliud genus feminarum minus ad procreandam ſobolem idoneum, nimirum earum, quarum ovarium nimia pinguedine eſt obſitum; aut quarum ovarium craſſa & tenace eſt obductum viſciditate, unde ſpiritus illaqueantur & ſuffocantur, & virile ſemen impeditur, ut ad ovarium penetrare non poſſit, illudque fœcundare;

omnia quippe oportet sint temperata. Si vero per penetrantissimam vim seminis virilis eousque vibrat & transit illud, ut ovarium inde fœcundetur, attamen visciditas usque adeo est, & continuae permanere tenax, ut admittere nolit descensum in vulvam, manebit in eo loco, ubi conceptus erat fœtus.

§. 12.

ab ebrietate. Ebrietatem in sequiore sexu sterilitatem inducere confirmat Vitus Riedlinus *Linear. Medic. Am. I V. mens. Jun. obs 23. p. 602 seq.* inquiens: Matrimonium contraxerat quædam haud ex fece plebis oriunda femina cum quodam, quem impense dilexerat, nec consultis priusamicis elegerat, unde ego vix ac ne vix quidem dubitavi, brevi eam quoque exoptatos conjugii fructus edituram, & sic lætam matrem evasuram. At cum quandam ex cognatis ejusdem propterea interrogassem, haec respondit, nos, quæso, expectes ex hoc conjugio proles, nimirum dedit bellum vini, cum cerevisiæ potui, hisque liquoribus sæpius se nimium invitat, unde vix ac ne vix quidem concipere poterit. Ulterius ruminanti hoc responsum in memoriam revocavit, quandam, quæ quamdiu quidem vixit, de nulloque malo, quam de siti tantum non continua conquesta fuit, cui sedandæ, quia cerevisiæ præsertim non pepercit, & eam tantum non quotidie ad ebrietatem usque ingurgitavit, inde licet maritum habuerit, cui nil quicquam hac præsertim in parte defuit, ad venerem etiam sat proclivis extiterit, conjugium tamen per plures annos sterile habuit, nec vel unicam susceperit prolem.

§. 13.

A nimia obesitate. Casum sequentem medico forensem, an scilicet a mensium defectu & nimia pinguedine in uxore sterilitas oriatur? recenset Michael Alberti *System. Jurispr. med cap. 2. pag. 55 seq.* Lucilla, *eines vornehmen Kauffmanns Tochter, wurde in dem Anfange ihres 14den Jahres an einen andern berühmten Kauffmann verheyrathet, ehe sie ihre Menses bekommen hatte: Ob zwar dieselbe von guter Statur, und übri-*

übrigens geſund und dem Gemüth und Leibe nach munter iſt, ſo hat ſie doch faſt bey 3. Jahr ohne einen erlangeten Kinder-Seegen mit ihrem geſunden und untadelhafften Ehemanne, friedlich und vergnügt gelebt. VVenn aber dieſelbe allererſt im Eheſtande ihre weibliche Reinigung bekommen, doch ſolche etwas unordentlich bißher gehabt, anbey aber am Leibe ſehr ſtarck und fett wird, auch dem äuſſerlichen Anſehen nach faſt übermaßig vollblütig iſt; als ergehet an N. unſer freundliches Erſuchen, daß ſie nach denen Mediciniſchen Gründen unterſuchen und decidiren mögen: 1) Ob Lucilla ſchlechter Dinges incapable zur Kinder-Zeugung ſey? 2) Ob ſie verweilete Imprægnation vielleicht einer natürlichen Hinderung und Urſache zuzuſchreiben ſey? Und 3) wie allenfalls dieſen Hinderniſſen ſicher und gründlich abzuhelffen ſey? In quem caſum dictus autor hanc epicriſin dedit; 1) Sterilitas junioris conjugii ob præmaturum matrimonium, retardatum & anomalum menſium fluxum & nimiam corporis obeſitatem: 2) Multum impedit conceptionem, quando ante juſtum terminum genitalia mulierum ad actus venereos urgentur: 3) præjudicatur enim ordini naturæ, quando hæc præmature citra internum ſuum ſenſum atque præparationem ad hoc negotium cogitur: 4) niſi prius legitime menſes erumpant, non convenit genitalia mulierum ad alios irregulares humorum affluxus adigere; 5) hac enim præmatura copula ordo menſium imprimis ſuis initiis eximie turbatus fuit, hinc tantæ anomaliæ hoc menſium negotium comitantur: 6) quamdiu hæc confuſio quoad menſes in hac perſona adeſt & durat, tamdiu nulla conceptio ſperanda & urgenda: 7) Erſi perverſus menſium ſtatus deeſſet, vel ipſa ſola obeſitas ſterilitatis cauſa eſſet, quoniam etiam intrinſecus nimia pinguedine organa muliebria prædita & onerata ſunt, ut propterea ipſa natura mulierum hoc onere aggravata conceptionem reſpuat: 8) hinc obſervationes teſtantur, quod nimis pingues feminæ aut ægrius concipiant, aut facile abortiant, aut difficillime pariant: 9) Eſt vero hæc ſterilitas utique curabilis, quando (1) menſes in juſtum ordinem con-

verruntur, (2) quando præjudicioſa iſta obeſitas minuitur; 10) poſterius obtinetur per diætam temperatam: per inſeſſus domeſticos, per uſum therma rum temperatarum internum & externum: per peregrinationes; per modicum vini uſum, interea tamen hæc perſona in cohabitatione matrimoniali moderamen obſervet, ne ulteriori genitalium irritamento motus ſimul confuſi magis confundantur.

§. 14.

Ovariorum læſio. Ex ovariorum læſione eorumque per caſtrationem facta extractione omnia animalia ex ea ratione ſterileſcere, quia ovula, in quibus conceptuum ideæ vel ſtamina deliteſcunt, ſimul abolentur atque exſtirpantur, capite primo, paragrapho ultimo ex Johannis Conradi Peyeri *Merycolog. Lib. I. cap. 5. p. m. 48 ſeq.* demonſtravimus. Rationes ſterilitatis a fomitis ſimili declarat Michael Etmüllerus *Oper. Tom. I. fol. m. 168.* Sicuti, inquiens, fomes humidus aut pinguis non facile inflammatur; ſic ova uterina, ſi nimis humida nec ſpirituoſa ſunt, minus poſſunt concipere nec incendi a ſpiritu genitali, ſicut ſcintillula quædam, quæ prompte nimis extinguitur, fomitem non accendit. Hinc ſi ſpiritus genitalis maris minus ſpirituoſus aut volatilis, diſſipatur, & ſic non ſufficit, ut poſſit ovum recte excitare & fœcundare. *vid. etiam Tom. II. f. 1079.*

§. 15.

Variæ cauſæ. Sequentes ſterilitatis feminarum cauſas collegit Michael Alberti *Syſtem. Jurisprud. med. cap. 2. §. 29. p. 45.* 1) Quando mulierculæ animo valde moroſæ, iracundæ & immoderatæ ſunt; 2) quando admodum valetudinariæ exiſtunt & multa imbecillitate laborant; 3) quando frequentes arduasve menſium anomalias experiuntur; 4) quando repetitos abortus perpeſſæ ſunt; 5) quando violentas menſium provocationes & eruptiones, ut & 6) ſtupendas uteri hæmorrhagias ſubierunt; 7) quando porro abor-

abortionis pocula hauſerunt; 8) quando diutius fluore albo contaminatæ ſunt; 9) quando feminarum uterus nimis anguſtus eſt, ut dilatationem reſpuat; 10) quando feminæ gravi prolapſu uteri laborant; 11) quando violentas & vehementes contuſiones lumborum & genitaliuin perpeſſæ ſunt; 12) quando muliebre membrum alio translatum eſt; 13) ſi etiam alii ſontici morbi uterum detinent, quales paſſim ab autoribus recenſentur; 14) ſi clitoris enormi magnitudine prædita eſt, ut congreſſum maris reſpuat; 15) ſi tubæ Fallopianæ occluſæ ſunt; 16) quamdiu atriſia præſto eſt; 17) aut ſi uterus plane deficit; 18) vel ſi internum orificium uteri clauſum eſt; 19) vel ſi nimia laxitas & latitudo in utero adeſt; 20) ſi uteri perverſus ſitus accuſari poteſt; 21) nec non ſi genitalia mulierum nimis arida ſunt; 22) an vero vulva geminata aut uterus duplex generationem impediat, nondum obſervationibus illuſtrarunt autores; huc pertinet 23) ovariorum defectus, vel 24) ſcirrhoſa induratio. Quas cauſas adductas allegatus Alberti variis autoritatibus confirmat. vid. etiam Joh. Ben. Sinibald. *Geneanthrop. Lib. VI. Tr. 2. p. 602 ſeqq.*

§. 16.

Secundum verba de Monſieur Dionis *des Accouchem. Lib. I. cap. 7. pag. 68. ſeq.* on diſtingue deux ſortes de ſterilitez; l'une qui eſt naturelle, l'autre qui arrive par accident; par la naturelle on entend celle, qui vient par le vice dela conformation, la quelle on ne voit point, & à laquelle on ne peut apporter aucun remede; par celle qui vient par accident, on entend celle, dont on connoit la cauſe, & à laquelle le chirurgien peut remedier. La ſterilité naturelle eſt celle, dont les parties dela matrice ſont mal conſtruites des la premiere conformation, & qui par conſequent ne peuvent point faire l'action, au quel elles étoient deſtinées, comme un fond de matrice trop dure & trop ſolide, qui ne laiſſe point echapper par les embouchures des arteriolles, le Dionis.

ſang qui doit ſortir tous les mois, & qui ne peut point recevoir les racines de l'œuf & du placenta: une trompe dont l'ouverture du côté de la matrice, qui étant bouchée ne permet pas à la ſemence de l'homme d'être porté à l'ovaire, ni à l'oeuf de deſcendre dans la matrice; des reſſorts de la trompe mal fabriquez, qui l'empecheront d'aller embraſſer l'œuf pour le recevoir, & le conduire où il doit aller; la membrane de l'ovaire trop epaiſſe, qui ne permettera pas à la ſemence de penetrer dans l'œuf, ni de le laiſſer echapper. Or pluſieurs empechement de cette nature rendent une femme ſterile pendant toute ſa vie; celles qui ont eu pluſieurs maris, & qui neanmoins n'ont point fait d'enfans, doivent être certaines, qu'elles ont quelqu'un de ces defauts naturels, qui les empechent d'en avoir. On renferme les cauſes delà ſterilité par accident en quatre articles; le premier eſt la mauvaiſe habitude de tout le corps: le ſecond, les impuritez, qui ſe jettent & qui s'ecoulent par la matrice: le troiſieme, quand l'orifice interne eſt calleux ou recourbé: & le quatrieme eſt, quand l'orifice externe n'eſt pas ouvert, comme il le doit être &c.

§. 17.

Divortium. Ob ejusmodi feminarum ſterilitatem idem autor *l. a. pag.* 72. divortium ſeu matrimonii diſſolutionem concedi debere ſtatuit, inquiens: ceux, qui ont paſſé un tems conſiderable dans le mariage ſans avoir des enfans, ſont obligez en conſcience de conſulter medecins ou chirurgiens de ſe baigner, d'aller prendre les eaux, & de faire & ſvivre ce qu'ils leurs preſcriront, d'avoir recours aux ſaints, faire pelerinages; & il pourra arriver, qu'aprés tout cela ils n'en auront point, mais ils n'auront rien à ſe reprocher; ils auront fait voir leur bonne volonté. Henri II. fut pluſieurs années marié avec Catherine de Medicis, ſans avoir des enfans. Le Roy conſulta Fernel, ſon premier medecin, qui aprés avoir examiné d'où venoit le défaut

faut, lui enſeigna la poſture, dont il ſe devoit ſervir en careſſant la reine, qui en eut ſept tout de ſuite. Henri IV. ne pouvant point avoir des enfans avec la reine Catherine ſa premiere femme, aprés nombre d'années paſſées, & avoit fait pluſieurs remedes inutiles: l'Egliſe le ſepara. Il épouſa Marie de Medicis, dont il en eut pluſieurs; cequi fait voir, que la ſterilite eſt une cauſe dela diſſolution du mariage.

§. 18.

Cum vero liberos in matrimonio procreandi impotentia ſe- *Cautela.*
cundum plerasque obſervationes ſæpius in maritis quam uxoribus lateat, vera ſterilitatis cauſa, numque curabilis vel incurabilis ſit, ante divortium eſt indaganda; vid. autem Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. Lib. III. Tit. 1. Quæſt. 7. fol. 280. ſq.* Solent etiam doctores repudium connivere, ſi mulier ſponſa medicamenta ſterilitatis ſumſerit, quia hæc nefario auſu finem matrimonii principalem, nimirum procreationem ſobolis, peſſundat, nec non ſumme peccat in proprium corpus, ac functionem partium corporis, ad quam exercendam a creatore optimo maximo creatæ ac æſtimatæ ſunt, vid. Joh. Georg. Nicolai *Tract. de Repud. & Divort. Cap. 2. p. 86.* De tali divortio & quæſtione, an in divortiis matrimonii par eſſe debeat ratio mulieris ac viri? ita judicat Johannes Riolanus *Anthropograph. Lib. II. c. 25. fol. 183.* Vir judicatur ineptus ad generationem, niſi habeat arrectionem, introductionem in ſinum muliebrem & ejectionem ſeminis: ideoque, ſi mulier careat ejectione ſeminis, haud dubie ſterilis cenſenda & prorſus infœcunda. Cognoſces ejaculationem ſeminis ex voluptate in ſuccuſſione lumborum & partium pudendarum profuſione. Sed aſtuta & verſipellis mulier, quæ recuſat divortium, iſta ſimulabit, nec facile poteſt deprehendi, quia dicet ſe nihil emittere, niſi poſt actionem viri. Quapropter iſthæc cauſa divortii ex parte mulieris in familiis duntaxat principum

cipum concedi poteſt, quibus proles eſt neceſſaria, non autem in vulgaribus familiis, quia multi hac de cauſa ſuas uxores lubenter repudiarent.

§. 19.

Mularum ſterilitas. Mularum ſterilitatis cauſam a defectu ovorum in ovariis derivant anatomici, ſiquidem Nicolaus Steno, qui primus hoc ovarium divulgavit, anno 1670. Johanni Swammerdamio retulit, mulas teſticulos quidem habere, ſed ovis carere, ut ita facile ſit de cauſa ſterilitatis earundem conjecturam capere, uti ipſe Swammerdam *in Miracul. Natur. ſive uter. muliebr. fabric. cap. 3. Biblioth. anat. Part. I. fol. 496.* refert. Mulam tamen etiam mulam peperiſſe, ex aliis autoribus allegat Georgius Francus de Franckenau *Satyr. med. IV. pag. 78.* de equa, inquiens, mulam alia mula prægnantem pariente, vid. Torquemada *Dial. VIII.* Item de mula prægnante vid. Alex. Benedict. *de morb. curand. Lib. XXV. cap. 29.* quo tamen loco eandem obſervationem mihi reperire non licuit.

§. 20.

Plura de ſterilitate ejusque ſignis & cura vid. Carol. Muſitan. *de Morb. mulier. cap. 4. p. 96 ſeqq.* Chriſt. Joh. Lang. *Oper. med. Part. III. fol. 508 ſq.* Mich. Ettmüller. *Oper. Vol. II. fol. 1078.* Joh. Varandæus *de morb. mulier. Lib. II. cap. 1. Oper. fol. 564 ſeq.*

SECTIO II.

De didymotokia ſeu gemellatione.

CAPUT I.

De Gemellorum ortu.

§. 1.

Gemellorum denominatio. PEr hactenus explicatam conceptionem in noſtrarum feminarum ovariis plerumque & ordinarie unicum tantum ovulum, in brutorum autem femellarum ovariis plerumque duo vel plura ovula, a marium ſemine, dicto modo fœcundantur,

tur, uti in quibusdam animalibus, domeſticis & feris, v. g. canibus, felibus, muribus, majoribus & minoribus, ſuibus, domeſticis æque ac ſylveſtribus, quotidie videmus; quippe quæ unica vice interdum quatuor, ſex, octo vel decem & plures fœtus pariunt. Id quod tamen etiam quandoque in ovariis humanis accidere, teſtantur plurium fœtuum partus, quibus interdum duo, tres, quatuor vel plures uno eodemque fere tempore eduntur, quapropter etiam gemelli, trimelli vel trigemini vocantur; de quibus agendi magis equidem conveniens locus videtur tractatus de Partu; quia vero gemellorum principium ſtatim a conceptione dependet, nobis etiam non ſolum ipſorum generationem ſeu conceptionem, verum etiam varia ad eosdem ſpectantia hoc loco in ſerere liceat.

§. 2.

Sunt autem gemelli, græce δίδυμοι, de quibus hic loquimur, *Definitio.* juxta Chriſtiani Frid. Garmanni *Diſput. de Gemell. & Part. numeroſ. ſub Godofr. VVelſchii Præſidio Lipſ. Anno 1677. habitæ cap. 1. §. 4.* conceptus in utero geminatus, ſpeciei humanæ conformis, ſeparatus, quorum uterque peculiaribus involucris, peculiarique placenta gaudet, a ſpirituum mechanicorum ſeminis proprietate & materiæ aptitudine dependens, quique uno aut ſaltem mox iterato congreſſu fit, & unico partu, quamvis ſucceſſive excluditur.

§. 3.

Circa cauſas & originem gemellorum diverſas olim fovebant *Cauſa.* autores ſententias, dum alii eandem in cœlo, ſeu aſtris, alii in utero ejusque ſinuum ſeu cellularum varietate, alii in utero bipartito, alii in ejusdem majori quantitate, alii cum Hippocrate in ſeminis copia & in partes diviſione quærunt, ita ſcilicet, ut, ſi quandam ſeminis portio in dextram, quædam vero in ſiniſtram uteri partem dilabatur, duplex fiat partus. Verba Hippocratis de gemellorum generatione *Oper. Sect. III. de natur. puer. fol.*

m. 28 ſeq. ſic ſonant: Gemelli ex uno veneris complexu procreantur ad hunc modum. Uteri ſinus plures & incurvos habent, hos quidem longius diſtantes, illos vero pudendo viciniores. Et ex animalibus, quæ plura gignunt, plures ſinus habent, quam quæ pauca. Quod in avibus, feris & volucribus ad eundem ſe habet modum: Cum genitura ad duos ſinus diviſa pervenerit, eamque uteri receperint, neque ſinus alter ad alterum transmiſerit, ea utroque ſinu ſeparata membrana veſtitur, vitamque eo modo accipit, quo & unus fœtus. Quod vero ex uno congreſſu gemini procreentur, hoc argumento conſtat. Canis, ſus & alia animalia uno congreſſu duos & plures fœtus pariunt, quorum quisque in utero ſuo ſinu & membrana conditur. Atque hæc ipſi contingere cernimus, eosque omnes eodem utplurimum die parere. Ad eundem quoque modum in muliere, ex uno veneris complexu nati gemelli, uterque ſuo ſinu & involucro conditur, & eadem die in lucem prodit, alterumque prius, cum ſuo involucro foras egreditur &c.

§. 4.

In ovulis. Cum autem juxta recentiores anatomicos & ipſam avtopſiam nulli in utero appareant ſinus vel cellulæ, quod etiam confirmat Amatus Luſitanus *Curat. med. Cent. I. curat. 27. fol. m. 55.* inquiens: cum mulier Ferrarienſis ob difficilem partum mortua eſſet, eam aperuimus ac diſſecavimus, geminos enim in matrice complexos habebat, maſculum & feminam, & illos quidem mortuos; inde extracta matrice, percepimus falſum eſſe, quod quidam dicunt, in matrice locellos plures eſſe, cum revera matrix, ſive uterus, ſimilis veſicæ ſit, in qua præter communem quandam cavitatem, nulla altera apparet. Cum inſuper etiam neque ſeminis copia, neque ejusdem in duo uteri latera diviſio ad gemellorum originem ſufficiens videatur, ſiquidem fœtus non ex ſemine virili, ſed ex ovulo muliebri, vel ejusdem cicatricula, uti

hacte-

hactenus monſtravimus, generatur; hinc etiam non immerito gemellorum ortus pariter in ovulis duobus, vel pluribus quærendus erit. De veterum circa gemellorum generationem errore, ita ſcribit Johannes Sigismundus Elsholtius: Quantopere hactenus gemellorum origo philoſophantium animos torſerit, in propatulo eſt. Qui in cellulas uteri cauſam retulere quondam, ſuam in rebus anatomicis prodiderunt ignorantiam. Seminis copia, aut in partes diviſio non explebat etiam mentes acutius cernentes: Multo minus uteri paulo major, quam feminis communiter eſſe conſvevit, amplitudo. Ita problema hoc inter incerta ad noſtrum usque ævum jacuit. *vid. M. N. C. Dec. I. An. 6. & 7. Obſ. 198. p. 293.* quo loco etiam ſententiam de ovulis amplectitur.

§. 5.

Sicuti autem in genere ad conceptionem non modo ovula, ſed ad horum quoque imprægnationem efficax ſimul, ſive ſatis ſpirituoſum ſemen virile requiritur; ita etiam ad duo vel tria pluraque ovula fœcundanda ſufficiens dicti ſeminis vis ſpirituoſa, inſuper etiam tot ovulorum muliebrium maturitas neceſſaria eſt. Unde Theodorus Craan *de Exort. ſive Generat. Homin. Quæſt. 5. p. 279.* ad quæſtionem, quomodo generentur gemelli? ita reſpondet: Veteres medici voluerunt, uterum diſtinctum eſſe in tot cavitates ſive cellulas, ope membranarum a ſe invicem diſtinctas, quot fœtus in utero generentur, ſed experientia plane contrarium docet; uterus enim non niſi unam & continuam habet cavitatem. Hoc tamen certum eſt, ſi plures fœtus ſimul in utero generentur, quod unusquisque ſuis propriis includatur membranis. Cæterum duo, tres, quatuor & plures concipiuntur fœtus, quando nimirum ſemen maſculinum fuit valde ſpirituoſum, ita, ut vel tria, vel quatuor ovula ſimul fuerint imprægnata pari felicitate per tubas Fallopianas compulſa ad uteri fundum, quorum ſingula ibi progerminent. *Semen ſpirituoſum.*

§. 6.

Gemellationis modus. ex ovis geminatis.

Variis ſcilicet modis accidere poteſt gemellatio ſive duorum vel plurium fœtuum conceptio, & primo quidem ex uno eodemque ovulo, ſi nimirum in ovario, ſive dextro, ſive ſiniſtro, ovulum aliquod geminatum, ſive in quo duorum fœtuum ſtamina vel germina, per tenuiſſimam membranulam diſtincta, latent, a prima formatione hærens coitu fœcundetur; qualia ova geminata ſeu binis vitellis dotata ſæpius a gallinis excerni videmus & legimus. Inquit enim Ariſtoteles *Hiſtor. Animal. lib. VI. cap. 3. fol. m. 417.* dari ova gemina, quæ binis conſtant vitellis: qui, ne invicem confundantur, facit in nonnullis prætenue quoddam ſeptum albuminis medium; aliis vitelli contactu mutuo ſine illo diſcrimine junguntur. Sunt in genere gallinarum (ſive ſunt nonnullæ gallinæ,) quæ pariunt gemina ova; quædam enim duodeviginti peperit gemina excluſitque, præterquam ſi qua eſſent (ut fit) irrita. Scribit etiam Guilielmus Harvæus *Tr. de Generat. Animal. Exercit. 24. de ovis gemelliferis p. m. 139.* ſe vidiſſe ſæpius ova gemellifica, quorum ſingulos vitellos bina albumina ambiebant, cum membranis communibus propriisque ſingillatim obvolventibus. Item inquit ſe alia quoque ova vidiſſe cum binis vitellis, quaſi connaſcentibus, quibus utrisque unicum albumen commune circumfundebatur. Apud nos interdum gemellifica ova naſcuntur, & gemelli quoque aliquando, licet rariſſime, excluduntur. Talia ovula gemina vel duplicia, ſive duplici dotata vitello equidem concedit etiam Hieronym. Fabricius ab Aquapendente *de Format. Ovi & Pull. cap. 8. fol. m. 15.* ex ipſis tamen non gemellos, ſed pullos tantum quodammodo duplices vel monſtroſos, nimirum cum duobus capitibus, quatuor cruribus & ſimilibus gigni ſtatuit. Item Albertus Magnus de Animalibus ita ſcribit: Inveniuntur ova, ex quibus exeunt gemelli, eo quod duas habeant gemmas & duo citrina, inter quæ eſt tela ſubtilis. Sunt enim gallinæ quædam, quæ quaſi faciunt ova gemellina, ita quod inventa eſt apud Mace-

Macedones gallina, quæ octodecim fecit ova, & quando cubavit ea, ex quolibet eorum exiverunt duo pulli, ita ut ex octodecim ovis ſex & triginta produxerit pullos. Porro inquit Ariſtoteles: Quædam gallinæ habent quaſi in proprietate naturali, facere hujusmodi ova duplicium gemmarum. Et illæ ſunt, quæ habent matrices longas & largas, quæ moventur in receptione ſeminis galli. Motus enim matris facit ſpermatis diviſionem. Et tunc aut duo ova, aut unum duplicis gemmæ concipiunt. &c. *v. M. N. C. Dec. I. an. 3. obſ. 188. p. 350.* Vid. etiam Joh. Fridr. Ortlob. *Hiſtor. Part. Diſſert. 35. §. 15. p. 459.* & Jaſon a Pratis de uteris *lib. I. cap. 3. p. 72.* inquit: Vitella in ovo ſi diſtinguuntur membrana, gemini pulli diſcreti ſine ulla ſupervacua parte generentur. Exempla ejusmodi ovorum geminorum ſive prægnantium commemorat Thomas Bartholinus *M. N. C. An. I. obſ. 36. p. 120.* Ovum, inquiens, prægnans alio ovo hiſce diebus anno 1669. ruſticus mihi oſtendit &c. Ovum duplici vitello præditum annotavit Ehrenfridus Hagendorn *l. a. An. 2. obſ. 241. p. 342.* inquiens: Gorlicii aſſervatur apud virum optime mihi notum gallina, quæ aliquoties peperit ova duplici vitello prædita tantæque magnitudinis, ut anſerum æquarent ova. Ejusmodi ova duplici dotata vitello aliquoties mihi ipſi obſervare contigit.

§. 7.

Sicuti proinde ex binis in uno ovo gallinaceo latitantibus vitellis bini pulli perfecti, vel monſtroſi generari poſſunt, ita quoque cum ovulis ovariorum muliebrium, ſecundum quosdam autores ſe res habet, ut in unico ovulo binorum fœtuum ſtamina lateant, vel juxta Joh. Jac. Fr. Vicar. *Baſ. Medic. Lib. I. cap. 3. p. 31.* duo ova in una veſicula contineantur ſimulque coitu fœcundo impregnentur. Quod etiam unica cella major in ovariis poſt partum gemellorum reperta confirmat. Unde ad Henricum Volgnadium *M. N. C. Dec. I. An. 6 & 7. obſ. 198. p. 293.* perſcribit Johannes Sigismundus Elsholtius: Meminiſti, mi Vollgnadi, haud ita pri- *Ex binis ſtaminibus in uno ovo.*

dem in obſervatione noſtra de ovario humano atque tubis adte miſſa, pingi cellam ovarii unam grandiuſculam & materia rubenti ſpongiæ ſimili obductam, ex qua ſuſpicabar tunc, devolutum fuiſſe ovum pro conceptione gemellorum, quos poſtremo partu femina illa ediderat. Profecto hac in opinione ego roboror indies, & naturæ magnum ibi myſterium videre mihi videor. Illius enim cellæ præ cæteris omnibus capacitas inſignis quid arguit, niſi in ipſa hæſiſſet ovum ſimplex reliquis majus, aut duo ova cæteris æqualia. De priori, ſi unicum peperiſſet fœtum mater, nemo dubitaret: jam vero, ubi de gemellis, hoc ultimo partu editis conſtat, poſterius verum eſſe conjicio, nimirum cellam illam haud complexam eſſe ovum ſimplex, ſed bina ova, membrana tantum tenui interſepta. Cellæ enim ſuis ſingulæ ſeptis carneis ſat craſſis ab invicem diſtinguuntur, atque ova utplurimum ſimplicia complectuntur; Quotiescunque vero in cella una geminatum ovum hæret, iſtamque cellam aura feminalis in ecſtaſi venerea attingit, tunc ex ovo illo gemello in uterum devoluto, non niſi gemelli, me judice, naſci poterunt. Atque hanc eſſe veram atque unicam gemellorum originem, hucusque incognitam, arbitror. Sic Johannes Mauritius Hoffmannus *in idea Mach. hum. Anat. Phyſiolog. Sect. VII. §. 5. p. m. 91.* inquit: Fit conceptio primaque futuri embryonis efformatio, & quidem modo unius, modo gemelli, trimelli, quadrimelli, prout unum vel totidem numero, ovula feminis maſculini ſpiritu impregnata fuerint, quamvis non impoſſibile ſit, unum etiam ovum geminæ fœtus ſtamina comprehendere poſſe, eo quod talis quandoque viſus fuerit ſimplici membranarum utrique omnium ambitu cinctus. Poſſe autem ex uno ſimplici ovo gemellos naſci, ſecundum Michael. Ermüller. *Tom. I. fol. m. 165.* probabile reddit monſtrum illud biceps, de quo Brunnerus peculiari Diſſertatione agit, quod revera in ovo ſimplici genitum omnino videbatur. Et Johannes Bohnius *Circul. anat. physiol. Prog. num. I. p. 22.* non pro plane impoſſibili habendum

dum cenſet, ex uno ovulo aliquando prodire gemellos, ſimili forſan ratione, ac interdum unum frumenti granum plures ſpicas promit. Ova gallinarum duplici vitello, albumine & cicatricula prædita gemellifica deprehenduntur: quales illos potiſſimum credere fas eſt, gemellos, qui diſtinctis includuntur involucris. Juxta Joh. Gothofr. Bergeri *Phyſiolog. med. lib. II. cap. 1. p. 465.* poſſunt etiam ex uno ovo gemelli excitari, uti ex uno tritici grano, vel alio quovis ſemine, ſive ovulo vegetabili, duplex imo multiplex interdum ſpica provenit, & ex unius ovi gallinacei duplici vel triplici cicatricula totidem pulli enaſcuntur. Et Lucas Schroeckius *Additam. in Joh. Helwig. obſ. 13. pag. 39.* inquit, ſi duplex reperiatur concretus in ovo orbiculus a natura, quæ ludere ubique, præcipue etiam in ovis, ſolet (quod v. g. duplex in multis gallinarum ovis vitellus loquitur, ex quibus ovis duplices oriuntur pulli, atque monſtra exin gallinacea, partibus quibusdam abundantia, prodire poſſunt,) non poterit non exin fœtus duplici e corpore conflatus inde produci.

§. 8.

e duobus ovulis ſibi annexis.

Deinde quoque ex binis unius ejusdemque ovarii ovulis, inter ſe connexis, ſibique arcte adhærentibus, gemellos oriri nonnulli ſtatuunt, ſiquidem Gerardus Blaſius *Obſerv. med. Part. V. obſ. 4. p. 66. ſeq.* poſtquam in cadavere mulieris viginti ſeptem annorum, (quæ non ſemel gemellos peperierat, jam undecim liberorum mater) non tantum extra teſticulum ſiniſtrum ovum aliquod hæſiſſe, membranis ſingularibus involutum, verum etiam ex ipſo teſticulo ovorum par non unum, quæ ſibi arcte cohærebant, viderat, eademque ovula ſeparaverat, gemellorum generationem exinde deduci poſſe, non dubitat. Juxta Marc. Gorbez. *Chronolog. med. pract. An. V. §. 26. p. 353.* ſunt gemelli ſubinde eisdem membranis incluſi, & propterea in ſtatu præternaturali concreti; non ſecus ac ſubinde videmus in vegetabilibus duos nucleos uni cortici incluſos, duobus ſurculis propellendis deſtinatos, duo vel plura germi-

germina eidem tritici grano inexiſtentia, totidem culmis protrudendis deſtinata. Gemellos fœtus ex gemellis ovulis tertiæ cuidam membranulæ incluſis, ita tamen, ut hæc totaliter a ſe invicem diviſa, generari, ſecus ſi in parte quadam cohærentia fuerint, monſtra proligni ſcribit Joh. Barthol. Adamus Beringer *Inſtitut. medicin. lib. I. Th. 15. p. 37 ſeq.* Et ſecundum Stephan. Blancard. *Inſtitut. medicin. cap. 25. p. 274.* ſi duo ova arctius ſibi adhærent, gemellorum conceptio eſt. Quod ſi bina talia ova arctius propriis tunicis ſibi fuerint connexa, ita ut integra & absque laceratione ab invicem divelli nequeant; quin præter æqualem molem & æqualitatem & imprimis talem conglutinationem, ovarii carceribus ſimul extruſa ſuſcipiantur & hinc fœcundentur, gemellorum etiam conceptionem fieri probabiliter aſſerit Schraderus, de muliere, quæ menſe ſexto ex abortu gemellorum interiit, obſervatis veſtigiis ſeu foraminibus duorum ovorum juxta ſe invicem conditorum, vid. Mich. Ettmüll. *Oper. Tom. I. fol. 163. item Tom. II. fol. 1073.* Hanc autem obſervationem Juſtus Schraderus *de obſervat. Harvei Præfat. ** b.* ex Swammerdammio ſequentibus verbis recenſet: Femina ſex menſes gravida, poſtquam gemellos exanimes peperierat, vivere deſiit; aperto ejusdem cadavere occurrit uterus magnitudine caput infantis æquans, in cujus cavitate nil niſi ſanguis concretus delituit. Teſticulus dexter nullam alterationem paſſus, ſed plane integer; in ſiniſtro vero viſa eſt quædam quaſi inflammatio, præterea notabilis cicatrix, qua diviſa corpuſculum heterogeneum fibroſum, ſubflavum, duplici foveola præditum ſeſe obtulit, omnia hujus teſticuli ova ejusdem fere magnitudinis fuerunt, mirisque vaſorum plexibus & cincinnis exornata, quædam ſubſtantiæ teſtis altius immerſa, alia ſuperficiei & tunicæ inveſtienti magis vicina; porro aliquot eorundem paria, (ſingula ſcilicet) tam arcte propriis tunicis ſibi invicem fuerunt connata, ut integra & absque lacerationeneutiquam potuerint divelli; quale par e mox memorata foveola, gemino ſitu

con-

conſtante, procul omni dubio exciderat. In cujusvis ovi liquore accurate intuenti obſervata eſt mica candidior, inſtar quarti oſſiculi auditus, ovorum in ſpiritu vini per tres quatuorve dies infuſorum liquor circa micam iſtam factus eſt mucilaginoſus & ſpiſſior, quemadmodum fere vini ſpiritus affuſo ſpiritu urinæ (ſi nempe uterque probe rectificatus fuerit) in mucaginem quandam degenerare ſolet.

§. 9.

ex binis ovulis in uno vel duobus ovariis.

Sæpius etiam pro gemellorum generatione bina ovula, arcte ſibi non cohærentia, ſed modo in uno eodemque, modo in utroque ovario exiſtentia, dummodo ſint matura, ſimul & unico coitu, imprægnari poſſe, non dubitant medici; ſiquidem Fridericus Hoffmannus *Fundam. medicin. cap. 8. p. 53.* inquit: ſi duo ova ſimul ſunt matura & ſimul fœcundantur, tunc gemelli fiunt. Et juxta Petri Dionis *Anatom. corp. human. Demonſtr. 4. pag. 227.* gemelli ſemper formantur ex binis ovis, quæ ſimul & ſemel ex ovario exſoluta fuerunt vel, ſecundum ejusdem Dionis verba des Accouchemens *Lib. I. cap. 2. p. m. 36.* les gemeaux viennent toujours de deux oeufs, qui ſe ſont detachez en méme tems de l'ovaire. Et ſecundum Carol. Drelincurt. *de Concept. conceptus Periodi. 19. pag. m. 17.* attendere eſt, ovum unicum, utero exceptum, uni duntaxat embryoni, ex ſemine maris, formando perinde deſtinari, ac unicum tritici granulum terræ gremio creditum, uni ſpicæ, ex germine ſuo procreandæ, determinatur. Sic inſuper ova bina, (vel ab uno duntaxat teſticulo, vel ab uno infimul & altero) in uterum immiſſa maſculoque ſemine turgida, gemellis delineandis atque producendis (haud ſecus ac tritici grana duo in terram projecta ſpicis duabus erupturi) præſtitui. Id quod Johannes Baptiſta Verduccius *de l' Uſage des Parties, Tom. I. cap. 1. p. m. 41.* his verbis exprimit: de même, qu'un ſel grain de ſemence ne produit qu'un arbre; de même auſſi un ſeul œuf ne contient qu'un fœtus: ainſi quand on en voit deux, c'eſt qu'il ſ'eſt detaché deux œufs de

l'ovaire, qui ſont deſcendus dans la matrice, de même qu'il faut deux grains pour deux plantes. Il n'eſt pourtant pas impoſſible, qu'un ſeul œuf renferme deux fœtus, comme on voit, qu'un grain de bled pouſſe pluſieurs epies, parceque cet œuf peut être double, & renfermer deux cicatrices, deux jaunes & deux blanc, comme on le voit quelque fois dans les œufs des poulles, ainſi qu'on l'a fait remarquer. Et ſecundum Joh. Jac. Franciſc. Vicar. *Baſ. univerſ. medicin. lib. I. cap. 3. pag. 31.* gemelli generantur dupliciter, vel enim duo ova in una veſicula continentur, vel in diverſis veſiculis. Et juxta Petri Linſing. *Inſtitut. med. p. m. 87.* gemellatio fit 1) dum ſpiritus genitalis duo ovula propriis tunicis ſibi arcte connata fœcundat, tubaque orificio excipit ambo, utpote non niſi vi ſeparabilia: 2) dum ſpiritus genitalis ad utrumque delatus ovarium utrinque ovulum fœcundat, 3) dum unum ſimplex ovulum duplices habet diſpoſitiones ac delineationes, ut hoc a ſpiritu maris genitali fœcundatum & utero apportatum geminos conſtituat: ſic conſtat, geminos nunc ſimplici, nunc duplici involutos eſſe tunica. Sic Marco Gerbezio *Chronolog. med. pract. An. 5. §. 26. p. m. 353.* gemelles, vel etiam plures fœtus concipi tunc probabile eſt, cum bina vel plura ova eadem vice ſunt adeo adulta, ut ſingula idonea ſint actu recipere vim impregnativam ſeminis virilis. Inde etiam fieri, quod gemelli ſubinde ſint eisdem membranis incluſi, & propterea in ſtatu præternaturali concreti, ſubinde autem ſinguli partus ſingulis. Non ſecus, ac ſubinde videmus in vegetabilibus duos nucleos uni cortici incluſos, duobus ſurculis propellendis deſtinatos, duo vel plura germina eidem tritici grano inexiſtentia, totidem culmis protrudendis deſtinata.

§. 10.

Poſſe autem feminas non ſolum unico coitu, ſed etiam pluribus eadem nocte, vel poſt breve temporis ſpatium, reiteratis congreſſibus, gemellos concipere; teſtatur femina gemellos pariens, quæ

quæ ſponte confitebatur, conceptionis nocte ter maxima cum voluptate a marito amplexam fuiſſe. vid. Caſp. Theoph. Bierling. *Theſaur. theor. pract. obſ. 69. Schol. §. 4. p. 906.* Quo loco etiam monſtrat, gemellorum conceptionem accidere poſſe, ſi in unico congreſſu ſemen fœcundum bis a mare ejaculetur; idque pariter ſequenti exemplo confirmat: Servus quidam cujusdam opilionis filiam in Apenburg vehementer amans, cum ab ejus patre, quia antea aliam imprægnaverat, matrimonii conſenſum impetrare non poſſet, filiam ex mutuo amore certeque inde ſubſecuturo matrimonio perſuaſit, ut, in loco aliquo determinato congrederentur, quo pater ad conſenſum cogeretur. Imprægnata filia duos peperit filios, in examine judiciali, ad quæſtionem, quoties cum illa rem habuiſſet, ſervus confeſſus eſt ſemel, in iſto vero actu venereo bis ſemen evacuaſſe. Circa quas tamen obſervationes, & quidem circa priorem dubium oriri poſſet, quod licet allegata femina, ſecundum propriam confeſſionem, unica nocte tres congreſſus cum marito celebraverit, in ipſius tamen ovariis ſtatim a primo, tanquam ſpirituoſiori & efficaciori coitu, duo ovula ſimul fœcunda reddi potuerint. Quod etiam circa alteram obſervationem, qua opilionis ſervus in uno actu venereo, bis (ſi verum eſt) ſemen ejaculaſſe dicitur, pariter ſtatuendum, quod nimirum prima ſeminis virilis ejectio ad duo ovula ſimul imprægnanda ſufficiens adeoque dicti gemelli revera unico coitu concepti fuerint.

§. II.

Quamvis etiam Paulo Zacchiæ *Conſ. 66. op. Tom. III. fol. m. 127. n. 21.* libenter concedamus, dupliciter poſſe dici, duos fœtus eſſe ſimul conceptos, nempe aut uno eodemque coitu, aut una eademq; nocte, ſed replicato coitu; dupliciter tamen mihi etiam gemelli videntur conſiderandi, vel ratione conceptionis, vel ratione partus. Gemelli proprie vocantur illi fœtus, quando vel unicum ovulum geminatum, in uno ovario, vel etiam duo, in uno vel ambobus ovariis *Gemelli quid proprie ſint?*

contenta, ovula, unico coitu ſimul fœcundantur. Deinde gemellis quoque annumerantur illi fœtus, quorum ovula, non uno eodemque momento ac coitu, ſed poſt aliquot horarum vel etiam dierum ſpatium, & quidem mediante novo congreſſu, in motum & vitam excitantur, nihilominus tamen, quandoque placentis ſuis connectuntur, vel coaleſcunt, demumque uno eodemque partu vel paulo poſt, ex utero materno prodire ſolent. Porro etiam vulgo vocantur gemelli, qui, licet nec eadem nocte, nec hebdomade, nec eodem menſe, ſed quandoque poſt longius temporis intervallum concepti, poſtmodum tamen eadem fere hora vel die, cum alio & priori embryone, a quo tam ratione magnitudinis, quam aliorum ſignorum atque maturitatis differunt, minores & immaturi adhuc, ſimul a matre excluduntur; qui vero potius ad ſuperfœtatos quam gemellos referendi ſunt, niſi gemellorum nomen tantummodo iis impertire velis, qui uno eodemque partu naſcuntur.

§. 12.

Gemellatio frequens. Nonnullis etiam familiis familiare quid eſt, ut feminæ gemellos concipiant & pariant. Scribit enim Johannes Riolanus *Anthropogr. libr. II. cap. 35. fol. m. 197.* ſe noviſſe mulieres, quæ ſingulis conceptionibus geminos proferebant, quod ſit quibusdam familiis gentilitium. Mulieris novies gemellos parientis exemplum communicat Ehrenfridus Hagendorn *Hiſtor. med. phyſic. Cent. III. hiſt. 7. p. 291.* In oppidulo *Neuſtädtel* Marchiæ vixit faber quidam ſtannarius, cujus uxor novies continua ſerie peperit gemellos, eosque propemodum ſingulos maſculini generis (ſexus) præter unicam filiolam, ex quibus bini cum patre per incendium oppidi periere, reliquis autem in vivis adhuc agentibus. De Danielis Geigeri, medici Poſonienſis matre, novies gemellos, dein duabus vicibus ſingulos fœtus pariente, vid. Georg. Franci *Annotat. in Paul. Zacchiæ Quæſt. medico-legal. lib. I. Tit. 2. Qu. 8. fol. m. 77.* quo loco etiam ex Plinio mulieris Ægyptiacæ, quater binos fœtus enixæ, memi-

meminit. Mufici cujusdam uxor tam fœcunda fuit, ut intra octennium decem fœtus, & inter hos ter gemellos enixa fuerit, ita quidem, ut prima vice duæ filiolæ, fecunda filiolus & filiola, & tertia duo filioli in lucem prodierint. vid. Viti Riedlin. *Linear. med. An. 1696. Januar. obſ. 30. p. 49.* Andreæ Eberhardo Raubero imperatoris Maximiliani II. conſiliario, viro ultra tres ulnas longo, ex fecunda conjuge octo gemellorum paria naſcebantur. vid. *Monatl. Unterred. von allerhand Büchern 1690. Novemb. p. 1062.* Feminam quandam Peloponnenſiam quinquies quaternos liberos enixam eſſe refert Simon Majolus *Dier. canicul. Tom. I. cap. 3. fol. 41.* vid. etiam Ariſtot. *Hiſtor. animal. Lib. VII. cap. 4. fol. 435.* Utrum vero ad crebriorem gemellationem, ſecundum Conradi Bertholdi Behrens ſententiam, *Ephemerid. Cent. III & IV. obſ. 159. p. 365.* a parte matris, organica partium ejusdem uterinarum conformatio, an potius magna ovulorum in ovariis copia eorumve cohæſio, vel etiam ingens virilis feminis vis plaſtica, ad plura ovula unica vice fœcundanda concurrat, quilibet judicet. Fœcunditatem feminarum Scoticarum in ovariorum diſpoſitione ac ovulorum pluralitate derivat Johannes Sigismundus Elsholtius *M N. C. Dec. I. An. 6 & 7. Obſ. 198. p. 293.* inquiens: Ad trigeminos quod attinet, cellam unam interdum trina, fortaſſis etiam pro pluribus plura ova continere, probabile eſt: Neque abſurde adeo hinc inferretur, in feminis Scoticis eſſe ovaria ea fœcunditate diſpoſita, ut cellæ pleræque pluſculis farciantur ovulis, cum gemellorum atque trigeminorum partus ibi ſint adeo frequentes.

§. 13.

Cur autem non ſemper vel ſæpius naſcantur gemelli, cum tamen bina ſint ovaria? ad hoc reponit idem Elsholtius *l. a. Obſ. 196. p. 288.* rem ita ſe habere in Scotia & forte aliis nonnullis regionibus, ubi feminæ uno partu utplurimum binos, quandoque *Gemelli cur non ſemper naſcantur.*

tiabantur. Ex quibus tamen bini elapſis aliquot a baptiſmate horis mundo valedixerunt, reliqui vero per tempus integra valetudine ſunt uſi. An. 1694. in oppido Ruſt ad Lacum Piſonum, vulgo *Neuſiedler-See*, mulier quædam robuſta, viginti annorum, primipara, jam ſextum, poſt ingravidationem menſem emenſa, circa initium ſeptimi, nullis prægreſſis erroribus, aut caſu, qui partum accelerare potuiſſent, difficili partu puellam mortuam, & elapſo horæ ſpatio tres puellos vivos eodem partu enixa eſt, qui a mulieribus baptizati brevi poſt obierunt. Membra alias bene fuerunt conformata & proportionata, ſinguli ſesqui ſpithamam longi ſingulisque placentis ac ſecundinis præditi, ſecundum obſervationem Andreæ Læti *M. N. C. Dec. III. An. 5 & 6. Obſ. 157. p. 352.* Scotas mulieres eſſe multiparas atque frequentiſſime quadrimellos parere, ſcribit Isbrandus de Diemerbroec *Anatom. Lib. I. cap. 29. fol. m. 185.* Anno Chriſti 1538. femina perparvæ ſtaturæ, textoris uxor in vago *Kleinreuth*, prope Noribergam, uno partus nixu duos filios & duas filiolas ediderat, omnesque baptiſmate ſacro erant lavati. vid. Joh. Helwig. *Obſerv. 144. p. 387.* Bina quatuor fœtuum uno partu excluſorum exempla communicat Georgius Francus *M. N. C. Dec. II. A. 3. obſ. 201. p. 402 ſeq.* In præfecturæ inferioris archi-palatinatus Alzeianæ pago *Veinheim*, Helvetii cujusdam uxor, juvenis adhuc durante matrimonio hactenus quinque vicibus totidem filios adhuc ſuperſtites ex ordine feliciter enixa eſt. Cum autem ſexta utero gereret vice, utut difficilius prioribus, paucis retro diebus ex improviſo domi ſuæ cecidit, unde partus tormina ſentiebat, quæ tamen iterum remiſerunt, donec circa veſperam filiolum ederet admodum imbecillum, quare, ut baptizaretur, ſtatim Paſtorem loci parens accerſivit. Cum autem Paſtor peractis ſacris audiret, adhuc plurium fœtuum eſſe ſpem, commoratus eſt aliquantiſper, ſed fruſtra. Sequentis diei ſummo mane paſtorem revocat parens, enarratque poſt noctis meridiem uxorem iterum edidiſſe filiolum

lum ſecundum vivum, & mox filiolam mortuam, quartaque vice filiolum mortuum: Una omnes hi infantes parvi quidem, ſed perfecti & recte formati erant. Alterum exemplum anno 1684. in vicinia prope Spiram accidit, ubi minoris ſtaturæ femina intra biduum duas puellas, duosque puellos feliciter peperit, qui & ad ſeptimanam usque quartam vixerunt, ſed dein unus poſt alterum iterum emoriebatur. vid. etiam Caſin. Viardel *von der weiblichen Geburt Lib. II. c. 13 p. 68. ſeq.*

§. 19.

De partu quinque filiorum agit Aulus Gellius *Noct. Attic. Lib. X. cap. 2. p. m. 303.* inquiens: Ariſtoteles philoſophus memoriæ tradidit, mulierem in Ægypto uno partu quinque enixam pueros, eumque eſſe finem dixit: multi jugæ hominum portionis: neque plures unquam ſimul genitos compertum. Hunc autem eſſe numerum ait rariſſimum. Sed & divo Auguſto imperante, qui temporum ejus hiſtoriam ſcripſerunt, ancillam Cæſaris Auguſti in agro Laurente peperiſſe quinque pueros dicunt, eosque pauculos dies vixiſſe matrem quoque eorum, non multo poſt quam peperit, mortuam, monumentumque ei factum, juſſu Auguſti, in via Laurentina. De libera muliere, qua ab Alexandria Romam perducta eſt, ut Hadriano oſtenderetur, cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa dicebatur, quintum poſt quadrageſimum diem. vid. Simon Majol. *l. a.* Sic juxta Ariſtotel. *de Hiſtor. animal. lib. 7. cap. 4. fol. m. 435.* femina quædam viginti fœtus, partubus quatuor edidit: quinos enim ſingulis partubus enixa eſt. Mulieres quovis partu tres, quatuor, quinque & plures proles parientis, ex Balduino Ronſſeo meminit Ehrenfridus Hagendornius *Hiſtor. phyſ. medic. Cent. III. hiſtor. 8. p. 292.* In relationibus ordinariis Lipſienſibus anno 1718. ſequens legebatur obſervatio *Leipzig den 12. Mart. 1718. Zu Liſſabon hat eine Frau 7. Knäblein auf einmahl gebohren, welche auch alle getaufft worden. Nach dieſem aber ſind 5. darvon geſtorben. Eben dieſe Frau hat auch vor einem Jahre 4. Kinder zur Welt gebracht, worvon ebenfalls noch 2. am Leben ſind.* Quadrimelli.

§. 20.

Alia obſervatio. Sequentem obſervationem recenſet Gabriel Clauderus *M. N. C. Dec. II. An. 4. obſ. 151. p. 285 ſeq.* Dum præterito anno menſe Aprili milites Lüneburgici Saxoniam ſuperiorem tranſibant, Hungariam petituri ac hoſti communi Anti-Chriſtiano cum aliis ſe oppoſituri, nonnulli pernoctabant in pago *Königshofen*, prope Eiſenbergam, Misniæ urbem, dum hoſpita die antecedenti peperat filiolam: Inter gaudia & pocula convivalia conſueta miſcentur quoque diſcurſus de re militari, ubi inter alia miles magis conſultum fuiſſe dicit, ſi excluſus fuerit filius, ne deficerent glorioſiſſimo noſtro Imperatori milites neceſſarii. Cui hoſpes jocoſe reponit, impoſterum pro virili virum ſeſe fore præſtiturum. Quid fit? Togatus hic in caſtris venereis miles, abſoluto puerperii tempore, uxorem denuo reddit gravidam, & accidit, ut illa, dictis militibus Luneburgicis principio menſis Decembris rurſus hic tranſeuntibus ac domum repetentibus, partu ſeptimeſtri enitteretur quinque filiolos, quorum tres vivi ſacro baptismate ſtatim imbuti, cum reliquis duobus, vitam extra uterum non expertis, uni loculo incluſi terræ fuerint redditi. Nimius extra dubium fuit ruſtici hujus in coitu fervor; hinc ſpiritus ſeminales in ovario muliebri largius diſſeminati conatum ejus intentioni inſufficientem reddiderunt. Poſſe autem unico coitu quinque ſimul unius ovarii ovula, uti in gemellis tantum duo, imprægnari, dubitare vetat obſervatio Johannis Mauricii Hoffmann. *M. N. C. Dec. II. An. 9. obſ. 224.* in qua ſciagraphiam notabilium in anatome corporis feminini viſorum exhibens inter alia *p. 413 ſeq.* inquit: Ovarium ſiniſtrum aquæ calidiſſimæ aliquamdiu immerſum ſeparato membranaceo involucro ovula multa noſtro ſuggerebat viſui, cùmprimis vero contemplabamur quinque ovulorum in unum factum coalitum; tot namque numerare poteramus arctiſſime ſibi invicem connata, ut nullum præter lineas adfuerit ſeparationis aut diſtinctionis indicium &c. Ubi ſimul quinque hæc ovula depi-

depicta reperies. Plura trium, quatuor, quinque & plurium, unico quaſi partu editorum, fœtuum alleganda reſtarent, quæ tamen in Tractatu de Partu & quidem de partu numeroſo recenſebimus, hoc loco iterum ad gemellos & quidem primo ad eorum ſigna regredientes.

CAPUT II.

De gemellorum ſignis.

§. 1.

Gemellorum ſigna an dentur?

AN ſcilicet gemellorum geſtatio in prægnantibus aliquo ſigno dignoſci poſſit, affirmant alii autores, alii negant. De gemellorum ſignis ita ſentit Dionis *des Accouchemens Lib. II. cap. 3. p. 136.* dans les premiers mois on ne peut pas connoitre, ſ'il y a deux enfans; on ne ſ'en appercoit, que lorsque les enfans commencent a remuer; & on en a des ſignes certains, quand en examinant le ventre de la mere, on le trouve plus gros, qu'il ne devroit être, ſ'il n'y en avoit qu'un. S'il y a deux eminences l'un au côté droit, l'autre au côté gauche, & qu'il y ait une ligne au milieu un peu deprimé, & moins elevée, que les deux côtez: ſi en mettant les deux mains ſur le ventre, on ſent pluſieurs & differens mouvemens aux deux côtez; ſi ces mouvemens, ſont plus fréquens qu'a l'ordinaire; ſi le ventre eſt tendu en rondeur, & non pas en pointe ſur le devant; ſi la femme eſt plus incommodée de cette groſſeſſe, que des autres: ſi le fardeau de l'enfant lui fait dela peine à porter; ſi ſes jambes & ſes cuiſſes ſont toujours enflées, & même les levres de la matrice: tous ces ſignes aſſurent la pluralité d'enfans. Inquit etiam Petrus Pachequus *Obſervat. Lazaro Riverio communicat. obſ. 45. p. 276.* Uxorem meam & multas alias mulierculas geminam prolem parituras prædixi, quarum matres gemellas ediderant, graviditas illis moleſta præter morem, uterus maxime turgeret & brevi tibiæ & pedes inflarentur, parumque moveretur fœtus ultimis menſibus, concluſus in anguſto loco, propter ſocium, dimi-

dimidium locum occupantem: raro in prædictione aberravimus. Et Franciſcus Mauriceau dans les obſervat. ſur la groſſeſſ. *Obſ. 165. p. 92.* inquit: J'ay predit a une femme, qu'elle eſtoit groſſe de deux enfans: car elle avoit le ventre grandement tendu en largeur, avec une depreſſion vers le milieu, & les jambes & les cuiſſes extremement enflées, comme auſſi toutes les deux leevres dela vulve, qui eſtoient ſi tumifiées, que ſon chirurgien avoit eſtoit obligé d'y faire pluſieurs ſcarifications pour en evacuer les ſeroſitez. Ces diſpoſitions eſtant presque toujours ordinaires à toutes les femmes, qui ſont groſſes de pluſieurs enfans.

§. 2.

Signa incerta. Ex nullo tamen ſigno geſtationem gemellorum colligi poſſe, ſtatuit Thomas Bartholinus *de inſolit. Part. viis cap. 20. pag m. 208. ſeq.* credens meram eſſe conjecturam, ſiquidem nullum certum ſignum detur, antequam in lucem gemelli prodeant. Non tumor abdominis, qui major in ſimplici fœtu aliquando, quam in gemellis; nec motuum diverſitas, quam non raro in gravidis ex ſolo embryone tantam notavit; ut juraſſet, gemellos utero claudi, & in gemellis motum adeo exile vidit, præſertim ultimis menſibus, quia arctius inter ſe connexis gemellis, locus pro motu deficeret, ut pro ſimplici fœtu vix ſufficiens videretur. Nec id indicat externa linea medium abdomen dividens, quod aliqui pro certo ſigno habent, ipſe tamen Bartholinus falſum in uxore ſua deprehendit. vid. etiam idem Bartholinus *Anatom. lib. I. cap. 29. p. 277.* quo loco adhuc addit, nec pedum tibiarumque ultimis menſibus inflationem ſignum eſſe gemellorum, quia etiam in ſimplici fœtu tument: nec denique amplam ventris diſtenſionem, quam varius ſitus in uno fœtu fingere poteſt. Tumor pedum, quem plerique medici ac obſtetrices pro ſigno gemellorum agnoſcunt, non ſemper adeo certum deprehenditur, unde de femina, quæ antea ſemper gemellos geſtarat, ita ſcribit François Mauriceau *dans les obſervat. ſur la Groſſeſſe obſ. 502. p. 501.* Ce qui me parut aſſez extraordinaire

naire, en cette femme, eſt qu'elle n'avoit point eu les jambes enflée dans les derniers mois de ſa groſſeſſe, comme ont ordinairement les femmes, qui ſont groſſes de pluſieurs enfans.

§. 3.

An tumor abdominis ſignum ſit gemellorum?

A tumore abdominis deſumptum gemellorum ſignum æque incertum eſt, quia nonnunquam in ſimplici fœtu, a mola ſimul præſente, vel flatibus, vel abundantibus aquis nimis intumeſcit. Annotante enim Philippo Jacobo Hartmanno, in femina filiojum enixa abdomen rigide erat extenſum atque ſub regione epigaſtrica ab uno hypochondrio ad alterum, transverſim juſta fœtus magnitudine, corpus ſitum eſſe comparebat: durum iſtud & renitens, quamvis puerpera ægerrime tactum ferret. Iſti vero in regione epigaſtrica loco elato reſpondebat depreſſus, inſtar convallis, qui umbilicalem ab uno illo ad oppoſitum emetiebatur; poſt quem rurſus in hypogaſtrio par ſupremæ abdominis elatio conſpiciebatur. Illis obſtetrix gemellorum reſtitantium ſuſpiciones oggerebat, fœtumque jamjam in lucem proditurum ſupremam epigaſtrii regionem adhuc occupaſſe, quo ipſo de gemellis conjecturam firmare ſtudebat. Defunctæ autem feminæ apertio rerum faciem detexit: intenſum, ad rupturam usque abdomen quando chirurgus perforabat, quaſi ex bombarda exploſio facta in faciem ſecantis ſordes ejaculatæ fœtore peſſimo totum conclave inficiebant. Corpus autem illud elatum & durum deprehendebatur, colon nimis expanſum. *vid. M. N. C. Dec. III. An. 9 & 10. obſ. 102. p. 189.* Sic Vitus Riedlinus *Linear. med. an. 1697. Aug. obſ. 27. p. 568.* mulieris cujusdam meminit, quæ ter trifariam gemellos enixa fuerat, cum vero poſt hæc iterum concepiſſet & abdomen inde magis, quam unquam ante magnitudine auctum fuiſſet, non ſolum ex hoc tergeminos ſe geſtare firmiter credidit, ſed & capita illorum tactu ſe deprehendere poſſe coram aliquot amicis, ſæpius ſancte affirmavit, qui hoc etiam tanquam expertæ crediderunt. At cum poſtea debito feliciter peperiſſet, non niſi unicus ſolum

filiolus, sed sat magnus in conspectum venit. Ex quo, quam fallacia & hic tantum non omnia sint signa, patet. Juxta Antonium Deusingium, ipse abdominis tumor gemellos minime comprobat, utpote qui nonnullis unum fœtum gestantibus major esse potest, quam aliis quidem gestantibus gemellos, nec certi quid arguit protuberantia in latera, quæ quandoque ex æquo ab uno itidem fœtu contingit utrinque, ac ubi gemelli gestantur, fieri potest, ut protuberantia in alterutro latere major sit. vid. Thom. Bartholin. *Cent. IV. Epist. 30. p. 125 seq. & Epist. 31. p. 193.* Ipse Bartholinus non modo tumorem majorem in simplici partu, quam in gemellis sæpius se observasse, sed etiam duplicem in abdomine lineam, quam aliqui pro indicio, gemellos utero gestari, habent, in uxore sua id non successisse animadvertit. Motuum equidem vel diversitas vel vehementia suspicionem firmiorem submministrat, exemplo Rebeccæ *Genes. cap. 25. vers. 22 seq.* in cujus utero collidebantur inter se filii sive gemini; Non paucas tamen Bartholinus novit gravidas, quæ in hoc signo falsæ fuerunt, uniusque fœtus diversum validumque motum sentientes. In propria uxore, duodecimo partu gemellas edente filiolas, fœtuum motum longe tardius, quam unquam antea perceptum annotavit Vitus Riedlinus *Linear. med. 1697. Sept. obs. 3. p. 664 seq.*

§. 4.

Incerta signa ante partum.

De signis ante partum ita scribit Henricus a Deventer *Nov. Lumin. Obstetricant. cap. 44. p. 189 seq.* Difficile nonnunquam est dignoscere aut dijudicare, unusne an plures extent infantes, præsertim ab initio, quum superiora uteri tactu non exploraveris; nonnunquam unicus infans in utero manibus pedibusque ita intricari potest, ut videantur gemini inesse: quocunque manum vertas, brachium obvium habes, aut crus, aut manum, aut pedem, ut nonnunquam dixeris: perinde est, ac si totus infans ex meris brachiis, cruribusque aut manibus pedibusque compositus esset. Equidem non ignoro, pergit dictus autor, hæc, quæ dicta sunt, aliena

aliena videri inexpertis, cogitantibus, nil facilius eſſe, quam res tactu diſcernere, & facillime manum a pede dignoſci, ſi quis animum parum attendere velit. Sed ſine offenſione accipiendum eſt, quod iſtiusmodi hominum genus dicit: in tranquillo (ſicut proverbium habet) quilibet gubernator eſt; Si, quæ latent, membra intra uterum æque clare diſtingui poſſent, ac extra, plumbeus ſane ruſticus aut Bœotica mulier iſtam operam facillime præſtaret: quoniam vero uteri, ac imprimis oris ejus anguſtia manus adeo arcte comprimitur, vix quicquam difficilius factu eſt, quam quæ manu comprehenderis, tactu dignoſcere, præſertim poſt humores diutius effluxos manu altius immiſſa: ex unius quidem membri contrectatione de altero judicari poſſe concedo, exempli gratia, ex clunibus & femore, id, quod annexum, ſentitur, neceſſario crus, non autem brachium, eſſe judicandum; ita etiam ab humeris & brachio deſcendenti ſatis cognitum eſt, ſubſequens membrum cubitum eſſe, non autem tibiam; interim ſciendum eſt, non ſemper tam amplum dari ſpatium, ut ab uno membro diſtinctim ad aliud progredi manu liceret, aut eam tam libere movere; ægre nonnunquam manus promovetur aut removetur, & tum ex quoquo membro primum obvio judicium ferendum eſt: poſito, te manum primum, eaque relicta pedem obvium habere, deinde manu dextrorſum aut ſiniſtrorſum flexa brachium ſentis ſive crus, unde certus es, te hoc vel illud membrum ſentire? aut ſi quidem diſtinguere poſſis, qui ſcis, unius ejusdemque corporis membra eſſe? forſan ita ſe res habet, forſan non; neque certior eris, etiamſi quarta vel quinta vice tactu repetito brachia vel crura ſenſiſſe tibi perſuadeas, qui ſcis, num eadem ſint, quæ antea ſenſiſti? mihi quidem exploratum eſt, plures per hunc errorem lapſos eſſe. Certiſſimum gemellorum indicium, ſi duo capita, aut duo terga ſentias: nunquam in uno eodemque corpore duplex caput invenitur, niſi monſtrum fuerit; & tum errore adhuc facile capi poteris, num duplex illud caput uni eidemque corpori annexum ſit.

§. 5.

in ipſo partu. Denique in ipſo partu nonnulli medici & obſtetrices ex alterius jamjam editi fœtus umbilico ejusque rugis nodisque, alterius in utero adhuc detenti gemelli præſentiam augurantur atque prædicunt, idque Avicennæ verbis confirmant, qui *Fen. 21. lib. 3. Tract. I. cap. 17.* ita ſcribit: De ſignis geminorum, & qui ſupra ſunt, ſecundum quod dixerunt, & expertum eſt, ut conſideretur umbilicus nati primi continuus cum fœtu; tunc ſi non fuerit in ipſo ruga nec nodus, non erit poſt natum primum filius; & ſi fuerint in ipſo rugæ, tunc prægnatio erit ſecundum numerum rugarum. Quæ verba ita explicat Caſparus a Reies *Quæſt. jucund. 52. n. 3. p. 662.* ſane ex tali ſigno videtur voluiſſe Avicenna, non ſolum fœtus, quos poſtea mulier paritura eſt, cognoſci poſſe, ſed gemellorum etiam notitiam inde haberi. Hæc tamen tanquam fabuloſa a peritioribus non immerito rejiciuntur; de quibus alibi plura.

CAPUT III.

De gemellorum tunicis atque placentis.

§. 1.

Gemellorum tunicæ. PORro non ſolum de umbilicali funiculo, ſed etiam de placentis & tunicis gemellorum, quæ partes ſimul ſecundinæ vocantur, nonnulla conſideranda veniunt, & primo quidem de ipſorum tunicis ventilari ſolet quæſtio: *An gemelli unico vel pluribus includantur involucris?* Ad quam differentes differenter reſpondent autores, dum alii ſingulis gemellis peculiarem tribuunt membranam, alii utrisque geminis ſimul conceptis eodemque tempore excluſis; alii unius ejusdemque ſexus unicam tantum tunicam, diverſi autem ſexus geminis duas membranas adſcribunt. Inquit enim Hippocrates *de Superfœtat. oper. Sect. III. fol. m. 43.* Quæ gemellos utero geſtat, eo die, velut concepit, parit, uno autem involucro utrumque fœtum continet. Et *Tr. de Puer. natur. l. a. f. 28.*

f. 28. duplici fœtui duplex etiam involucrum concedit his verbis: Quod ex uno congreſſu gemini procreentur, hoc argumento conſtat, canis, ſus & alia animalia uno congreſſu duos & plures fœtus pariunt, quorum quisque in utero ſuo ſinu & membrana conditur. Atque hæc ipſi contingere cernimus, eosque omnes eadem utplurimum die parere. Ad eundem quoque modum in muliere, ex uno veneris complexu nati gemelli uterque ſinu ſuo & involucro conditur, & eadem die in lucem prodit, alterumque prius cum ſuo involucro foras egreditur. Statuit autem Johannes Jacobus Franciſcus Vicarius *Baſ. univerſ. med. lib. I. cap. 3. p. 31.* quod, ſi duo ova in una veſicula contineantur, tunc fiant vel duo maſculi, vel binæ femellæ, ac tunc contineantur in una ſecundina; vel ſi contineantur hæc ova in diverſis veſiculis, tum etiam in diverſis ſecundinis (ſive gemelli, ſive diverſi ſexus & plures generentur) includantur. Juxta verba Andreæ Laurentii *Hiſtor. anat. lib. VIII. qu. 21. fol. 313.* quæ gemellos geſtat, eadem die parit, habet autem utrosque puellos in una ſecundina. Itaque qui gemelli unius ſunt ſexus, iisdem ſecundinis involvuntur: ſua quisque tamen vaſa habet umbilicalia: qui vero diverſi ſunt ſexus, diverſas tunicas accipiunt. Qui item unius ſunt ſexus, eadem uteri parte geſtantur dextera quippe mares ambo, ſiniſtra femellæ geminæ. Quodſi diverſi ſint ſexus, mas dextra, femina ſiniſtra uteri parte concluduntur. Referente Thoma Bartholino *Act. Hafnienſ. Vol. II. obſ. 22. p. 53.* in examine obſtetrices quædam de gemellorum ſecundinis interrogatæ, omnes ſe & ſimplices, ſed nota quadam ſeparabiles, & geminas diſtincte ſeparatas obſervaſſe reſpondebant. Monebat tamen alia quædam, Eliſabetha, cæteris ut videretur exercitatior & præcipua, ſecundinas ſeu membranas geminatas eſſe, ſi diverſi ſexus ſint gemelli, ſimplices & unitas, ſi unius ſexus. De numero membranarum ratione differentis ſexus inquit Joachimus Georgius Elsnerus *M.N.C. Dec. I. An. 1. obſ. 39. p. 127.* Hippocrates & cum illo totus fere eruditiſſimorum anatomi-

corum globus in hac fuere ſententia, quod, licet feminæ gemellos pluresve geſtent utero, fœtus illos adnatos eſſe unicæ placentæ, diviſis ſolummodo funiculis. Quæ ſententia licet a quam plurimis hactenus amplexa fuerit, fuere tamen nonnulli, qui primo ſcrupuloſi, tandem ſubtilitate ſua præoccupati, concluſerunt: quando gemelli ſunt unius ſexus, tunc gaudere illos communi placenta; ſi alter illorum eſſet maſculus, altera vero femina, tunc ſingularibus involvi membranulis, ſingularemque habere placentam. Cujus ſententiæ fautor quam maximus eſſe videtur ſubtiliſſimus Boccalinus, in cujus relatione ex Parnaſſo *Relat. 93.* Apollinis verba ad Traſeam ſequentia ſunt: Un voſtro pari deve ſapere, che all' ora, che una donna concepiſce due gemelli, ſe eſſi ſono maſchi ambedue, ſi veggono racchiuſi entra una ſottiliſſima membrana, coſa che anco accade, ſe amendue ſono femine: Ma ſe arriene, che uno ſia maſchio, e l'altra femina, la ſagaciſſima natura in una particolar membrana ſeparata dal maſchio conſerva la femmina &c. De his fœtus membranis Cornelius Stalpart van der Wiel *Obſerv. rar. Cent. I. obſ. 74. p. 331.* ita ſcribit: Certant viri docti, num gemelli in utero imprægnati una eademque ſemper cingantur membrana, quæ in duas, veluti mediaſtino quodam diviſa partes fœtus diſtinguat. Verum equidem eſt in ſuperfœtatione, cum nec ſimul concipiuntur, nec ſimul eduntur, ſingulos fœtus diſtinctis involvi membranis, diverſisque uteri affigi partibus, ita ut, etiamnum incluſo altero, alter emitti queat. Longe autem aliter circa gemellos eodem conceptos tempore res ſe habet, qui eadem quidem plerumque incluſi membrana, eodemque contenti loco, alterius tamen cujusdam tenuioris membranæ interventu diſtinguuntur, quæ aquæ preſſione poſt alterius egreſſum facillime rumpitur. Secundum Joh. Jac. Franc. Vicar. *Baſ. univ. medicin. lib. I. cap. 3. p. 31.* ſi duo ova in una veſicula continentur, tunc fiunt vel duo maſculi, vel binæ femellæ, ac tum continentur in una ſecundina, vel continentur in diverſis veſiculis & tum etiam in diverſis ſecundinis includuntur. §. 2.

§. 2.

Nonnulli quoque autores, inter membranas chorion & amnion diſtinguentes, ſingulis equidem gemellis atque trigeminis alteram harum membranarum, tenuem ſcilicet, ſive amnium in ſpecie concedunt; alteram autem, ſeu craſſiorem, chorion dictam, tam gemellis, quam trigeminis communem eosque cunctos involventem agnoſcunt. Quod etiam non improbabile videtur Johanni Bohnio *circul. anat. phyſiol. progymn. II. p. 25.* ubi inquit: Laurentius equidem diſtinctione inter gemellos unius ac diſparis ſexus nodum ſolvere conatur, illosque easdem ſeu communes, hos diverſas & ſolitarias habere tunicas aſſerit: obſtat tamen experientia, quæ diverſi æque ac ejusdem ſexus fœtus diſtinctis utplurimum amiculis prodire teſtatur, quod vel ideo mirari haud decet, dum ſingula ovula, unico fœtui conſecrata propriis ſuis inſtructa cernuntur tunicis, & multiparārum quilibet catulus peculiares ſecundinas ſibi vendicat. Haud omnimode tamen impoſſibile videtur naturæque vim infert, in uno eodemque ovulo femineo, duorum aliquando embryonum ſtamina produci, adeoque binos fœtus communi interdum & unico involucro gaudere; pari circiter fato ac ex uno tritici grano duplex, imo multiplex ſpica progerminat & in uno ovo duplex atque triplex cicatricula cum totidem vitellis & albuminibus conſpicitur, ex quo gemini pulli naſcuntur, raro quamvis vivaces; magis autem ſingulare eſt Stenoni in utero ovis cujusdam viſum fœtus ſcilicet tres communi chorio ſtipati, aminiis autem propriis ſecluſi. Imo hæc communio ſecundinarum non tantum, prout de oviparis modo dictum, cauſa eſt, cur gemelli ejusmodi utplurimum abortivi aut brevioris vitæ ſint? ſed quoque cur corpora eorum variis modis coaleſcant & monſtroſa prodeant. Docet etiam Melchior Sebizius, quod, quamvis unusquisque fœtuum in gemellis & partu numeroſiore peculiari gaudeat involucro interno, ἀμνιῳ Græce dicto, involucrum tamen externum, χορίον nuncupatum, non raro *Ratione chorii & amnii.*

ro unicum habent, uti ex Sebizio refert Chriſtianus Fridericus Garmannus *Oolog. curioſ. Diſſert. I.* §. *34. p. 29 ſeq.* ubi addit: hoc tamen perpetuum non eſt, membranæque iſtæ potius una propter contiguitatem & mutuam adnaſcentiam videntur, quam reipſa ſunt. Et Johannes Bartholomæus Adamus Beringer *Ideæ Inſtitut. medicin. Theſ. 15. pag. 37.* inquit, gemellos fœtus ex gemellis ovulis tertiæ cuidam membranulæ incluſis, ita tamen, ut hæc totaliter a ſe invicem diviſa, generari, ſecus ſi in parte quadam cohærentia fuerint, monſtra progigni. Item Franciſcus Mauriceau ſtatuit de *Art. obſtetric. lib. II. cap. 3. p. m. 262.* quod, ſi plures adſint fœtus, iidem nunquam in uno eodemque involucro reperiantur concluſi, ſed quilibet peculiarem habeat tunicam, amnium ſcilicet & propriam aquam, ne ipſorum corpora ſe invicem attingentia poſtmodum coaleſcant invicemque cohæreant; in quo caſu facillime monſtra oriri poſſunt.

§. 3.

Auctoris ſententia. Quenam autem ſententia de gemellorum tunicis veritati & experientiæ proxime accedat, ex obſervationibus, quarum aliquot tantum recenſebo, benevolus lector ipſe judicet. Exemplum gemellorum unius ſexus in unica ſecundina recenſet Nicolaus Blegny *Zodiac. Med. Gallic. An. I. menſ. Novembr. Obſ. 5. p. 173.* inquiens: Chirurgus in oppido Tilleriano Normanniæ Magiſter, in partu difficiliori vocatus ejusdem ſexus gemellos eduxit unica ſecundina obvolutos, etſi alter vita donatus eſſet, magnitudinis ſolitæ; alter mortuus, exſiccatus, a ſecundina liber, quaſi tantum quinquemeſtris. Filiolas gemellas communem & unicam ſecundinam habentes peperit uxor Viti Riedlini, cujus vid. *Lin. Med. An. 1697. Octobr. Obſ. 3. p. 666.* E contra Johannes Guilelmus Riva in gemellis unius ejusdemq; ſexus duplicem ſecundinam obſervavit, & quidem in cadavere Romanæ puerperæ duas ſecundinas cum ſuis funiculis, quorum ſingulis annexus erat puerulus, invenit, qui fœtus ambo ejusdem perfectionis & magnitudinis

dinis fuerunt exiſtimati; uti ex ejusdem Rivæ communicatione cum annexa figura refert Joachimus Georgius Elsnerus *M. N. C. Dec. I. an. I. obſ. 39. p. m. 117. ſeq.* Quamvis etiam ſæpiſſime gemelli diſparis ſexus plerumque etiam diverſis involuti reperiantur involucris, juxta ſententiam ſupra allegatorum autorum, & Coſmi Viardel exemplum *von der vveibl. Geburt, lib. II. c. 17. p. 82. ſeq.* ubi duplicem ſecundinam cum duplicis aquæ effuſione in gemellorum diſparis ſexus partu annotaſſe refert; femina ſcilicet poſt aquæ effuſionem primo filiolam pepererat, poſt horæ autem ſpatium, rupta alia membrana novaque excreta aqua, Viardel filiolum extraxerat. Contrarium tamen exemplum, diverſi ſcilicet ſexus gemellorum, uni eidemque involucro incluſorum, refert modo dictus Elsnerus, qui *loc. all. pag. 129.* ſe Vratislaviæ in femina operarii cujusdam, quæ enixa fuit gemellos diverſi ſexus, una involutos ſecundina unaque placenta, vidiſſe affirmat ſimulque iconem addit: plura ſimilia addi poſſent exempla gemellorum diverſi ſexus, qui adhuc in vivis, quique communi in utero gaviſi ſunt involucro. Ex quibus nunc evidenter apparet, naturam certæ regulæ adſtrictam non eſſe. Non enim ſemper gemellos pluresve fœtus una gaudere videmus placenta, nec naturam, ob diverſitatem ſexus, fœtus ſemper ſeparare.

§. 4.

Interdum etiam naſcuntur gemelli, qui non ſunt ejusdem magnitudinis, quapropter a quibusdam pro ſuperfœtatis haberi poſſent, quale exemplum recenſet Lucas Schroeckius *M. N. C. Dec. I. an. 9. & 10. obſ. 162. p. 356.* Femina ſcilicet quædam parvæ ſtaturæ gibboſa, exacto novem menſium curriculo filiolas binas, pauco temporis intervallo pepererat, quarum una elegans, & omnibus corpuſculi membris rite conformata, viva & alacris; altera fœtum quinquemeſtrem longitudine, juſta articulorum compagine, niſi quod a capite, in acumen faſtigiato, ad pedes usque, quaſi ſtudio duos inter aſſeres leniter compreſſa eſſet, præſentans, mortua na- *Gemelli diverſæ magnitudinis.*

ſcebatur. Superfœtationem hic factam ſuſpicari quis potuiſſet, niſi placenta una uterina, quæ gemellis iſtis ejusdem ſexus communis erat, dubium ſolviſſet.

§. 5.

De trimellorum tunicis.

Quandoque etiam tergeminos eadem membrana concluſos repertos fuiſſe, minus verum non videtur Cornelio Stalpart van der Wiel *obſerv. rarior. Cent. I. obſ. 75. Schol. p. 332.* quandoquidem obſtetrix quædam, Eliſabetha Tomboy, illud ipſum ſibi in ruſtici cujusdam tergeminis videre licuiſſe retulit. Eo tamen caſu diſtincto quivis ligatur funiculo. Et Cornelius Solingen *Embryulc. oſte Afhalinge eenes dooden Vruchts cap. 31. pag. m. 292.* inquit: Evenvvel heeft my een ſekere oude vvoedvrouvv vvillen verſekeren, dat ſy drie kindertjens in een vverk met tvve ſcheydts vlieſen gehaelt heeft. Id eſt, eo caſu tres iſtos fœtus duabus intermediis a ſe invicem ſegregatos fuiſſe membranis. Germanica Franciſci Mauricæi verſio *de Morb. gravid. lib. I. cap. 9. p. m. 13.* ita de geminorum tunicis loquitur: *Wenn das Weib mit zweyen oder einer gröſſern Zahl Kindern, die in eben einem Beyſchlaff ſind gezeuget worden, und insgemein Zwillinge genennet werden, niederkommt, (das doch ein anders iſt, als die After-Empfängniß) ſo kan man es daran erkennen, daß ſie alle beede einer Dicke und Gröſſe ſind, und daß ſie nur eine beeden gemeine Nachgeburt haben, und keins von dem andern anderſt, als durch ihr Häuslein, die ein iedes abſonderlich mit ſeinem Gewäſſer umwickeln, geſondert, und nicht alle beede in eben einem Häuslein, und eben einem Gewäſſer, wie etliche entgegen der wahren Beſchaffenheit meynen, ſeyn werden.* Quod latine ſic reddit Theophilus Bonetus *Polyalth. Tom. III. cap. 26. f. 335.* Exinde gemelli eſſe cenſentur, quod ambo ejusdem fere ſint magnitudinis, unaque communi fruantur ſecundina, neque ab invicem ſeparentur, niſi beneficio propriæ membranæ utrumque cum aquis concludentis: Neque enim uterque una eademque membrana includitur, eidemque aquæ innatant, id quod nonnulli perperam credunt.

Tri-

Trimellos in communi chorio, ſed diſtinctis amniis concluſos, in puerpera poſt duarum puellarum partum, ob tertium infantem jam mortuum in utero remanentem, exſpirante per ſectionem obſervavit Adamus Brendelius *obſerv. anat. obſ. 8. p. 25 ſeq.* qui fœtum mortuum etiamnum tam chorio communi, quam amnio proprio inveſtitum reperit. Horum etiam fœtuum funiculi peculiares non procul a placenta ad inſtar trium ramorum concurrebant, & truncum tres digitos latum valdeque craſſum & amplis vaſis inſtructum conſtituebant, qui demum placentæ uterinæ implantabatur, ac ſua vaſa in varios ramulos ſurculosque diremta per totam hepatis uterini compagem diffundebat. vid. etiam Ephem. Acad. Nat. Cur. *Cent. III. & IV. obſ. 65. p. 376.* Ita etiam Nicolaus Steno obſervavit fœtus tres communi contentos chorio, amniis autem propriis ſecluſos, fuiſſe, vid. Joh. Gothofr. Berger *Phyſiol. Part. II. cap. 1. p. 466. Juſtina Siegemundin obſtetrix Brandenburgica Tract. German. de art. obſtetric. cap. 6. p. 119 ſeq. ad quæſtionem, Wie es ſich mit denen Zwillingen verhalte, ob ſie allezeit in einer Nachgeburt liegen, oder ob ein iedes Kind ſeine eigene Nachgeburt habe, und wenn ſie in einer liegen, ob auch das Waſſer zweymahl ſpringet? wie es ſich verhalte, wenn ein iedes Kind in ſeiner eigenen Nachgeburt lieget, ob denn die erſte Nachgeburt des erſten Kindes bald dem andern Kinde nachgehet, oder ob ſie zurücke bleibe, bis die Kinder beyde gebohren ſind?* ita reſpondet: *Es liegen zwar Zwillinge in einer Nachgeburt, und haben nur ein Netze oder Hæutgen zum Unterſcheid, aber doch ein iedes hat ſein eigen Waſſer, weilen das Mittel-Hæutchen des andern Kindes Waſſer beſchlieſſen hilfft. Wenn alſo das erſte Kind gebohren iſt, ſo folget die völlige Waſſer-Blaſe des andern Kindes, wie bey angehender Geburt des erſten Kindes, und muſs eben ſo ſpringen, es ſey viel oder wenig Waſſer bey denen Kindern. Es geſchiehet zwar, daſs zwey Kinder in einem Waſſer und einer Nachgeburt beyſammen liegen, und kein Netze darzwiſchen iſt, aber ſehr ſelten, da ich doch viel Zwillingen geholffen habe, alsdenn ſpringet das Waſſer nur ein-*

mahl, und folgen die Kinder bald eines dem andern nach. So liegen auch viel Zwillinge ein iedes in einer eigenen Nachgeburt, dabey ſpringet das Waſſer auch zweymahl, als wenn das erſte gebohren worden, ſo ſpannet ſich das andere Waſſer an, wie das erſte, bis es ſpringet, wenn es wohl in acht genommen wird. Circa quæſtionem, an gemelli uni ſimul membranæ ſint involuti, an vero ſinguli fœtus propria veſte obducantur, & inde an una ſolum, an vero plures ſecundinæ pro numero fœtuum tales partus ſequantur, Vitus Riedlinus *Linear. medic. an. 1695. Decemb. lin. 7. p. 441. ſeq.* obſervationem recenſet de textoris cujusdam uxore, quadraginta quinque annorum, quæ poſt aliquot infantes iterum gravida ex nimis intumeſcente abdomine ipſamet plures fœtus in utero latitare concluſit. Partu inſtante obſtetrix fœtus pedes deprehendebat, eumque feliciter extrahebat, funiculoque umbilicali dextro alligato ſecundinam promovere voluit, aſt loco hujus alium adhuc ſubeſſe fœtum invenit, qui iterum pedibus ex utero, nec ita difficulter prodiit, funiculo hujus itidem breviori ſiniſtro pedi appenſo; ventreque exterius explorato, tertium adhuc in utero hærere fœtum percepit, qui totus amnio involutus cum magno matris labore protruſus fuit, debilior tamen. Hunc cum ſuo funiculo ſecundina, & unica quidem ſequebatur, in quo tamen tres quaſi cellulæ & duo adhuc amnia notabantur.

§. 6.

Gemellorum placenta. Non autem ſolummodo circa gemellorum membranas, uti hactenus dictum, ſed etiam circa placentas uterinas atque funiculos umbilicales diſſentiunt autores, dum nonnulli cuilibet gemello proprium funiculum umbilicalem propriamque placentam aſſignant; Feminæ enim cuidam gemellos parienti, quorum uterque propria gaudebat placenta, ſe adſtitiſſe ſcribit Johannes Jacobus Harderus *M. N. C. Dec. II. an. 2. obſ. 185. pag. 409.* Alii cuilibet gemello proprium equidem funiculum, communem autem cum altero fœtu placentam adſcribunt; Duplici utplurimum gemel-

mellos gaudere placenta uterina, rarius, imo rariſſime una ex Henr. a Deventer *cap. 44.* allegat Hermannus Frid. Teichmeyerus *Inſtit. medic. leg. cap. 1. p. 11.* Ipſius autem Deventerii verba *Nov. Lum. obſtetr. p. m. 194.* ſic ſonant: Quodſi forte (ſed raro id fit) unicuique infanti peculiaris ſit ſecundina, & obſtetrix infantis jam excluſi ſecundinam ſegregatam & ſolutam inveniat, eam mox poterit excludere. Alii adhuc ratione ſexus diſcrepant, dum gemellis unius ejusdemque ſexus unicam tantum placentam communem, diſparis autem ſexus fœtibus propriam attribuunt. Quod pariter de trimellis affirmant. Cui tamen ſententiæ alii contradicunt, v.g. Petrus Rommelius *M. N. C. Dec. III. an. 7. & 8. obſ. 45. p. 70.* inquit: Plurimi medicorum olim & nunc in ea verſantur opinione, ac ſi in partu gemellorum, pro diverſitate ſexus diverſimode etiam ſeſe habeant ſecundinæ, ita ſcilicet: ſi gemelli ſint diverſi ſexus, ſecundinæ tunc etiam ſint geminatæ, & quilibet fœtuum peculiarem obtineat placentam; ſi vero unius ejusdemque ſexus fuerint, tunc ſecundinas eſſe unitas & ſimplices. Quam maxime vero hallucinati ſint talia ſtatuentes, & adhucdum hallucinentur, quotidiana fere commonſtrat experientia, quæ naturam (ignoſcite quæſo, quibus hoc vocabulum ſordet) nunc ſimplicibus ſecundinis, pro pluribus fœtibus, non unius tantum ejusdemque, ſed etiam diverſi ſexus, contentam eſſe, mox vero duplici placenta in gemellis ejusdem ſexus luxuriari docet.

§. 7.

De geminis, qui ſinguli ſua concluſi erant membrana propriisque donabantur placentis vid. Corn. Stalpart van der Wiel *cent. I. obſ. 75. p. 329 ſeq.* hi quoque gemelli ſinguli ſuo utebantur umbilicali funiculo, inſuper tamen etiam tertio communi erant donati. Trimellorum exempla aliquot adducit Thomas Bartholinus *Hiſtor. anatom. cent. IV. hiſt. 83. p. 402.* Et *pag. ſeq.* ita pergit: quanquam ſinguli ſuos habeant funiculos, unicæ tamen placentæ nonnunquam inſeruntur, ex obſervatione Michaelis Ru- *Exempla.*

perti Besleri: Nonnunquam binis, quod obstetrix nostra vidit apud puerperam in platea boreali. vid. etiam *ejusdem epist. medic. cent. III. ep. 62. p. 250 seq.* ubi unicam placentam uterinam pluribus sufficere embryonibus scribit. *Item anatom. lib. I. cap. 36. p. m. 304. seq.* Gemellorum unius sexus unicam tantum placentam communem habentium exempla annotavit Franciscus Mauriceau *observat. sur la grossesse, obs. 93. p. 55.* inquiens: Le 14. Aouſt 1673. j'ay accouché une femme de deux enfans masles, qui n'avoient qu'un seul arrierefaix, qui leur estoit commun, comme il arrive le plus souvent aux enfans jumeaux. *Obs. 159. p. 89.* inquit: Le 5. Mars 1676. je delivray une femme d'un fort gros arrierefaix, qui estoit commun à deux gros enfans masles vivans, dont elle estoit accouchée toute seule depuis une demy-heure. *Obs. 212. p. 120.* scribit: Le 22. Janvier 1678. j'ay accouchée une femme de deux filles vivantes, qui n'avoient qu'un seul arrierefaix commun. Alia exempla de gemellis cum una placenta idem autor annotavit *l. a. obs. 227. p. 130.* & quidem de puellis. *item obs. 451. p. 264. obs. 528. p. 309. seq. obs. 540. p. 317.* de gemellis masculis *vid. obs. 279. p. 163. obs. 481. p. 282. obs. 565. p. 331. obs. 590. p. 344.*

§. 8.

an gemelli unius sexus unicam placentam habeant?

Quandoque tamen etiam gemelli unius sexus duas habent placentas particulares, quod confirmat Lucas Schrœckius *M. N. C. Dec. I. an. 9. & 10. obs. 161. p. 354 seq.* Scilicet femina quædam honesta post varia symptomata & incredibilis lymphæ copiæ, ultra triginta mensuras, profluxum, puellulam mortuam peperit, subsequente mox feliciter secundina; & trihorio fere elapso, alteram enitebatur filiolam vita quoque privatam, restitante secundina, quæ putredinem acquirens, fruſtillatim non absque fœtore, pluribus succesſive diebus excernebatur. Obstetrix quædam affirmabat, se in gemellis, etiamsi unius sexus essent, placentas tamen observasse duas distinctas, v. Joh. Nicol. Pechlin. *obs. 33. p. 79.* Et Petrus Rommelius trium recordatur puerperarum, quarum singulæ ge-

gemellos unius ſexus, nunc puellos, nunc femellas, utroque fœtu propria placenta gaudente, in lucem feliciter ediderunt. *v. M. N. C. Dec. III. an. 7. & 8. obſ. 45. pag. 70.* Modo allegatus Franciſcus Mauriceau aliquot ejusmodi obſervationes recenſet loco citato *obſ. 31. p. 20.* inquiens: Le 15. Janvier 1671. j'ay accouché une femme de deux gros enfans masles vivans, qui avoient chacun leur arriere-faix ſeparé l'un de l'autre. *Obſ. 102. p. 60.* inquit: Le 23. Decembre 1673. ſcribit: j'ay accouché une femme groſſe de huit mois & demy de deux filles, vivantes, qui avoient chacune leur arriere-faix ſeparé, dont les membranes ſe tenoient neanmoins par un petit intervalle vers le bas. vid. etiam *obſ. 161. p. 90. obſ. 165. p. 92. obſ. 227. p. 130.* ubi ſcribit: Le 4. Aouſt 1678. j'ay accouché une femme âgée de trente cinq ans, au terme de huit mois de ſa premiere groſſeſſe, de deux filles, qui n'avoient, qu'un ſeul arrierefaix, qui leur eſtoit commun. Et *obſ. 570. p. 334.* ſequentem caſum refert: Le 2. Fevrier 1690. je vis une femme accouchée depuis deux jours de deux filles vivantes, qui eſtoit fort fatiguée du mauvais traitement, qu'elle avoit receû de ſa ſagefemme dans le temps de ſon accouchement; la quelle ſagefemme aprés avoir receû la premiere de ces filles, n'ayant pas reconnu, que cette femme avoit encore un autre enfant dans le ventre, luy avoit fait faire durant plus d'une heure & demie de violens efforts pour vomir, pretendant ſeulement par ce moyen de la delivrer plus facilement de ſon arrierefaix: mais enfin voyant qu'elle ne la pouvoit delivrer, l'autre enfant ſe preſentant de ſoy-même pour ſortir, luy fit connoiſtre, qu'elle ſ'eſtoit trompée. Et aprés que ce ſecond enfant eût eſté pouſſé dehors par la nature, cette ignorante ſagefemme ayant tiré l'arrierefaix d'un de ces enfans, & croyant alors avoir, tout fait, & avoir bien delivré cette femme, la laiſſa en cet eſtat, reſſentant encore de grandes douleurs dans le ventre, qui luy firent vuider au bout d'une heure le ſecond arrierefaix, dont la nature ſe delivra d'elle meſme, cette ſagefemme n'ayant pas eû le jugement de con-

conſiderer, que, ſi ces deux enfans n'avoient eû qu'un ſeul arriere-faix, qui leur euſt eſté commun, comme il arrive aſſez ſouvent, cet arrierefaix auroit eû deux cordons. Anno 1679. femina 36. annorum quatuor filias uno partu edidit, erant autem tantum ſeptimeſtres, & ad paucas horas ſaltem vitales. Ex quibus tres una ſecundina incluſæ fuerunt, quarta propriam habuerat, teſte Mauricio Hoffmanno *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. IX. & X. Append. obſ. 30. p. 459.*

§. 9.

In geminis diverſi ſexus plures placentæ.

Diſparis ſexus gemelli modo duas placentas, ſive quilibet fœtus propriam, modo unicam ſive communem habent, uti idem Mauriceau *Obſ. 4. p. 3.* refert inquiens: Le 30. Mars 1669. j'ay accouché une femme de deux enfans, qui avoient chacun leur arrierefaix ſeparé l'un de l'autre; Le premier de deux enfans eſtoit un garçon; & le ſecond eſtoit une fille. Juxta *Obſ. 22. p. 14.* Le 16. Avril 1670. il a accouché une femme de deux enfans, qui avoient chacun leur arrierefaix entierement ſeparé l'un de l'autre; ſi non qu'ils eſtoient ſeulement joints par un intervalle membraneux, large d'un travers de doigt. Le premier de ces deux enfans, qui eſtoit une fille de mediocre groſſeur, vint naturellement la tête la premiere, & le ſecond, qui eſtoit un garçon, bien plus gros & plus fort, vint les pieds devant. vid. etiam *Obſ. 512. p. 300.* Et *obſ. 537. p. 315.* mentionem facit trigeminorum ſive trium infantum diverſi ſexus, his uſus verbis: Le 14. Aouſt 1688. j'ay accouché une pauvre femme groſſe de trois enfans, au terme de huit mois: Lorsque je fus appellé, il y avoit une heure & demie, qu'elle eſtoit accouchée naturellement du premier de trois enfans, dont elle eſtoit groſſe, qui eſtoit une fille vivante, que ſa ſagefemme avoit recuë; mais je la delivray des deux autres, dont l'un eſtoit un autre fille, qui eſtoit auſſi vivante; enſuite de quoy je tiray le troiſieme de ces enfans par le pieds. Ce dernier enfant eſtoit un garçon, qui eſtoit mort au ventre de la mere. Tous ces trois enfans avoient

avoient chacun leur arrierefaix tres-bien figuré, & ces arrierefaix eſtoient auſſi diſtinctement ſeparé l'un de l'autre, tant de leur corps, que de leurs membranes, que ſ' il n'y avoit eu qu'un ſeul enfant. C'eſt ce qui fit, que jene tiray ces trois arrierefaix que l' un aprés l'autre, & qu'eſtant tous troix ainſi entierement ſeparés, l'attraction du premier ne ſervoit de rien à faire ſortir les autres, que je fus obligé de tirer auſſi ſeparément, aprés toutefois avoir tiré auparavant tous les enfans.

§. 10.

Econtra etiam unicam placentam variis infantibus diverſi ſexus communem tam modo dictus Mauriceau quam alii annotarunt autores v. g. Philippus Jacobus Hartmannus refert *M. N. C. Dec. III. An. 5 & 6. obſ. 209. p. 478.* quod acutiſſimis cum doloribus miſere tempore graviditatis conflictata marita aliquot annorum difficili ſemper partu, fatalem gemellorum anno 1697. ſubierit, tribusque a partu filii filiæque horis exſpiraverit. Placenta horum gemellorum unica fuit, funiculis trium digitorum transverſorum ſpatio a ſe invicem diſtantibus. Gemellorum diverſi ſexus unicam tamen & ſimplicem utrique fœtui communem placentam habentium tria exempla recenſet Petrus Rommelius *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. obſ. 45 p. 70 ſeq.* vid. etiam Joh. Jac. Harder. *Apiar. obſ. 92. p. 350.* Item de trimellis, quorum duo priores pedibus extrahebantur, tertius autem amnio involutus protrudebatur; quem unica ſecundina ſequebatur, in qua tres quaſi cellulæ & duo adhuc amnia notabantur, vid. Vit. Riedlin. *Lin. med. an. 1695. Decembr. obſ. 17. p. 443.* De trimellis cum unica placenta natis Thomas Bartholinus *Epiſtol. medic. Cent. III. epiſt. 62. p. 250.* ad Georgium Segerum ita ſcribit: in vicinia noſtra uxor militis paupercula, mater antea octorum liberorum, trimellos nudius tertius peperit, ſed abortivos, primam filiam die lunæ, medium filiolum die Martis, tertiam filiolam Jovis die. Unica ſecundina ampla omnes tres gaudebant, quæ die Veneris tanto cum dolore pro- *Unica placenta.*

dibat, ut crederetur quartus fœtus ſupereſſe. Unica igitur placenta uterina pluribus embryonibus ſufficit. In examine obſtetrix quædam affirmabat, ſemel ſe unam in gemino ſexu, ſed obiter diſcriminatam placentam obſervaſſe, juxta Joh. Nicol. Pechlin. *Obſerv. Phyſ. med. lib. I. obſ. 33. p. 79.* Vratislaviæ femina operarii cujusdam gemellos diverſi ſexus, una involutos ſecundina unaque placenta, enixa eſt, quod ſe vidiſſe ſcribit Joachimus Georgius Elsnerus *M. N. C. Dec. I. An. 1. obſ. 39. p. 129.* Unicam placentam duobus fœtibus ſive gemellis diverſi ſexus communem obſervavit etiam Franciſcus Mauriceau *l. all. obſ. 459. p 269. item obſ. 522. p. 306.* Et *obſ 512 pag. 300.* non modo refert exemplum gemellorum disparis ſexus, quorum quilibet ſuam placentam ſeparatam habebat, ſed etiam aliud in contrarium addit, puellæ ſcilicet atque pueri, una eademque placenta connexorum. Quibus obſervationibus ſequentia annectit: L'on voit par ces deux exemples, que le nombre des arrieresaix ne correſpond pas toujours à celuy des enfans, car quelque fois il n'yen a qu'un, qui eſt commun à tous les deux enfans, quoyqu' ils ſoient de different ſexe; & d'autres fois chaque enfant en a un, qui luy eſt propre & particulier. Et juxta Joach. Georg. Elsner. *l. a.* exinde evidenter apparet, naturam certæ regulæ adſtrictam non eſſe. Non enim ſemper gemellos pluresve fœtus una gaudere videmus placenta, nec naturam, ob diverſitatem ſexus, fœtus ſemper ſeparare. Hinc etiam obſtetrix Pariſienſis Margarita du Tertre *Inſtruct. d'une Sagefemme p. m. 117.* ad quæſtionem: Quand les jumeaux ſont de different ſexe, les placenta ſont ils plûtoſt ſeparez, que quand ils ſont de meme ſexe? ita reſpondet: Non, car j'en ay veu de ſeparez, où il y avoit garçon & fille, d'autres fois deux garçon, & d'autres fois des filles.

§. II.

in quadrigemellis unica placenta.

Quod autem hactenus de gemellorum & trigeminorum placentis diximus, idem etiam in quadrigeminis & aliis fortaſſe partubus, numeroſis occurrit, ſiquidem juxta Lucæ Schrœckii obſervatio-

vationem *M. N. C. Dec. II. An. 2. obſ. 9. p. 26 ſeq.* quam ſupra jamjam recenſuimus, quatuor infantes diverſi ſexus, duo ſcilicet filii, Andreas & Nicolaus, & duæ filiæ, Barbara & Marianna, unicam tantum habuerunt placentam uterinam, quæ horum ſuſtentationi in utero matris inſerviit, & mox poſt partum ultimum facile prodiit. Fuit autem hæc placenta quadratæ figuræ, ſpithamas duas in longitudine, & in latitudine unam cum ſemiſſe, in craſſitie vero digitos tres transverſos æquans, cæterum a ſulcis decuſſatim per eam excurrentibus in quatuor quaſi partes diviſa, totidem nempe funiculis umbilicalibus recipiendis dicatus, ita ut cujuslibet fœtus umbilicalia vaſa in ſeparatum & ſibi proprium placentæ angulum implantata fuerint; prout non minus unumquemque fœtum, propriæ membranæ involverant, & quemlibet partum aquæ ſolitæ effluxus præceſſerat. Quadrigeminorum uno partu excluſorum ſingulisque placentis ac ſecundinis præditorum paulo ante ex *M. N. C. Dec. III. An. 5 & 6. obſerv. 157. p. 352.* mentionem fecimus.

§. 12.

Annon autem in aliis quoque caſibus, uti in gemellis & trigeminis, ſive unius ejusdemque, ſive diſparis ſexus, unica tantum placenta uterina deprehendi creditur, pariter duæ vel plures placentæ revera adſint, quamvis ita inter ſe conglutinatæ, ut earum coalitus, ob ſubtilitatem, viſum non facile incurrat, vel etiam ex negligentia accurate non perſcrutetur, uti nonnunquam in muſculis abdominis pyramidalibus, quæ tamen oculata manu facillime ſeparari poſſunt, evenire ſolet, dubius adhuc hæreo, cum quilibet fœtus propriam tunicam atque placentam ordinarie poſſident, ſemperque placenta a chorio ortum trahat. Cui ſententiæ quoque favet Regnerus de Graaf *de Mulier. organ. cap. 15. p. 382. ſeq.* Placenta, inquiens, in mulieribus unica tantum eſt, quotiescunque unicus in utero fœtus exiſtit; ſi vero contingat, plures ſimul ejusdem vel diverſi ſexus adeſſe, placentæ quoque plures occurrunt: ſi illa a chorio enaſcatur, quotiescunque duplex cho- *Autoris ſententia.*

rion adeſt, placenta etiam duplex aderit; ſed placenta a chorio naſcitur, ergo &c. Minorem probant obſervationes de fœtibus extra uterum repertis, in quibus minime hæc placenta deſiderabatur, quod non contingeret, niſi chorion vi efformandi placentam prædituм ſtatuamus; Sæpe numero tamen contingit, has duas placentas ita ſimul uniri, ut nulla inter illas linea vel membranula appareat; quapropter eas unicam diceremus, niſi ex earum origine geminoque umbilico geminam quoque placentam eſſe conſtaret. Inquit etiam Thomas Whartonus *Adenograph. cap. 35. pag. m. 216 ſeq.* ubi plures fœtus, ibi quoque plura adſunt chorια, quibus includuntur; & neceſſe, ut pluribus quoque placentis utero adhæreant. Ubi vero contingit gemellos, ſive ejusdem, ſive utriusque ſexus, habere placentam quodammodo unitam, ut aliquando obſervavimus; illa placenta tamen non una eſt per genuinam partium continuationem, ſed per quandam contiguitatem & mutuam adnaſcentiam. Nam linea conſpicua utramque partem diſterminans ita eas dividit, ut unius medietas uni funiculo umbilicali, & alterius alteri evidenter ſit appropriata &c. Interim tamen minime eorum amplector ſententiam, qui in gemellis, in quibus duæ inveniuntur placentæ, non æque gemellationem, quam ſuperfœtationem quærendam eſſe ſtatuunt, vid. *M. N. C. Dec. I. An. 1. obſ. 39. p. 129.* Joh. Jac. Harder. *Apiar. obſ. 92. p. 350.* Siquidem in uno vel ambobus ovariis unico coitu duo vel plura ovula ſimul imprægnari, dehinc per tubas Fallopianas ad uteri cavitatem deſcendere, ſingulaque propriis placentis absque cohæſione utero affigi poſſunt; pariter ubi econtra duo vel plura ova non una ſed altera vel tertia nocte ſubſequentibus congreſſibus fœcundantur & ſucceſſive poſtmodum ex ovariis ad uterum protruduntur, ibidemque dum fœtuum ſtamina adhuc mollia ſunt, facillime placentis ſuis coaleſcere queunt. Quos fœtus, quia unica quaſi gaudent placenta & unico fere partu excluduntur, plerique

rique gemellos, trimellos & quadrimellos appellant, alii tamen potius ad ſuperfœtatos referunt. vid. *M. N. C. l. a.*

CAPUT IV.

De gemellorum accidentibus.

§. 1.

QVandoque inter gemellos tanta obſervatur ſimilitudo, ut non modo quoad faciem & alia externa, ſed etiam quoad mores & animi affectus ſibi ſint ſimillimi, & inter ipſos parum differentiæ intercedat vixque a ſe invicem diſtingui poſſint; Quale exemplum refert Caſparus Theophilus Bierlingius *Theſaur. theoret. pract. obſ. 69. Schol. §. 5. pag 907.* Erphordiæ, inquiens, vivebant duo gemelli id temporis quadraginta annorum, a vulgo *die Kranichfelden* dicti, quibuscum multoties familiariter converſatus ſum, hi quoad animum & quoad corpus, ſibi invicem tam ſimiles erant, ut unus ab altero vix dignoſci poſſet. In gemellis ſexus feminei ſimilem, ſimilitudinem annotavit Gabriel Clauderus *M. N. C. Dec. II. An. 7. obſ. 175. p 334* Viro ſcilicet magnifico naſcebantur geminæ ſanæ; hæ ab incunabulis non modo, ſi conſideres ea, quæ ad externa ſpectant, formam, vocem, geſtus & centum alia, ſibi ſemper fuere adeo conformes, ut etiam a parentibus & domeſticis vix diſcerni invicem potuerint, ac ovum ovo vix ſimilius; ſed etiam quoad interna unanimes prodebant mentis effectus, mirandamque ſanguinis ſympathiam, ut idem fere ſemper ſenſerint, ſimul obambulaverint, imo eosdem morbos, non modo quidem variolas & morbillos, ſed & alios, v. g. vomitus, obſtructiones meſenterii, tumultus hypochondriorum, uteri, &c. non ſine omnium ſtupore fuerint paſſæ. Accedit ſuaviſſima illa harmonia conjugialis, quam ſine delectabili riſu vix percipiet curioſus lector; dum ſcilicet nubiles factæ ac honeſtus juvenis unam in matrimonium decenter ambiverat, parentibus conſentientibus, altera ſo-

Gemellorum ſimilitudo.

exemplo.

roris ſponſo externis, iisque licitis amatoriis ceremoniis pari modo ire obviam allaborat. Poſtquam vero paulo poſt & altera idem cum proco fatum experitur, hæ ambæ inter amaſios ſuos pudici amoris ebullitiones, methodis quidem honeſtis, reciproce dividebant, alternabant, miſcebant, conjungebant. Non ſimul quoque & unanimes mundum ſint egreſſuræ, veluti ingreſſæ ac progreſſæ, dies docebit. Gemellorum quoque, ſimilitudine corporis & vultus adeo exacta, ut non niſi a gnariſſimis diſcerni poſſent; ac ſanitate utriusque jam ad vigeſimum, quem tunc habebant, annum integra, niſi quod altero interdum male ſe habente, alter quoque conquerebatur, meminit Conradus Bartholdus Behrens *Ephemerid. acad. N. C. Cent. III. & IV. obſ. 159. p. 364.* Sorores gemellas iisdem morbis ſubjectas annotavit Vitus Riedlinus *Linear. med. an. 1700. menſ. Septembr. p. 1071 ſeq.* Viro cuidam honeſto & pio uno eodemque partu uxor ediderat gemellas filiolas, elegantis formæ & ſanas, quæ per primum menſem corpore ſat augebantur; poſtea vero ambæ uno eodemque tempore aphthis corripiebantur. Deinde in ea, quæ primo lucem aſpexerat, ulcus in dextro brachiolo ſuboriebatur, quod malum etiam brevi poſt in ſorore & quidem in inpſa hac parte apparuit. Dehinc ambæ ſorores modo memorato ordine diarrhœa corripiebantur tam contumaci, ut remediis nil quicquam proficientibus, ſed accedentibus convulſionibus primo minor natu vita privaretur, quam altera per quatriduum fere adhuc ſupervivens, &, quamdiu mortua fuerat ſoror, fœtorem, qualem mortui ſolent, de ſe ſpargens, comitabatur. Sicque quas haud ita pridem unus concluſerat uterus, uno quoque ſepulchro conditæ fuerunt. Et Petrus Borellus *Hiſtor. med. phyſ. Cent. II. obſ. 4. p. 189.* inquit: Notanda eſt hiſtoria, quæ Caſtris accidit; Gemellæ natæ ſunt, quæ non ſolum omnino ſimiles fuerunt, ſed etiam eadem die conjugio junctæ, virisque eandem artem profitentibus, quod ab aſtrorum influxu ſimili proveniſſe non vero abſimile eſt. Quod autem Borellus tanquam ſingulare

quip-

quippiam adducit, aliis ſingulare non videtur, & ex accidenti contingere potuit juxta Behrens *l. a. p. 368.* Ante triginta aliquot annos mihi ipſi hic Dresdæ videre contigit duas ſorores geminas, annum tunc temporis agentes decimum quartum, peregre huc venientes, quæ tantæ erant faciei & vocis ſeu loquelæ ſimilitudinis, ut difficillime vel plane non diſtingui inter ſe poſſent; ſiquidem idem oculorum color, idem naſus, idemque os, idem, in gena utriusque ſororis ſiniſtra, nævus fuſcus, idem vocis ſonus & accentus, idem dentium nitor, eadem ſtatura, tam ratione longitudinis, quam craſſitiei. Præterea ſimillimo vel eodem amictu ſeu veſtimentis incedebant, ut adeo ipſarum quoque parentes ac domeſtici in earum dignotione quandoque errarent, quapropter etiam, ſecundum parentum, tunc temporis ſimul præſentium, relationem, domi exiſtentes certo ſigno vel lemniſcis certi coloris ſeſe contradiſtinguere dictæ ſorores ſolebant. Poſt aliquot autem annos, & poſtquam nupſerant, tam ratione longitudinis, quam etiam faciei notabiliter ſatis ab invicem differebant. Sic Albertus M. geminos in Germania tantæ conformitatis vidit, ut dignoſci nullo modo poſſent: Verum augebatur miraculum, quod geſtus iidem, animi affectiones eædem, eadem vox ac loquela. Nunquam ſoli ſeorſum, ſed ſimul ſemper, quin ſeparati paulum ægerrime ferebant, uterque in ægritudinem eandem incidebat, ab eodem uterque ſurgebat, uti refert Henricus Kornmannus *de Miracul. mortuor. obſerv. curioſ. p. 133.* ubi plura de geminis. *Obſervatio.*

§. 2.

Circa cauſam hujus gemellorum ſimilitudinis diſſentiunt recentiores medici a veteribus, dum hi, uti ſupra diximus, gemellos ex una, unico coitu ejaculati, atque æqualiter in duas partes diviſi, certisque cellulis injecti, ſeminis virilis portione conſtitui, eodem alimento paſci, easdemque mutationes ſubire credebant; illi vero, moderni ſcilicet, nec alios fœtus nec gemellos ex ſemine virili, ſed ex ovulis muliebribus derivant. De hac ſimilitudine *Cauſa ſimilitudinis.*

ita

Cauſa colliſio.

quit enim Johannes Helwigius *obſ. 13. ſchol. p. 37.* fieri poteſt ejusmodi fœtuum cohærentia aliquando ex liquido & corrupto ſemine. aliquando ex terrore aliisque adverſis caſibus, ut gemelli in utero jam concepti collidantur, ruptis ſeminibus, quæ natura glutinoſæ ſunt ſubſtantiæ, aliquatenus concreſcant & juxta Anton. Deuſing. *Conſiderat. fœtus Muſſipont. §. 27. p. 21.* vel ex uno coitu, vel per ſuperfœtationem, quando duo ſubeunt ſemina, alterum antea, alterum poſtea, quæ cum in utero confunduntur, evenit, ut membra coaleſcant atque diſſideant. De gemellis monſtroſis vid. ibid. ſect. VI. p. 109. ſeq. Vel ſecundum Anton. le Grand *hiſtor. natur. part. VIII. art. 3. p. 364.* talis bicorpor fœtus non ex redundantis materiæ influxu tantum, ſed ex ipſa uteri anguſtia oriri poteſt, dum aliqua ſeminis portio, quæ ſitu ab alia ſecreta, in membrum corporis aut embryonem ab alio diſtinctum compingi cœperat, ob ſpatii anguſtiam alteriusque vicinæ partis compreſſionem incrementum accipere non valet: Unde neceſſum eſt, ut magnitudine debita careat aut alteri membro connectatur & adhæreſcat. Cum autem, ſecundum hactenus dicta, conceptio non tam in virili ſemine, quam ovulis feminarum conſiſtat, ideo etiam vitioſa atque monſtroſa gemellorum conceptio vel formatio in iisdem quærenda erit; quando ſcilicet duorum fœtuum ſtamina vel cicatriculæ in uno eodemque ovulo, ejusve membranis, continentur, tunc ſane facillime, imprimis ſi nulla in hoc ovulo membranula ſeu interſtitium inter has cicatriculas adſit, vel ſi talis membranula tenuiſſima a quacunque cauſa rumpatur, ut ita dicta duorum gemellorum ſtamina ſtatim in principio in unum corpus monſtroſum confundi incipiant; vel quando ex una eademque cujusdam ovarii foveola duo ovula, vel etiam quando ex uno vel utroque ovario tot ova fœcundata per tubas Fallopianas uteri cavitatem ingreſſa ſeſe approximant ibidemque cohæreſcant, poſtea demum disrupto iſtorum fœtuum interſtitio, vel dilaceratis & corruptis membranulis fœtus tales variis in partibus

bus connaſcuntur, vel alio modo monſtroſi evadunt, uti ex variis duorum fœtuum inter ſe connatorum monſtris liquet. Quod vero a colliſione in utero concepti jam gemelli concreſcere queant, maxime dubitat Lucas Schrœckius; cum tam vehemens & violenta eorum conjunctio ſive colliſio absque præſenti vitæ diſpendio poſſibilis vix eſſe poſſit; ſed talis conjunctio per blandiorem potius adproximationem, in primis præſertim conformationis diebus, mediante humore illo cicatriculas ambiente, lento, albugineo & ad concretionem ſatis apto, facilius admitti poſſet. vid. Joh. Helwig. *l. a. p. 40.* Annon autem detur etiam cauſa externa, quæ violentia quadam ova uterum illapſa ita invicem collidere poſſit, ut arctius ſibi adpropinquantia in augmento quoque ſuo ſibi adhæreant, non dubitat Emanuel Kœnig *M. N. C. Dec. II. an. 8. obſ. 45. p. 306.* De ejusmodi fœtuum coalitu ita ſcribit Johannes Riolanus *de monſtr. Pariſ. cap. 4. oper. fol. m. 837.* Quemadmodum ovum, duos habens vitellos membrana ſecretos, geminos profert pullos, quam ſi rumpi contingat, uniuntur ea parte, qua fit concurrentium humorum concretio, unde partus monſtroſus, ut cum duobus capitibus, duabus tantum alis & pedibus, vel contra cum uno capite, quatuor alis, totidemque pedibus: Ita ab initio tunicis diſcretis fœtus, iis humoris acrimonia eroſis aut violentia aliqua effractis, uniuntur ea parte, qua membrana rupta fuit, propter ſeminis & humorum concurſum. Hinc alii capite, alii ventre, alii dorſo cohærent. Et Johannes Georgius Schenckius *hiſtor. monſtror. p. 19.* obſervationem de puella bicipiti, reliqua omnia unum corpus referente addit: manifeſtum eſt in his contingere, quod in fructibus. Duas tentavit natura puellas, in ipſo exortu principalium membrorum colliſa atque conſtricta ſunt omnia, præter caput, omnia igitur principalia præter cerebrum in unum coiverunt &c. Michael Erneſtus Ettmüllerus diſput. de monſtr. Hungar. quoad cauſam hujus monſtroſitatis, haud abſonum eſſe putat, ſi ſtatuatur: in uno o-

vulo imprægnato futurorum gemellorum ſtamina eo modo, quo tunc in monſtro bicorpore conſpiciebantur, delineata latuiſſe; vel utrosque hos gemellos ex uno ovulo imprægnato proditu-ros, in unica ſecundina fuiſſe incluſos & ſic circa nates coaluiſſe; vel duo fuiſſe ovula imprægnata & ad uterum protruſa, atque embryones, poſtquam eorum viſcera & artus formari cœperunt, illic loci, ubi poſt cohærebant, rupta forſan membrana, fuiſſe contigua, & propter viſciditatem, qua ordinarie pollent, in ejusmodi continuitatem concreviſſe. Recurri etiam poſſe ad materiæ ineptitudinem, retur, quæ forſan fuit nimia tenuitas, ob quam dum formatrix facultas formationi incumbit, refluit, & inter ſe prave miſcetur, quo fit, ut partes unius gemelli cum partibus alterius non ſolum uniantur, ſed intus maneant ac ſeparari non poſſint; cum præſertim pro duobus corporibus perfecte efformandis materiæ quantitas non ſufficiat, & dum in unoquoque pro illius complemento materiam adaptare contendit, quæ non ſatis ſuppetit, invicem permiſcentur, & in unum, illis in partibus, ad quarum ſupplementum defectus dabatur, uniuntur, quare cum facultas formatrix non poteſt facere, quod vult, facit, quod poteſt; nec imaginationem vult excluſam. vid. Nov. literar. German. *menſ. Januar. an. 1708. p. 31.* A gravidarum etiam imaginatione talem fœtuum coalitum oriri poſſe, docet Chriſtianus Franciſcus Paullini obſervatione de gemellis canum inſtar in utero cohærentibus. Nobilis ſcilicet femina in Finmarchia, notante Ambroſio Rhodio, ex ſuperiori hypocauſto in culinam deſcendens ſub ſcala forte reperit canes venaticos a coitu cohærentes. Quo fœdo ſpectaculo perterrita non deſtitit quidem, clauſis foribus, utrumque baculo tamdiu delumbare, donec ſejungerentur. Peperit poſtea gemellos diverſi ſexus mortuos, ac pudendis, canum inſtar, monſtroſe cohærentes. Qui ocyus & clanculum tumulati rumorem effugere publicum. *vid. M. N. C. Dec. II. an. 5. App. p. 53.*

§. 6.

§. 6.

Variis autem modis geminos ſibi adnaſci partusque monſtroſos formare ſequentes & aliæ teſtantur obſervationes. Hiſtoriam & anatomen gemellorum coalitorum anno 1702. in Pruſſia natorum commemorat Philippus Jacobus Hartmannus *M. N. C. D. III. an. 9. & 10. obſ. 189. p. 332 ſeq.* in quo fœtu monſtroſo apparuerunt 1) duo capita cum faciebus collisque duobus. 2) Brachia, cubiti manusque quatuor. 3) Thorax cum ſterno utrobique adhuc duplex, circa cartilaginis enſiformis regionem vero in unum coaleſcens, coſtis nothis abhinc verſus latera protenſis. &c. *Exempla.* Ejusmodi exempla congeſſit etiam Fortunius Licetus, *de Monſtris lib. II. p. 77. 79 ſeq. p. 90. 105. 119.* &c. quem tractatum gallice reddidit Jean Palfyn, cujus *vid. pag. m. 10. 11 ſeq., it. 107. 114.* quibus locis non modo varios fœtus diverſimode connexos, ſed etiam gemellum alterius umbilico vel lateri monſtroſe adhærentem reperies. vid. etiam Joh. Georg. Schenck. *hiſtor. monſtror. p. 15. 22. 24 ſeq. 50 ſeq. 65 ſeq.* De infante cum capite duplici, & corde ſimplici, vid. Lud. Cælii Rhodig. *lect. antiqu. lib. XXIV. cap. 3. f. 915.* v. etiam Philipp. Camerar. *Hor. ſubciſ. cent. II. cap. 67. p. 275 ſeq.* Anton. Deuſing. *de fœt. Muſſip. p. 19.* Anno 1664. Viennæ peperit mulier quædam gemellas concretas mortuas, quarum corpus duo habebat capita, ſed in unum concreta, duo ora, quatuor oculos, duplicem naſum, binas tantum aures, brachia duo &c. annotante Johanne Georgio Greiſelio *M. N. C. Dec. I. a. 1. obſ. 55. p. 152.* Gemellas femellas thorace medio unico concluſas, cum collo & capite duplici artubusque geminatis &c. enixa eſt Margareta Freuberin, referente Johanne Mauricio Hoffmanno *M. N. C. Dec. II. an. 4. obſ. 152. p. 288.* De gemellis monſtroſis, coalitis partibus obſcœnis obſervationem annotavit Johannes Conradus Peyerus *M. N. C. Dec. II. an. 2. obſ. III. p. 267.* Vinitoris ſcilicet uxor Scaphuſæ 1675. gemellos feminini ſexus difficillimo partu enixa eſt, coalitis oſſibus ſacris & partibus obſcœnis, monſtroſos:

qui uterum habebant geminum totidemque vaginas, ſed vulvam unicam; bina item inteſtina recta, unum tamen podicem. Gemellorum corporibus concretorum exempla varia collegit Johannes Helwigius *obſ. 13. 14. & 15. p. 35 ſeqq.* vid. etiam *M. N. C. Dec. I. an. 3. obſ. 129. p. 217.* Johan. Lang. *epiſtol. medicin. lib. II. epiſt. 8. p. 534. ſeq.* Amat. Luſit. *Curat. medic. cent. III. cur. 57. fol. m. 273.* Marc. Mapp. de *Acephal. p. 18 ſeq.* Th. Barthol. *hiſtor. anatom. cent. I. hiſtor. 66. p. 102.* in quibus autoribus etiam gemelli occurrunt, quorum alter ex alterius pectore vel alia parte dependet. *v. p. 60.*

§. 7.

Gemelli coaliti & ſeparati.

De gemellis ſibi invicem adnatis feliciter tamen ſeparatis ſequentem obſervationem recenſet Emanuel Kœnig *M. N. C. Dec. II. an. 8. obſ. 145. p. 305.* Infra Baſileam in pago Huttingen prope Rhenum, mulier, dicta Clementia Meyerin, gemellos peperit ſexus feminini, quibus nomen Eliſabethæ & Catharinæ in ſacro baptiſmate impoſitum erat, non ſine magnis partus doloribus, idque ex perverſo alterius fœtus ſitu, retroflexis capite & pedibus; Lucina tamen favente matreque vegetæ firmæque conſtitutionis exiſtente ambo vivi permanſere & adhuc ſunt vegeti. In hoc partus negotio præprimis ſtupendus erat horum infantum coalitus, a cartilagine enſiformi usque ad eorum umbilicos in unum funem, ſummopere craſſum contortos, vaſis ordinariis duplicibus, quatuor ſcilicet arteriis & binis venis, facili negotio diſcernendis. Contigit vero hic coalitus in ipſis cartilaginibus enſiformibus, dum in ovorum evolutione hæ partes adhuc membranaceæ exiſterent, & ſibi e tali regione prope nimis accederent, ceu curioſiſſimæ obſervationes Theodori Kerckringii *Oſteogen. fœt. cap. 1. p. 213.* hoc illuſtrat. Quia vero in cartilagine ex fibrarum compage ſtrictiori & duriori ſenſus aut nullus aut obtuſiſſimus ſaltem exiſtit, ſeparatio tenellorum horum infantum etiam ſine convulſionibus ſupervenientibus tanto facilius &

tu-

tutius inſtitui potuit, ligatura ſcilicet prægreſſa indies ſtrictiori dein cultelli ſciſſura.

§. 8.

Non autem ſolum a feminis humanis, ſed etiam brutis naſcuntur gemelli monſtroſi, ſive bruta binis capitibus, pluribus pedibus, & alia conformatione monſtroſa, vituli enim bicipitis cum ſex pedibus meminit Olaus Borrichius in Thom. Bartholin. *epiſt. medic. cent. IV. epiſt. 17. p. 78.* in nundinis Lugdunenſibus, inquiens, nil pæne in naturalibus rarum occurrit, præter vituli bicipitis, ex utero ſecti exuvias. Excreverat in utero vitulus iſte in juſtam magnitudinem, amphisbænæ ſimilis, quippe alterum illi caput ordinaria ſede, alterum loco caudæ, utrumque craſſum & validum, ſex illi pedes eo ordine diſpoſiti, ut primus capiti ſupponeretur primo, duo ſequentes vicino trunco, quartus alteri capiti, duo reliqui vicino illi trunco; duo in latere caudæ eminebant, truncus totus aptiſſime ſibi invicem connexus, ut unum animal omnes crederent, duo tamen ei corda fuiſſe, & reliqua interiora duplicata, imo in altero maris, in altero femellæ delituiſſe patrimonium, conſtanter aſſeverabat ille, qui nobis exuvias oſtendit. Anno 1617. menſe Decembri in oppidulo quodam Noribergenſi ex diſſecto corpore hordæ, ſeu vaccæ gravidæ & demortuæ vitulus biceps exemptus fuit, juxta Johann. Helwig. *Obſ. 15. p. 43.* Anno 1658. prope Altorfium in pago a vacca partus monſtroſus edebatur, mox poſt partum extinctus, qui præterquam quod biceps erat, cutis quoque rupturam in utero factam oſtendebat; quam obſervationem cum figura ab Henrico Erndelio delineata, communicat Georgius Segerus *M. N. C. Dec. I. an. 2. obſ. 94. p. 168.* Vitulos aliquot duobus capitibus monſtroſos, item vitulum duobus capitibus, unico corpore, poſterioribus anterioribusque cruribus duplicatis. Porro vitulum ſextipedem, & vitulum cum duobus capitibus caninis ſeptemque pedibus vitulinis, ex Lycoſthene & aliis congeſſit Johannes Geor- *Gemelli coaliti in brutis.*

Georgius Schenckius *monſtror. hiſtor. p. 104 ſeqq.* De vitulo monſtroſo gemello obſervationem atque figuram communicat Johannes Mauricius Hoffmannus *M. N. C. Dec. III. an. 1. obſ. 143. p. 238.* Monſtrum vitulinum biceps ſeu bifrons delineat Johannes Schmidius *M. N. C. Dec. I. an. 4. & 5. obſ. 63. p. 207.* Aliam vitulam bicipitem anno 1673. Stadæ natam depingit Chriſtophorus Liſtorpius *l. a. an. 6. & 7. obſ. 74. p. 103.* Vitulum venalem, cui duo capita a latere conjungebantur, ſe vidiſſe ſcribit Petrus Borellus *hiſtor. med. phyſ. cent. III. hiſt. 3. p. 199.* Idem vitulum vidit, cui caput unicum, corpora duo, cauda tamen una erat imperfecta, & duobus pedibus poſterioribus carebat, ſex enim erant tantum in duobus vitulis per femora conjunctis; caudam unam etiam habuit perfectam, aliam vero imperfectam &c. Ibidem etiam *p. 198.* dictus Borellus ſuem bicorporeum cum unico capite ſe vidiſſe ſcribit. Et porcum uno capite, quatuor auribus, duobus oculis ac linguis, octo pedibus, corpore a capite ad umbilicum usque conjuncto, ad poſteriores vero partes ſeparato, in Suntgoia natum eſſe ex Lycoſthene refert Johannes Georgius Schenckius *l. a. p. 115.* in quo tractatu varia animalium gemellorum & monſtroſorum exempla reperies. In pago Blandio Meloduni ortus eſt agnus triceps; medium caput reliquis craſſius erat; balante uno reliqua pariter balabant capita. vid. Fort. Licet. *de monſtr. lib. I. cap. 4. pag. 22.*

§. 9.

Gemelli in mola. De gemellis in mola comprehenſis ſequentem obſervationem communicat Adamus Brendelius *Ephemerid. academ. nat. cur. cent. III. & IV. obſ. 164. p. 375.* Mulier quædam poſt partum alterum de tenſivo abdominis dolore, murmure & inſultibus hyſtericis, appetitu dejecto, & laſſitudine artuum per tempus aliquot conqueritur, facies pallido & livido infecta colore ſqualet, catamenia inordinate manant; ſubinde penitus exareſcunt, ut tandem in ſuſpicionem graviditatis propter abdominis increſcen-

creſcentis molem, veniret. Demum poſt duos, & quod excurrit, menſes, ex inſperato terrore perculſa, exquiſitiſſimos dolores hyſtericos, & profuſiſſimam menſium fluxionem, cum grumis ſanguineis experitur, inter quos caro deformis, oſſibus deſtituta, & vaſis dives, cum larga hæmorrhagia prodit, in cujus medio duo gemelli concluſi latebant, ſi figuram molæ ſpectes, ad ſimilitudinem parvi cyprini accedebat, de qua mulierculæ multa non ſine riſu confabulabantur. Paulo tamen aliter hanc obſervationem recenſet idem Brendelius *Decad. II. obſervat. anatom. obſ. 3. p. 12.* ſcilicet dictam molam non æque a viva adhuc muliere fuiſſe rejectam, ſed hanc mulierem, cum ultra dimidium anni cachexia conflictata eſſet, tandem lente conſumptam exſpiraſſe. Deinde ſic pergit dictus autor: Secto abdomine, inteſtina in aquam flavam, & eam copioſam immerſa, natitabant, uterus craſſus, durus, ac tantum non ſcirrhoſus, ovarium ſiniſtrum flaccidum & hydatidum plenum, dextrum vero ſolidiuſculum erat, in quo corpus luteum & ſpongioſum, quod ovulo, ut Malpighius de utero ſcribit, pro cuſtodia ſervit, conſpiciebatur. Aperto utero mola, quam vocant, in conſpectum prodibat, qua ſecta, intus duo gemelli, membranulis ſuis inveſtiti, ſed ope amnii ab invicem ſejuncti, latitabant, qui cum mola nitide præparati, in liquore balſamico aſſervantur.

§. 10.

Gemelli ſpecie humana a vacca editi leguntur in Joh. Rhod. *obſ. med. cent. III. obſ. 58. p. 151.* Anno 1618. die 12. Maji ad ampliſſimum conſultiſſimumque virum Jacobum Feſchium juris civilis in academia Baſilienſi anteceſſorem noſtra memoria perſcriptum fuit in vicina provincia, quæ illuſtriſſimo & reverendiſſimo archiduci Leopoldo Auſtriaco parebat, vaccam gemellos peperiſſe forma humana, qui cum ipſa rogo traditi, viro quodam ſibi fuga conſulente. Quæſitum fuit a jurisconſultis collegii, num partus iſte judicio tam præcipiti recte igni fuiſſet expiatus. *Gemelli humana vacca editi.*

§. 11.

Gemelli peregrino sermone loquentes.

De gemellis peregrino idiomate inter se loquentibus extat observatio in Philippi Salmuthi *obs. med. cent. II. obs. 56. p. 85.* Nobili scilicet Curdt de Voigt, præfecto in Paltzkaw, duo nascuntur filii, qui invicem colloquentes peregrino prorsus & incognito idiomate utuntur seque mutuo intelligunt, dum unus alteri aliquid porrigit cum articulato quodam sermone, sed omnibus adstantibus, tam doctis, quam indoctis plane ignoto. Datur parentibus consilium, ut eos separent, & alterum ad agnatos mittant. Obtemperant illi; inde patriam linguam, germanicam nimirum addiscunt.

§. 12.

Gemelli ab interfecta gravida editi.

De gravida interfecta gemellos enitente sequentem observationem refert Philippus Salmuth *obs. med. cent. II. obs. 1. p. 60.* Prope Halam Saxonum nobilis quidam iter faciens perdit bulgam, ex ephippio dependentem. Hanc reperit femina quædam gravida. Obvium hæc habet clericum quendam, cui monstrat hippoperam, eamque se reperisse ait: Bene ait ille, & illam paulisper comitatus interficit, capite prorsus abscisso: peramque secum aufert. Nobilis hanc amissam forte percipiens via illa revertitur, feminam reperit interfectam, & quidem gemellos enixam. Persequitur latronem, quem peram ex brachio adhuc gestantem offendens, quærit, unde illam acceperit? Hic obmutescit: arguit eum nobilis homicidii, fatetur: in carcerem conjicitur. De gravida cum marito suspensa gemellos pariente. v. Guil. Fabric. *epist. ad Mich. Dœring. oper. fol. 906.*

§. 13.

Geminorum coalitorum baptismus,

nomen.

Circa gemellos coalitos seu monstrosos, quorum paulo ante mentionem fecimus, adhuc notandum, multos equidem statim in partu, vel paulo post vita defungi, alios vero per aliquot horas, dies, septimanas, vel etiam annos, superstites permanere, qui non immerito sacro baptismatis lavacro ablui simulque nomen adipi-

adipiſci ſolent. Imprimis autem illis, qui duobus capitibus inſuper etiam duplici pectore gaudent, duplex etiam nomen imponitur, uti de duobus fratribus Italis in pectore connatis recenſet Johannes Helwigius *Obſ. 16. p. 44 ſeq.* his verbis: Anno 1644. menſe Octobri Noribergam venerat homo monſtroſus, natione Italus, annorum ætatis viginti ſeptem, anteriori corporis ſui parte ſub ſterni oſſe xyphoide aliun hominem annexum in faſcia geſtans, vocabatur major Lazarus, minor Johannes Baptiſta Colloreti, ex plebeja familia Genuæ orti, cælibis ſtatus, aliis corporis partibus ab invicem disjunctis, ambo maſculini ſexus, unus altero duplo major. Major vultus colore lurido, barba & capillis ſpadiceis; minor magno capite, vultus colore vivaciore, albo, ſubrubicundo, barba & capillis nigris; alioquin ambo bene formati, præter quod minor dextro crure mancus, & oculos parumper, ſine ulla nictatione & motu, apertos teneret, os quoque parum hiſceret, ut vix dentes ſuperioris maxillæ conſpicerentur, eque levi oris & genarum motu conjiciebatur quicquam ruminare, ebulliente inter labia ſpuma candida, pauca, ac dum hoc fiebat, major plerumque ſyncopen vel cardialgiam quandam ſentiret, quem dolorem tamen aſſumto cibo vel mica panis vino imbuta, mox ſedavit. Major alias pro lubitu ſolus edebat, potabat, ſed ambo ſimul urinam reddiderunt: pulſuum & cordis motus ſingulis erat proprius, ac evidenter ſubſultans. Hunc Lazarum Colloredo Genuenſem bis ſe vidiſſe ſcribit Thomas Bartholinus *Hiſtor. medicin. Cent. I. hiſt. 66. p. m. 102 ſeq.* ſcilicet Hafniæ primum, deinde Baſileæ octo & viginti annorum. Præter ea quæ modo ex Helwigio adduximus, ſequentia addit Bartholinus: Excrementa nulla minor frater excernit niſi per os, nares & aures, nutriturque eo, quod major aſſumit. Unde partes animales & vitales diſtinctas habebit, quum & dormiat, ſudet, moveatur, quando major vel vigilet, vel quieſcat, vel ſiccus eſt. Uterque etiam ſuo nomine ad baptismatis fontem inſignitus fuit, major Lazari, minor Johannis Baptiſtæ.

Lazarus animo ubique præſenti videbatur, niſi quod de fato ſubinde ſollicitus mortem fratris timebat, quod ſe fœtore & putredine exſtinguendum quoque præſagiret, hinc magis in curando fratre, quam ſe laborabat. Peperit autem hos fœtus monſtroſos pellegrina uxor Baptiſtæ Colloreti die 12. Maji 1617. in parœcia ſancti Bartholomæi de Coſta in ditione Genuenſi; baptizati fuerunt, ut duo corpora: unus appellatus eſt Joh. Baptiſta & alter Lazarus; uti ad Fortunium perſcripſit Auguſtinus Pincetus, vid. Joh. Helwig. *l. a. p. 46.* ubi etiam addit: Quod autem mirabile reddit hoc monſtrum, illud eſt, quod unus ſolus lac ſugit, & ambo nutriuntur ac vivunt; & dum major ſugit lac, obſervatur minori lac pervenire usque ad labia, quibus ipſum lambere pergit; quam rem ego vidi & obſervavi. vid. etiam Jean Palfyn *des monſtres p. 124.* Hunc Lazarum Colloredum in Italia primum, deinde & in Alſatia ſe vidiſſe ſcribit Georgius Hieronymus Velſchius *Hecatoſt. I. obſ. 46. p. 62.* Et Vratislaviæ in ſuburbio S. Mauritii eundem vidit Philippus Jacobus Sachſius. *vid. Epiſt. ad Joh. Dan. Major. de cancr. & ſerpent. petrefact. p. 54 ſeq.* Idem monſtrum bicorporeum primo Romæ anno 1617. dehinc iterum magis adultum anno 1623. ſe vidiſſe, refert Paulus Zacchias *Quæſt. med. legal. lib. VII. tit. 1. quæſt. 9. n. 1. fol. 601.* quo loco varia de eodem annectit. Dicto Lazaro in tribus morbis pluries, quam triginta vicibus, venam ſectam fuiſſe, aliaque medicamenta medicos conſulere noluiſſe, ex Harsdörfferi theatro refert Lucas Schrœckius *Additam. ad Joh. Helwig. obſ. 16. p. 49.* Auguſtæ tamen dictus Lazarus, febre tertiana, paroxyſmo tertio terminata, correptus medicamenta, non ſine emolumento, a Lucæ Schrœckii parente, ejusdem nominis, præſcribi ſibi paſſus fuit; cumque purgans hauſiſſet pharmacum, frater ejus, Johannes Baptiſta præter debilitatis alicujus notam, copioſiori, quam alias naturaliter ſolebat, ſalivatione infeſtatus fuerat, durante vero paroxysmo febrili inquietiorem ſeſe præbuerat.

§. 14.

§. 14.

Aliud exemplum duorum fœtuum ſibi invicem cohærentium refert Paulus Zacchias *Queſt. med. legal. l. a. n. 2. fol. 601.* Anno 1610. natum erat Conſignani menſis Martii die undecima; Eſt autem Conſignanum in Tuſcia diœceſis Piſtorienſis, ortum ex juvencula matre, non majore annis ſedecim. Puelli erant ſexus indiſtincti & ambigui, idcirco uni Johannis, alteri Mariæ nomen impoſitum eſt. Ad umbilicum usque ſuperne optime conformati, inde per epigaſtrium ſibi invicem adverſi cohærentes, crura ad latera exporrigebant, quorum quidem alterum alteri deerat. Utrumque jac ſuxiſſe non ſegnius, quam cæteri pueri faciant nuper-nati, referebant. Sic Margareta Treuberin, quadragenaria major, vidua, conceptas ex inhoneſto concubitu, in pago Hagenhauſen, enixa eſt favente Lucina primum vivas, & baptismatis fonte irrigatas, mox tamen ſubſecuta morte peremtas, femellas, gemellas, ſi capita & artus atque viſcerum plurimorum interranea ſpectes, thoracemedio unico concluſas. Capita erant bina adverſa fronte ſe intuentia, ſiniſtrum tamen paulo majus & rotundum bichorio prius, quam dextrum oblonge depreſſum uteri clauſtra perruperat; Collum geminum numero parem capitis olympum gemina excipiebat cervice, pectus medium a parte anteriore & poſteriore cernebatur, illic & hic proſtante ſterno, una tamen tantum relicta intus thoracis cavitate coſtis, a vertebris dorſi quaſi extremis ad ſternum medium geminum arcuato ductu protenſis &c. vid. Joh. Mauric. Hoffmann. *M. N. C. Dec. II. an. 4. obſ. 152. p. 288.* quo loco dictus Hoffmannus tam externarum, quam internarum partium figuras tribus tabulis æneis inciſas communicat. Aliud gemellorum coalitorum anno 1702. menſe Martio in Pruſſia natorum exemplum communicat Philippus Jacobus Hartmannus *M. N. C. Dec. III. An. 9 & 10. obſ. 189. p. 332.* de quo *p. 334.* ſequens relatio Germanica legitur: *Ein gewiſſer und wahrhaffter Bericht von einer Miß-geburt, welche ſich nahe bey Mühlhauſen, einer Stadt im Königreich*

Alia rara exempla coalitorum.

Preussen in einem Dorffe Nahmens Zipoten in diesem 1702. Jahre, den 9. Martii begeben, die des Schulzens daselbst seine Frau zur Welt gebracht, solcher gestalt: Es sind zwey Knæblein an einander gewachsen, ein iegliches hat seinen Kopff absonderlich, seine zwey Hænde und zwey Næbel gehabt; aber es ist nur ein Bauch, und ein mænnliches Glied, auch nur zwey Füsse gewesen, das eine ist Matthias, das andere aber George getauffet worden, haben beyde gesogen, wenn sie geweinet, hat ein iedes für sich geweinet; sind aber etliche Tage darauff, nachdem sie von vielen Menschen gesehen worden, gestorben und zwar eins eine Stunde eher, als das andere. Sub præsidio Michaelis Ernesti Ettmülleri anno 1708. prodiit disputatio de monstro Hungarico 1701. Szoenii, qui prope Comoram vicus est, a rustica nato. Scilicet primum exitum ex uteri ergastulo molitus est, & ad umbilicum usque prodiit fœtus, in sacri baptismi lavacro Helenæ nomen nactus. Tribus horis post vero demum pedes ejus cum altero fœtu priori adnato, & Juditha vocato, quæ natibus prodiit, sunt exclusi. Obtinet hoc monstrum duo capita, quatuor brachia, totidem pedes, duos truncos. Circa finem vertebrarum lumborum utraque corpora sibi cohærebant &c. vid. Nov. literar. German. *an. 1708. mens. Januar. p. 31.* Puerum bicipitem quatuorque brachia, reliquas autem corporis partes non duplices sed simplices & naturaliter habentem, in choro musico regis Scotiæ dulce modulatum esse variasque linguas calluisse ex Hectore Boethio & Georgio Buchanano refert Erasmus Francisci *lustige Schau-Bühne Tom. II. p. 411.*

§. 15.

Discrepantia voluntatis. Circa hos gemellos maxime quoque notanda est ipsorum quoad mentem & voluntatem discrepantia, sive quod differentis temperamenti corpora habuerint; siquidem sæpissime inter se rixabantur, dum alter hoc, alter vero illud avide affectabat. Quandoque etiam de re aliqua amice inter se consultabant. Item siquando ipsorum partes inferiores, vel pedes contundebantur aliove modo lædebantur, tum utrumque corpus tales persentiebat

bat dolores, econtra vero, ſi vel acu vel alio inſtrumento partes ſuperiores lædebantur, tunc unicum ſive alterum tantum ipſorum corpus læſionem ſentiebat. Denique etiam in ipſa morte differentia hæc annotabatur, quod altero defuncto, alter non ſtatim, ſed poſt multos demum dies ſucceſſive atrophia & putrefactione obierit. Vixerunt autem hi gemelli monſtroſi ad annum usque vigeſimum octavum. Absque dubio etiam his fratribus in baptiſmo diverſa impoſita fuere nomina. Hanc hiſtoriam etiam verbis Buchanani refert Philippus Camerarius *Horar. ſubciſiv. Cent. II. cap. 67. p. 275.* Circa hoc tempus, inquiens, monſtrum novi generis, in Scotia natum eſt, inferiore quidem corporis parte ſpecie maris, nec quicquam a communi hominum forma diſcrepans: Umbilicum vero ſupra trunco corporis & reliquis omnibus membris geminis & ad uſum ac ſpeciem diſcretis. Id rex diligenter & educandum & erudiendum curavit, & maxime in muſicis, qua in re mirabiliter profecit. Quin & varias linguas edidicit, & variis voluntatibus duo corpora ſecum diſcordia diſcutiebant, ac interdum litigabant; interdum veluti in commune conſultabant. Illud etiam in eo mirabile fuit, quod cum inferne crura lumbive offenderentur, utrumque corpus communiter dolorem ſentiebat. Cum vero ſuperne purgeretur aut alioqui læderetur, ad alterum corpus tantum doloris ſenſus perveniebat. Quod diſcrimen in morte quoque fuit magis perſpicuum. Nam cum alterum corpus complures ante alterum dies fuiſſet extinctum, quod ſuperſtes fuit, dimidio ſui computreſcente paulatim contabuit. Vixit diu monſtrum annos XXVIII. & deceſſit adminiſtrante rem Scotiam Johanne prorege. Hac de re ſcribimus confidentius, quod adhuc ſuperſint homines honeſti complures, qui hoc monſtrum viderint. Hæc Buchananus. vid. etiam Johann. Riolan. *Oper. fol. 858.* Eodem modo circa annum ſalutis 1543. in confinio Britanniæ & Normanniæ viſum eſt portentum in una vel potius in duabus mulieribus. Duo erant capita, quatuor

brachia

brachia, & cætera gemina omnia usque ad umbilicum. Inferius duo crura, duo pedes & cætera omnia singula, videbat, comedebat, loquebatur una, flebat, esuriebat altera, ore gemino manducabatur, sed uno meatu digerebatur. Postremo una defuncta supervivit altera, portavit pleno biennio viva mortuam, donec & mole ponderis, & fœtore cadaveris ipsa quoque defecit. Varia eiusmodi exempla adducit Ambrosius Parœus *Thesaur. chirurg. lib. XVII. cap. 2 fol. 1145.* & quidem ex Lycosthene de virginis bicipitis monstrum fitit, quod, dempta capitis geminatione a natura relutat ad amussim membrorum omnium venustate & perfectione convertum erat. Duo illa capita idem habebant edendi & bibendi, idem dormiendi, idem loquendi, idem rerum omnium desiderium, oscula etiam vicissim quærebant benigneque omnes porrigebant. Tandem tamen Bavaria illud exigere visum est, quod [illegible] mota fortiter gravidarum imaginatione, ne similem fœtibus in utero deformitatis impressionem affingere possit. [illegible] Veronæ in Italia nata prodiit duo virgo [illegible] omnibus humeris ad nates usque arctissime adnexa. [illegible] [illegible] [illegible]

ci, & Ludovicæ nomine insigniti sunt. Item *fol. 547.* scribit: Anno 1572. in Ponte Sæo ad Andes oppidulo prodierunt in lucem gemellæ feminæ, cætera membris omnibus perfectæ, nisi quod alterutrius manus siniſtra quatuor tantum digitis distincta erat. Cohærebant autem anterioribus partibus, nempe a mento ad umbilicum usque, qui ipsis unicus, ut & cor unum erat. Vixere semihoram, & regenerationis lavacro insignitæ fuere &c. Sequentem historiam refert Johannes Riolanus *Disput. de monstr. cap. 5. oper. fol. 838.* Anno 1552. in Anglia non procul ab Oxonia natum est monstrum biceps, quatuor manibus donatum, sed ventre unitum, & partibus inferioribus unicum. Ex istis gemellis uno vigilante alter dormiebat, dum hic lætam faciem ostenderet, ille tristis & mœstus apparebat; quindecim dies vixere, sed alter unico die alteri supervixit. Ejusmodi exempla aliquot leguntur in Casp. a Reies *Camp. Elys. quæst. 45. n. 45. p. 560.* Scilicet Paulus Diaconus de monstro similiter narrat, quod post mortem Theodosii natum est; ab infernis ad umbilicum usque perfectus puer erat, mox in duo corpora superius dividebatur, duobus pectoribus, duobus capitibus, quorum unum edere conspiciebatur, jejunante altero, uno etiam vigilante, alterum caput dormiebat; alias etiam utrumque pariter somnum capiebat; nec tamen raro inter se contendebant, uno alterum percutiente, unde aliquando alter, aliquando ambo plorabant. Albertus quoque Magnus de duobus aliis infantibus, sic monstrose unitis mentionem facit, qui diversæ prorsus complexionis erant, & conditionis plane adversæ; cum enim unus furibundus aliquo casu erat cholericus, alter mansuetus & mitis permanebat. Et Henricus de Gandavo de duobus aliis scribit, qui ad invicem & mutuo rixabantur; alter quippe pius erat & devotus, alter vitiosus; ac dum unus orare vólebat, alter de quærendis meretricibus solicitus erat.

§. 16.

Utrum autem ejusmodi gemelli coaliti unicum tantum sint

Coaliti an unicam habeant animam?

animal, ſive an unicam tantum habeant animam, an duas? olim autores contrariis argumentis diſputare ſolebant, dum alii cor, alii vero cerebrum pro animæ ſede habebant. Quando proinde in ejusmodi gemellis inter ſe cohærentibus unicum tantum modo cor reperiebatur, tunc unicam animam, ſi vero duo corda adeſſe judicabantur, duæ quoq; animæ adeſſe credebantur. Inquit enim Ludov. Cœlius Rhod. *Lection. antiqu. lib. XXIV. cap. 3. fol. m. 916.* quod unum cor habet, unum animal eſt, quod duo, animal item duplex coalitum propter conceptuum conjunctionem. Item ſi ex mente Ariſtotelis cor ſit ſedes animæ, eſſet autem unicum, veriſimile eſt ambobus gemellis unicam datam eſſe animam; item cum jecur ſit fons & principium ſanguinis, anima autem ſita ſit in ſanguine: ut ſanguinis, ſic animæ unicum erit principium. Proinde Ariſtoteles gemellos, quibus eſt cor commune, pro uno & eodem animali habuiſſet, etiamſi ſuum cuique eſſet caput diſtinctum, inquit Johannes Riolanus *de monſtr. Pariſ. cap. 5. oper. fol. m. 838.* Contra medicorum, pergit idem, & Platonis opinione cerebrum eſt ſedes rationalis animæ, illic ἡγεμόνικον reſidere hoc ſigno demonſtratur, quod medici, quanquam jurati Peripatetici, tamen læſa ratione, memoria aut imaginatione, capiti admoveant topica, non cordi aut jecori. Atqui unaquæque gemellarum Pariſienſium ſuum cerebrum habebat. Quare probabilius eſt, ſi duos pueros diſcretos & perfectos vel tales femellas natura inſtituit, ita differentes animas indidiſſe. Quam ultimam ſententiam, ſcilicet tales gemellos coalitos duo habentes capita duas quoque habere animas duosque eſſe homines, plerique recentiorum amplectuntur, cum tales bicipites diverſas ſuas cogitationes explicent, atque differentes edant actiones, uti ex hactenus allegatis exemplis liquet, ſiquidem de gemellis a Philippo Jacobo Hartmanno *M. N. C. Dec. III. An 9 & 10. pag. 334.* recenſetur, quod altero dormiente, alter ſe vigilem; altero ejulante, alter pacatum; altero ſitiente, alter ſe exſatiatum oſtenderit. Neque etiam, uno ægrotante, alter eidem morbo eſt expoſi-

poſitus, quod in gemellis, quorum ex Michaele Erneſto Ettmüllero mentionem fecimus, Lipſiæ contigit, ubi Juditha vomitu vexata fuit, Helena exiſtente ſalva. Utræque tamen variolis laborarunt, quod propter contagium varioloſum factum eſſe innuit dictus autor. Imperante Theodoſio Cæſare puer natus fuit, qui umbilicotenus integer extabat, ſuperne autem partes ejusdem gemina facie apparebant, ut duo pectora totidemque capita eſſent, ſuis partibus ac ſenſibus prædita. Nam & una pars aliquando cibis & potione utebatur, altera abſtinebat. Sic itidem in ſomno, quiete, varie ac differenter ſe habebant, ut viciſſim luſitarent, & riſu, & lacrymis tenerentur, mutuisque plagis ſe cæderent, ac ſi diverſis animis atque ingenio forent. vid. Joh. Georg. Schenck. *monſtror. hiſtor. p. 16.* Tales differentes actiones etiam paulo ante ex Philippo Camerario, Johanne Riolano, & Caſparo a Reies adduximus. Quamvis etiam alii gemelli, ſecundum Paræi exemplum idem edendi & bibendi, idem dormiendi & loquendi, idemque rerum omnium deſiderium habuerint, minime tamen exinde unicam tantum animam concludere licet, cum absque dubio variæ diſcrepantiæ in iisdem fuerint obſervatæ. Notatu digna eſt etiam obſervatio, quam idem Schenckius *l. a. p. 20 ſeq.* ex Jacobo Rueff recenſet: Anno 1538. natus eſt quidam & ad perfecti viri ſtaturam excrevit, capite & humeris tantum geminus, ita ut caput alterum ante, alterum retro eſſet, mira interim ſimilitudine: Barbis etiam & oculis ſeſe referebant mutuo. Idem erat cibi appetitus, fames eadem, vox ſimillima, idem uxoris, quam habebat, & excernendi utrisque capitibus erat deſiderium. Annum excidebat trigeſimum, quando hunc videre Jacobo Rueff contigit.

§. 17.

Quamvis autem nonnulli autores in illis quoque gemellis, in quibus non modo duo capita, ſed etiam duplex thorax apparent, utriusque autem fœtus coalitus vel circa cartilaginem enſifor- *An coaliti unicum habeant cor?*

mem, vel circa umbilicum incipit, non immerito duo in iisdem corda duasque animas præsupponant, dubii tamen interim manent, an in iis fœtibus, in quibus duo equidem capita vel etiam duo colla, totum vero reliquum corpus quoad externa simplex tantummodo & naturale apparent, unicum solummodo cor lateat, secundum cujus numerum dicto fœtui vel unicam vel duplicem animam adscribere possint; siquidem in ejusmodi gemellis interdum vel duo perfecta corda, vel unicum divisum pluribusque cavitatibus dotatum, interdum etiam duplex epar & intestina aliaque viscera deprehenduntur duplicia; quorum tamen simplicitatem vel duplicitatem, cujus notitia ad nominis in baptismo impositionem maxime necessaria esset, absque dissectione minime dignoscere licebit: quapropter potius ex capitibus, tanquam partibus principalibus externis, quam cordibus interne latentibus judicandum erit.

§. 18.

Gemelli duo in abdomine retenti.

De duobus gemellis, diversi sexus, per conceptionem tubariam, extra uterum in abdomine per septem fere annos occlusis, posteaque defuncta illustrissima matre a chirurgo quodam exemptis, exemplum communicat Franciscus Mayr *M. N. C. Dec. III. an. 4. obs. 77. p. 167. seqq.* quam alibi, ubi de conception. tubar. egimus, prolixius recensuimus. Scribit etiam Alexander Benedictus *de re medic. lib. XXV. cap. 23. fol. 475.* in Cypro insula tempestate nostra feminam geminos peperisse, accepimus, alterum octavo mense, alterum decimo nono macie confectum utrinque dentatum, qui capitis partem, quam sinciput vocamus, consumpserat: is statim editus omnium admiratione per umbilicum irrepsisse dicitur: tanquam monstrificum animal vivum sepeliri jusserunt.

§. 19.

Gemellorum jus primogenituræ.

De gemellorum primogenitura sive cuinam illorum primogeniti nomen & jus proprie tribui debeat, cum aliis ad dominos

juris-

jurisconſultos imprimis ſpectantibus, evolvatur Paul. Zacch. *Quæſt. medic. legal. libr. IX. tit. 12. qu. 1. fol. 817 ſeqq.* Herm. Frider. Teichmeyer. *inſtitut. medic. legal. cap. II. p. 11 ſeqq.* Conrad. Philipp. Hoffmann. *de puerper. tempor. cap. II. §. 35. ſeq. p. 61 ſeqq. ad 65.*

SECTIO III.

De ſuperfœtatione.

CAPUT I.

De Superfœtationis poſſibilitate.

§. 1.

Superfœtatio.

FActa aliquoties in gemellatione ſuperfœtationis mentio, pluribus adhuc de eadem differendi occaſionem præbet.

differt a gemellatione.

Quamvis enim tam in gemellis quam ſuperfœtatis ſimul duo fœtus in utero materno contineantur, hæc tamen inter eos intercedit differentia, ut illi uno eodemque tempore concipiantur, poſteaque eodem etiam tempore naſcantur, hi vero ſucceſſive diverſoque tempore tam concipiantur, quam naſcantur, ita ut uno partu jam edito, ſucceſſive alius vel plures fœtus diverſa poſt tempora edantur; ſive ut gemellorum ovula uno eodemque coitu, vel eadem nocte repetitis congreſſibus fœcundentur, poſteaque eodem partu, vel paulo poſt, & ſæpe quidem iisdem membranis incluſi, gemelli edantur; ſuperfœtatorum autem ovula non ſimul, ſed poſt aliquot dierum, ſeptimanarum, vel longius etiam temporis ſpatium, diverſis amplexibus, imprægnentur, ideoque etiam neque iisdem contenti ſecundinis, ſive membranis, neque eodem tempore, ſed pro diverſitate conceptionis, modo citius, modo tardius poſt ſe invicem ſuperfœtati excludantur. Et Chriſtianus Fridericus Garmannus *Diſcurſ. phyſ. med. de gemell. & part. numeroſior. cap. 1. §. 6.* partum gemellorum a ſuperfœtatione ita diſtinguit: quod gemellorum conceptus

uno aut ſaltem mox iterato congreſſu fiat, eique unico partu, quamvis ſucceſſive excludantur; ſuperfœtatio autem fiat aliquando poſt aliquot ſeptimanarum decurſum, prius facta conceptione. Unde ſi duos fœtus hoc modo utero geſtet gravida, improprie gemini dicantur, quia nec uno coitu concepti, nec uno inſtante partus termino lucem haurire geſtiant. Et juxta Wilh. Hulder. Waldſchmieds *Diſſertat. de ſuperfœtat.* ſentiendum eſt: ſi uno congreſſu ovulum fœcundum redditur, ſimplex fit conceptio, aut gemellorum, cæteris tamen paribus; ſi duorum vel plurium fœtuum rudimenta præexſtiterint in tali ovulo: id quod etiam, ſed multo infrequentius contingit, ſi unum, duo, tria ovula unico coitu imprægnantur. E contrario fit ſuperfœtatio, ſi a prima ovuli cujusdam fœcundatione & conceptione, a nova cohabitatione poſt temporis aliquod intervallum inſtituta, novum imprægnatur ovulum, novaque fit ſuper priorem conceptionem conceptio. Secundum Petri Pauli Peredæ *Schol. in Mich. Johann. Paſchalii method. curand. lib. I. cap. 55. pag. m. 153. b.* ſuperfœtatio non ſolum in primo menſe, ſed & in quarto & quinto contingit; quod ſequenti exemplo confirmat: Uxor cujusdam doctoris, qui hic Valentiæ regiæ cancellariæ præſidebat, Gallart appellati, poſt quatuor menſes ab obitu viri filium peperit, & deinde nono menſe alterum &c.

§. 2.

Definitio. Varie tamen ſuperfœtationem medici deſcribunt, ſiquidem Danieli Sennerto *pract. medic. lib. IV. Part. II. ſect. 4. cap. 6. p. m. 308.* ſuperfœtatio appellatur, quando ex diverſis congreſſibus plures fœtus concipiuntur. Et juxta Ambroſ. Paræi *chir. lib. XXIII. de homin. generat. cap. 32. fol. 519.* ſuperfœtatio nihil aliud eſt, quam ſecunda quædam conceptio, cum ſcilicet gravida jam mulier iterum viri concubitu uſa concipit. vid. etiam Joh. Conrad. Axtii *dialog. de part. ſeptimeſtr. p. 71.* Quæ tamen Paræi definitio Paulo Zacchiæ *quæſt. med. legal. lib. I. tit. 3. qu. 4. n. 2. fol. m. 102.*

m. 102. non probatur, cum non explicet rei naturam, niſi verborum circumvolutione eam declaret, ut ab ipſo factitatum eſt. Siquidem dicentes: quod ſuperfœtatio eſt ſecunda quædam conceptio, poſſumus & hanc ſecundam conceptionem factam intelligere poſt prioris conceptus editionem. Et Georgius Francus *annot.* in dictum Zacchiæ locum, recte Paræi definitionem a Zacchia taxari ſcribit, nec meliorem eſſe Sennerti addit. Idemque Francus etiam *ſatyr. medic. 13. §. 3. p. m. 222.* inquit: Secundum Herculis Saxoniæ praxin ſuperfœtatio nihil eſt aliud, quam ſecunda conceptio poſt primam facta. Sed quot inſtantias hæc patitur deſcriptio, bone deus! nec multo videtur melior illa Sennerti, quæ dicitur eſſe, quando ex diverſis congreſſibus plures fœtus concipiuntur. Quamvis autem Sennerti atque Saxoniæ definitiones aliquam obſcuritatem præ ſe ferre videantur, vix tamen Paræi definitio, mea quidem ſententia, neque a Paulo Zacchia, neque a Georgio Franco virgulam cenſoriam meruiſſe videtur, cum non modo ibidem mulieris gravidæ, ſed etiam viri concubitu iterum uſæ mentionem faciat? imo ipſe Zacchias Paræi verba pro ipſius quaſi excuſatione adducat, neceſſe, inquiens, habet Paræi definitio ea, quæ ibi ſequitur, declaratione, nimirum, cum ſcilicet mulier adhuc gravida iterum concipit. Porro Michael Ettmüllerus *oper. tom. II. fol. 1073.* inquit: Superfœtatio fit, quando ovulum unum, & poſt aliquot ſeptimanas vel menſes repetito denuo congreſſu aliud fœcundatur, unde poſt partum primum aliquot ſeptimanarum vel menſium alius partus vitalis ſupervenit. Hermannus Fridericus Teichmeyerus *inſtitut. medic. legal. cap. II. p. 73.* ſuperfœtationem ita definit: Superfœtatio ſive ſuperimprægnatio, germanice *Uberſchwængerung*, eſt conceptio, ſupra conceptionem facta, cum ſcilicet mulier jam gravida iterum ex novo coitu & novo ſemine alium inſimul fœtum concipit. Anutius Foëſius *annotat. in Hippocrat. oper. ſect. VII. f. 236.* ſuperfœtationem vocat, quan-

quando concepto fœtu, alter præpoſtere conceptus eſt. Andreæ Laurentio *hiſtor. anat. lib. VIII. quæſt. 22. fol. 313.* eſt ſuperfœtatio, quam græci ἐπικύησιν dicunt, nihil aliud, quam ſecunda conceptio, cum gravida jam mulier iterum cum viro coiens concipit, quaſi ſit nova quædam ſupra jam conceptum puellum fœtatio. Et juxta Conrad. Phil. Hoffmann. *de puerper. tempor. cap. 2. §. 31. p. 55.* ſuperfœtatio nihil aliud eſt, quam conceptio ſupra conceptionem factâ, cum ſuperfœtatio fiat, quando mulier, quæ jam concepit, & gravida eſt, ex novo coitu, novoque ſemine, alium inſuper fœtum concipit.

§. 3.

Denominatio. Pro meliori autem ſuperfœtationis explicatione alii autores alia denominatione aliaque deſcriptione utuntur. Nonnulli enim eandem ſuperimprægnationem, alii conceptionem ſupra conceptionem, græce ἐπικύημα vel ἐπικύησιν ab ἐπικυέω vel ἐπικυίσκω, vel ab ἐπὶ ſuper & κύω gravida ſum. v. Joh. Jac. Fr. Vicar. *Baſ. medicin. lib. I. c. 3. p. 32.* Germanice *Uberſchwængerung*, vid. Coſm. Viardel *Hebammenbuch lib. I. cap. 6. p. 23.* Nomen græcum ἐπικύημα Johannes Gorræus *definit. fol. 113. b.* explicat, quod ſit fœtus alter gravida jam muliere conceptus. Sic Paulo Zacchiæ *Deſcriptio.* *l. a.* ſuperfœtatio tunc fit, cum mulier, quæ jam concepit & gravida adhuc eſt, ex novo coitu ac novo ſemine alium inſuper fœtum concipit; Et juxta Joh. Fernel. *phyſiolog. lib. VII. cap. 12. p. m. 190.* ſi poſt conceptionem ex alio congreſſu ſemen utero concipitur, gemelli non fiunt, ſed ea fit, quæ ſuperfœtatio dici ſolet. Non enim uno tempore, ſed dierum interjecto numero eduntur ii fœtus: eſtque ut concipiendi, ſic & pariendi, tempus varium; vel ſecundum Georg. Franc. de Franckenau *ſatyr. medic. 13. p. 222.* eſt ſuperfœtatio, qua intra pauciores dies, hebdomadas vel menſes, poſt prioris fœtus alicujus conceptionem, unus vel etiam plures adhuc fœtus ex diverſis congreſſibus concipiuntur. Johannes Sperling de *format. homin. in uter. cap. 4. qu. 3. p. 75.* inquit: Super-

Superfœtatio eſt conceptio ſupra conceptionem facta. Cum ſcilicet gravida iterum congrediens ſupra fœtum priorem concipit alium. Et Michael Ettmüllerus *Oper. Tom. I. fol. m. 163.* ſtatuit, quod, ſi poſt aliquot, a prima conceptione, ſeptimanas vel menſes ex repetito denuo coitu contingat, ut unum ovulorum in ovariis poſt alterum fœcundetur, fiat ſuperfœtatio, unde partum primum aliquot ſeptimanarum vel menſium ſpatio alius partus ſupervenit. Vel juxta verba Johannis Muralti *Colleg. anat. lect. 12. p. 200. Die Uberſchwængerung iſt eine zweyte Empfængniß, welche geſchiehet, wenn das Kind in der Mutter allbereit formiret iſt, und ſeine Gliedmaſſen hat, da dann die Frau in ihrem Leibe noch ein anders empfængt, welches zwar ſelten bey den Menſchen, œffters aber bey unvernünfftigen Thieren zu geſchehen pfleget.* Quæ verba etiam in Coſm. Viardel *l. a. p. 23.* extant.

§. 4.

Utrum vero revera in mulieribus dentur ejusmodi ſuperfœtationes, nonnulli veterum medicorum, & quidem ideo dubitarunt, quia gravidis poſt primam conceptionem internum uteri orificium ita claudatur, ut ne acum quidem, multo minus, pro novo fœtu ſufficientem ſeminis virilis quantitatem admittere poſſit; deinde etiam quod uterus absque ſummo fœtus in utero jam commorantis detrimento aperiri non poſſit. Inſuper etiam prior fœtus veteribus uteri cavitatem adeo implere credebatur, ut nulla ſuperſint loca, quibus poſterior adhærere aut ſaltem, propter compreſſionem, commode accreſcere poſſit. Unde periculum oriatur, ne prioris fœtus immatura conſequatur excluſio. vid. Caſp. Theoph. Bierling. *Theſaur. theor. practic. caſ. 69. p. 901.* Alii contra ſuperfœtationem hanc quoque movent objectionem: ſi vaſa omnia primi fœtus chorio & involucris ita adhærent, ut ob id menſtrui ſanguinis nihil profluere poſſit, ac, ſi profluat, abortionis periculum portendat, quia vincula & vaſa abrupta eſſe indicium eſt; qui fieri poteſt, ut ſuperfœtatio fiat, ſi neque ſunt va-

Superfœtatio an detur? Negatur.

ſa, quibus coagmentetur novum chorium, neque, per quæ novus fœtus alimentum ſuſcipiat? vid. Roder. a Caſtr. *de Natur. mulier. lib. III. cap. 13. p. 149.* Negativæ quoque ſententiæ ex recentioribus adhæret Gerardus Blaſius *Comment. in Joh. Vesling. Syntagm. anatom. cap. 7. pag. 102.* Inſcitiæ, inquiens, in anatomicis indicium non parvæ eſt, in utero muliebri cellulas quærere, majoris, hinc contendere, poſſe feminam fœtus plurimos concipere: nihil enim tam rarum, quam vera ſuperfœtatio, quam cum Cl. Patino aliisque neque unquam vidi, neque poſſibilem judico, licet varii contrarium ſuſtinere conentur. Quidam etiam feminis humanis ſuperfœtationem non concedunt, quia ipſarum uteri, non æque ac brutarum feminarum ſæpe ſuperfœtantium, in duas vel plures cellulas ſunt diviſi, &c. vid. Joann. Hucher. *de Sterilitat. lib. III. p. 453.* Dicunt etiam multi, impoſſibile eſſe, ut uno edito eoque primo partu atque perfectiore, alter ſuperfœtatus, non ſimul in tanto naturæ conamine ejiciatur. vid. Georg. Franc. *Satyr. 13. p. 223.* Paul. Zacch. *Quæſt. medic. legal. lib. I. tit 3. qu. 3. n. 2. fol. 97.* Et Johannes Sperlingius *de Format. homin. cap. 4. qu. 3. p. 76.* negantium rationes his verbis explicat: Si uterus facta conceptione tam exquiſite clauditur, ut ne acus quidem aciem & ſpecilli cuspidem admittat, unde illa nova conceptio? Si virili ſemini ad uterum, ob oſculum interius exactiſſime clauſum, non patet aditus, unde illa ſuperfœtatio? Et pateat porta, nullum tamen in uteri cavitate vacuum datur, cui ſemen novum immitti, & conceptus ſupra conceptum fieri poſſit? Fiat autem & hoc, aperiatur uterus, immittatur ſemen novum, qui vero accidit, quod conceptus prior non exeat? Quibus ille coercetur repagulis? præſertim cum intra tres, quatuor aut quinque dies poſt primum conceptum contingit ſuperfœtatio. Vetat Hippocrates mulierem coire poſt ſemen retentum per decem aut duodecim dies. Quia nempe verendum, ne ejiciatur conceptus prior. Si hoc, cur idem non accidit in ſuperfœtatione? Forſan ſuperfœtare cum creduntur quædam,

dam, id habemus, quod in tritico: Cum ſcilicet ex uno grano tritici plures pullulant ſpicæ, quarum una citius, altera ſerius maturescit, una ad perfectionem perducitur, altera vacua & infructuoſa remanet. Plures autores ſuperfœtationem negantes allegat G. Francus *Satyr. med. 13. p. 220. 222.* vid. Caſp. Poſner. *Geneanth. Tab. 4.*

§. 5.

Sequentes rationes contra ſuperfœtationem ex aliis autoribus allegat atque defendit recens autor A. O. Gœlicke *Med. Forenſ. ſpec. III. §. 3. p. 34 ſ.* 1) Superfœtationem eſſe rem usque adeo raram, imo rariſſimam, ut inter millies millenas imprægnationes vix ſemel atq; iterum contingere ſoleat. 2) Nullam femellam brutam ſuperfœtare, ſola muliere excepta. 3) Superfœtationem non modo ægerrime per ſe agnoſci, ſed & ſuperfœtatum a gemellis haud facile diſcerni. 4) Superfœtationem fieri vix poſſe, niſi tribus vel quatuor diebus poſt priorem conceptionem. Quod tamen adſertum qua ratione cum eo conciliandum ſit, quod integris quadraginta diebus vel duobus demum menſibus ſuperfœtatum poſt primum legitimum conceptum excludi poſſit, vix apparet. 5) Superfœtationem non niſi a primo conceptionis legitimæ die ad trigeſimum usque contingere; transacto illo tempore autem prorſum impoſſibilem eſſe; quia, cum uterus paulatim indies repleretur ſemen recens vix admittere, nedum admiſſum retinere valeret. 6) Ipſas quoque leges ſuperfœtationem talem, quadraginta diebus poſt primam conceptionem factam inter portenta & miracula naturæ referre. Ex his præſuppoſitis doctrinæ de ſuperfœtatione falſitatem liquido agnoſci poſſe, prolixius monſtrare conatur allegatus autor, qui etiam *p. 44.* pergit, portentoſas veterum enarrationes de ſuperfœtatione multis quoque recentiorum glaucoma induxiſſe, & inter multos alios bonum quoque Sennertum ſeduxiſſe, ut non modo ipſius ſuperfœtationis exiſtentiam agnoſceret, ſed & cauſas ejus, differentias, ſigna tam diagnoſtica, quam prognoſtica ipſamque plane medendi methodum cum

therapia tradiderit. Quod ipſum nihil reapſe aliud eſt, quam quis regionem Slaraſſorum, quæ nunquam in rerum natura fuit, ſecundum principaliores urbes, vicos, pagos, ſylvas, flumina, montes, imo incolas plane deſcribere vellet. Omnimodam orificii uterini clauſuram poſt primam conceptionem indicat etiam H. v. Poort *in Hippocrat. Aphoriſt metric. Paraphr. p. 9 ſeq.* ita canens:

Cum virum paſſa eſt mulier, futuri
Siquidem fœtus rudimenta matrix
Claudit, arctari ſolet, ut marinæ
Tegmina conchæ:

§. 6.

Aliorum ſententia affirmativa. Adductis tamen veterum rationibus alii diverſimode contradicunt: v. g. ad objectionem de plenaria orificii uterini, poſt factam conceptionem, occluſione, item de ſanguinis menſtrui impedito affluxu hincque dependente abortu ita reſpondet Rodericus a Caſtro *de Natur. mulier. lib. III. cap. 13. p. 149.* primæ objectioni ſunt qui reſpondent, gravidarum uterum in coitu perpetuo aperiri, veteres tamen docuiſſe, ſponte ſua non hiare; alii uterum poſt conceptionem, certis temporis intervallis aperiri, rentur, ut excrementitiis humoribus, qui in ipſo cumulari ſolent, exitus pateat, ideoque concipere gravidam, quæ tum temporis in viri amplexum venerit; Qui tamen rem accuratius conſiderant, uterum tantummodo aperiri tradunt, cum avidior eſt, & libidine efferatus, aut jucundam nimis ſentit viri titillationem, perinde ac ventriculi orificium, a paſtu clauſum, oblatis delicatioribus cupediis reſeratur, non tamen quibusvis hominibus, ſed edacioribus, hoc tamen rariſſime contingere, atque adeo rariſſime fieri ſuperfœtationem. Secundæ objectioni dicendum eſt, id, perpetuo ſagaciſſimæ naturæ curæ eſſe, ne omnia vaſa pro ſui nutritione unico fœtui implantentur, ſed ſemper aliqua ſervari, vel ad menſium purgationem, ſi forte ſanguis redundet, ne copia fœtura ſuffocetur vel ad novos conceptus alendos, ſi forte concubuerit femina & ſemen

ſemen concipiatur, ut per dicta vaſa, quæ majoris utilitatis gratia otioſa huic uſui relicta ſunt, novum fœtum fabrefaciat. Secundum Joh. Hucher. *de ſteriliat. lib. III. p. 453.* humanis feminis ſecundam conceptionem, prima non ſublata, conſuetam eſſe, autores ſunt Hippocrates & Ariſtoteles, iis ſcilicet, quibus per ardorem libidinis uteri os internum recluditur, ſemenque virile in id uteri latus reconditur, quod a priori conceptu liberum magisque vacuum relictum eſt. Itaque ſuperfœtantes feminas omnes eſſe natura calidas, thoroſas, genitalibus piloſis, acrique ſemine & menſtruo multo circa uterum collecto, turgentes: utero denique ipſo robuſtis facultatibus prædito, ut aperiatur, attrahat retineatque conceptum fœtum præ ſeminis aviditate, neque expellat: ut gravantem ſanguinem ſolet per primos imprægnationis menſes. Et Johannes Sperlingius *loc. modo all. p. 77.* rationes contra ſuperfœtationem allegatas falſis non carere inquit: Falſum eſſe, conceptione facta tam arcte claudi uterum, ut nec mucronem ſpecilli admittat, uti nonnulli Aphorismum Hippocratis *Sect. V. Aph. 51.* ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχυσι, τῶν γὰρ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν vertunt & explicant: Quæ in utero gerunt, harum os uteri clauſum eſt. Qui tamen Spigelio non recte Hippocratem intellexiſſe videntur, qui ita illum vertendum cenſet: quæ uterum ferunt, iis os uteri connivet; συμμύεσθαι enim non ſignificat (ut ipſi explicant) prorſus clauſum eſſe, ut ſtylum ne minimum admittat; ſed connivere, ut nos palpebris, cum dormimus. Item, ex Spigelio pergit Sperlingius, uteri os interius gravidis hiat, tantoque magis, quanto ſunt partui viciniores, quicquid etiam alii crepent ex Hippocrate, cum ipſi nec recte Hippocratem intelligant, neque experientiam conſulant. Ego vero non tantum centies id tetigi, ſed & obſtetrices inveſtigare docui, ut cognoſcerent, revera gravidæ eſſent mulieres, an molam tantum generent, cum facile digito id explorare liceat. Docui quoque easdem, cum tempore partus maxime hiet, inveſtigare, fœtusne verſus terram capite ſit convolutus,

an proprium adhuc ſitum teneat, ex quo colligant, jamjam inſtare partum, aut longius adhuc abeſſe &c. Ex quibus Spigelii verbis ita concludit demum *l. a.* Sperlingius: nihil ergo vetat, uterum conniventem in libidinis ardore hiare novumque ſemen recipere. Sicut & non obſtat, gravidis quandoque per eundem fluere ſanguinem. Neque etiam tanta opus eſt hic cavitate. Tantillum ſpatii pro exiguo ſemper præſto. Membranoſus enim uterus eſt, nunc major fit, nunc minor. Conceptus prior non effluit, quia ſi major fuerit, viginti, triginta aut quadraginta dierum, utero adhæreſcit ope membranarum. Sin minor, & uteri & conceptus robur, effluxum impedit. Hinc non omnes ſuperfœtationis capaces ſunt, ſed calidæ, ſalaces, robuſtæ. Paucis tamen circa modo allegatum Hippocratis Aphoriſmum admonere liceat, cum Spigelio alios quoque autores verbum græcum *συμμύειν* non per claudi ſed connivere reddere, vid. Johann. Tilemann. *Aphoriſm. Hippocrat. p. 37.* Cornel. Stalp. van der Wiel *Obſ. Cent. I. obſ. 74. ſchol. p. 324.* & Johann. Heurn. *Interpret. Aphoriſm. Hippocrat. p. m. 383.* quo tamen loco omnimodam uteri occluſionem intelligit ſimulque mentem ſuam de ſuperfœtationis poſſibilitate annectit; quæres, inquiens, cum conſtet, ſuperfœtationes fieri, an igitur poſt conceptum uterus aliquando aperiatur? maxime id evenit primis menſibus, cum uterus avidiſſime alterum ſemen excipit. Cæterum hoc ſignum intelligitur de illis mulieribus, quæ operam dant liberis, nam in virginibus etiam connivet. Connivet autem os uteri, ne aer ſubeat & ſemen corrumpat, uteríque ne calor evaneſcat, quo utitur potiſſimum ad fœtus conformationem &c. vid. etiam Joh. Bened. Sinibald. *Geneanthrop. lib. VIII. Tract. 2. cap. 3. p. 701 ſeq.* Hieron. Mercurial. *Piſan. prælect. de homin. gener. f. 22.* ubi inquit: Utrum ſuperfœtationes fiant, ut ſcilicet poſt jam factum conceptum, novus plures poſt dies ſuperinducatur, nonnulli dubitarunt, quod apud Hippocratem & Galenum legatur, ubi receptum atque retentum eſt intra uterum ſemen,

men, os ipſius ita occludi, ut nec ſubtiliſſimus acus illud penetrare queat. Verum, quia autores & experimenta oſtendunt, ſuperfœtationes fieri, cenſeri oportet, Hippocratis ſententiam ita eſſe interpretandam, quaſi utplurimum ita contingat; neque os uteri aperiatur, niſi quando is, licet plenus ſeminis eximia voluptate ductus, paulisper ſeſe dilatat, donec illud intro trahat, exigua facta apertura.

§. 7.

Objectiones ſuperfœtationem negantium adducit equidem Paulus Zacchias *quæſt. med. leg. lib. I. tit. 3. qu. 2. fol. 97.* ſimul tamen easdem autoritate & exemplis reſolvit *fol. 99.* Et Georgius Francus de Franckenau *ſatyr. med. 13. §. 4 ſeq. p. 222 ſeq.* ad quæſtionem, an detur ſuperfœtatio? aliquot negantes autores allegat, pagina tamen ſequenti affirmantium partes tam ob autoritatem, quam experientiam, beatiores eſſe prolixe defendit. Superfœtationem affirmat etiam Conradus Philippus Hoffmannus de *puerper. tempor. cap. 2. p. 55 ſeq.* inquiens: Multi equidem negarunt exinde ſuperfœtationem, quod uterus concepto ſemine illico ita arctetur & claudatur, tamque arcte amplexetur, ut vacuus in ejus cavitate locus nullus maneat; imo quod os interius ipſius uteri adeo comprimatur, ut ne ſpecilli quidem tenuiſſimi mucronem admittat. Sed reſpondetur, illud licet verum aſſeramus, ſi tamen mulier coitu utens, ex eo ſummam percipiat delectationem, uterus ingenti illa voluptate irretitus quaſi obviam irruenti ſemini non minus, ac in priori conceptu antea fecerat, hiante ſe offert ore, ut ea, qua flagrat virilis feminis aviditate, ſeſe expleat; atque ratione ejus corpus quatenus per longum arctari, & per latum dilatari poteſt, irruenti ſemini locum aliquem præbet. Idem autor etiam *loco alleg.* ad quæſtionem, num partu jam edito ſucceſſive plures adhuc fœtus, diverſa poſt tempora edi poſſint? reſpondet, quod ſic, idque ex ſuperfœtatione. Caſus, ubi hæc quæſtio JCtis neceſſaria videri poſſit, deprehenditur in

affirm. ratio.

ma-

materia secundarum nuptiarum. Vidua enim de jure prohibetur intra annum luctus ad secundas convolare nuptias. Si quæris hujus constitutionis rationem? sane turbatio sanguinis objicitur, quæ metuenda esset, si secundus maritus cum vidua prægnante relicta concumberet, cum facilius superfœtatio ex concubitu insequi posset. Primaria igitur hujus prohibitionis ratio videtur esse non sanguinis turbatio, sed superfœtatio. Superfœtationem sequenti modo defendit Wilhelmus Huldericus Waldtschmied *dissertat. de superfœtat. B. 2. b.* quodsi a personis fide dignis, ea quæ nec plane nova atque inaudita, nec per naturam impossibilia existunt, & quorum ipsi per propriam experientiam convictos sese affirmant, tradantur, ecquis quæso de talibus dubitabit? Nisi fidem historicam omnem proscribere velimus: imprimis si nulla fraudis aut mendacii suppetat ratio. Atque hæ sunt illæ causæ, illa momenta, quibus ego cum aliis inductus superfœtationi cuidam prætensæ subscribo. Nec plane impossibile est, superfœtatio aut secundi fœtus conceptus, gravida jam existente muliere, aut quando intra pauciores dies, hebdomadas vel menses post prioris fœtus alicujus conceptionem, unus vel etiam plures adhuc fœtus ex diversis congressibus concipiuntur.

§. 8.

Alia sententia. Neque tamen omnes recentium atque superfœtationem defendentium rationes aliis satisfaciunt, inquit enim Andreas Laurentius *histor. anat. lib. VIII. quæst. 22. fol. 24.* fuere quamplurimi, qui uterum certis temporibus mira naturæ providentia ad noxiorum exclusionem aperiri somniarunt. Si ergo ea hora coeat mulier, poterit virile semen, cujus desiderio fremit & ardet, excipere: inde superfœtatio. Sed deliramenta sunt hæc, & meræ nugæ. Si enim certis temporibus toto graviditatis tempore uterus aperitur, ut supervacua expellat, cur retinentur lochia toto novem mensium spatio? Poterit ne ea hora, qua fœda humorum illuvie expurgatur, uterus semen concipere? extinguetur meher-

cie,

cle, & obruetur genitura. Sunt ex neotericis, qui uterum ſemper hiare, neque exquiſite claudi contendunt, ſuumque dogma his rationibus ſtabiliunt: Fluunt ſæpiſſime utero gerentibus menſes pallidi, pituitoſi, nigri, qui in uteri cavitate latitant. Non ergo ita exquiſite ejus oſculum intercluditur. Deinde, mulier gravida in coitu ſemen effundit, quod per pudendum effluere ſentit. Non poteſt autem per pudendum exire, niſi ab uteri cavitate per oſculum eo decedat; quia mulier ſemen ſuum per cornua, id eſt, latera in cavitatem & fundum uteri ejaculatur. Hiat ergo perpetuo oſculum, unde facilis ſuperfœtatio. His rationibus magnum ſe quidpiam feciſſe putant; cum tamen, ob anatomicæ artis imperitiam, Hippocratico ſplendori tenebras offundant. Namque, pergit Laurentius, ut primam eorum rationem impugnem, an ignorant, per uterum duarum venarum propagines ſpargi, quarum aliæ ad internam uteri cavitatem feruntur, fœtum alituræ: aliæ ad exteriorem uteri partem, cervicem & pudendum usque, excurrunt? Per has toto graviditatis tempore ſanguinem fluere, & corporis ſupervacua expurgari quid prohibet, interiore uteri oſculo nullo modo hiante? Poſtrema ratio urgeret magis, niſi a nobis deprehenſi eſſent duo ductus, ſemini muliebri excernendo dicati. Prior ductus ad cornua, hoc eſt, latera uteri emicantia fertur, quo ſemen in uteri fundum, ſi gravida non ſit, ejaculatur. Alter ductus, veteribus & neotericis etiam incognitus, a nobis ſæpe in publicis ſectionibus obſervatus, priori continuus per latera uteri ad cervicem & pudendum deſinit. Hoc gravidas ſemen effundere exiſtimamus, & ideo majore in coitu voluptate frui &c. Ad has duas rationes contra ſuperfœtationem, ſcilicet quod 1) ob uteri, a prima conceptione, conſtrictionem ſperma maſculinum neque excipi neque contineri, multo minus talis conceptio iterata ſuccedere poſſit, 2) quod mulieris, jam prægnantis ſemen, non minus quam maſculinum ad ſecundam conceptionem neceſſarium, hac ratione non in uteri

cavitatem ſeu fundum, ſed potius per certum vas in orificii interni extremitatem atque vaginam effundatur; eadem cum Andrea Laurentio, modo allegato reſpondet Franciſcus Mauriceau *de morb. gravidar. lib. I. cap. 9. p. m. 109 ſeq. edit. germ.* & ex hoc Theophilus Bonet. *polyalth. ſive Theſaur. med. pract. tom. III. lib. V. fol. 334 ſeq.* ubi totum fere Mauricæi caput reperies. Alios autores ſuperfœtationem affirmantes allegat Georgius Francus *ſatyr. med. 13 §. 5. p. 223.* Marcell. Donat. *de med. hiſtor. mirab. lib. IV. c. 16. p. 389 ſeq.* Gregor. Horſt *oper. tom. I. fol. 122 ſeq.* Caſp. Theoph. Bierling *theſaur. theor. pract. caſ. 69. ſchol. p. 902.* Cornel. Solingen *vom Amt der Wehmütter, cap. 5. p. m. 605 ſeq.* Dan. Sennert. *pract. lib. IV. part. II. ſect. 4. cap. 6. p. m. 308 ſeq.* Wilh. Hulder. Waldſchmiedt *diſſert. de ſuperfœtat. B. 4. b.* Herm. Frider. Teichmeyer. *inſtit. medicin. legal. cap. 11. p. 74 ſeq.* Dionis *Traité des accouchem. lib. I. cap. 18. p. 116 ſeq.*

§. 9.

Superfœtationis modus

De modo & cauſis ſuperfœtationis, ſive qua ratione femina jam gravida poſt aliquot tempus denuo concipere, ſicque binos fœtus, alterum majorem, alterum minorem ſimul per tempus in utero geſtare, demumque unum poſt alterum, quandoque poſt aliquot dierum, horarum vel etiam menſium præterlapſum ſpatium parere atque in lucem edere poſſit, varia equidem hactenus adduximus, reſtant tamen adhuc alia ex autoribus annectenda. Inquit ſcilicet Hippocrates *de ſuperfœtat. oper. ſect. III. fol. 41.* ſuperfœtant mulieres, in quibus uteri os poſt primum conceptum non ita valde clauditur. Et juxta Petr. Paul. Peredæ *ſchol. in Mich. Joan. Paſchal. meth. cur. lib. I. cap. 55. p. 153. b.* cauſa ſuperfœtationis non conſiſtit in eo, quod orificium uteri ſit apertum aliquantulum, quæ ſemper evenit orificio ita clauſo, ut ne ſpecilli cuſpidem admittat: ſed in uteri attractione, quæ tunc contingit, quia dilatatur in coitu a fricatione, & calore orificium uteri, & ita ſemen attractum poteſt uteri cavitatem ſubire. Et Coſmus

Viar-

Viardel de *part. mulier. lib. I. cap. 6. p. 24 ſeq.* dicit: *Es iſt derjenigen Meynung am glaubwürdigſten, welche behaupten, daß die Uberſchwängerung bey denen Weibern, welche ſehr blutreich ſind, müglich ſeye. Dieweil ſelbige, ob ſie ſchon empfangen, gleichwohl viel überflüßiges Geblüts haben, welches in der Mutter liegend, dieſelbe erweitert, und offtmahls ſich ſeiner zu entledigen nöthiget, daher es kömmet, daß viele Weiber, auch wohl ſo lange ſie ſchwanger gehen, ihre ordentliche Zeit haben, und durch die Gefæſſe des Halſes der Mutter ſich reinigen, welches nicht geſchehen könte, wenn ſich das innere Mundloch der Mutter nicht augenſcheinlich eröffnete. Wenn nun eine Frau zu ſelbiger Zeit ihrem Manne beywohnet, ſo wird ſie ohne Zweifel deſſelben Saamen in ihrer Mutter empfangen und ein neues Kind gezeuget werden, welches eigentlich eine Uberſchwängerung zu nennen iſt* &c. De cauſſa ſuperfœtationis ita ſcribit Johannes Benedictus Sinibaldus *Geneanthrop. lib. VIII. tr. 2. cap. 3. p. 701.* Verum quidem eſt, & magnus declaravit Hippocrates, poſt conceptionem os uteri adeo connivere, ut vix acus ſpeculum intromitti valeat. Ar non eſt hoc perpetuæ veritatis axioma, quando quidem ob feminis aviditatem interdum penitus illud non occluditur, quare alterum ſemen uti famelicum excipere poteſt; quod ſi in utero congruam ſanguinis reperiat copiam, ſtatim ſequitur coagulatio, fermentatio prævia ad novam prolem; unde colligimus, ſuperfœtationem utplurimum, imo ſemper contingere apud mulieres ſanguiſluas, & quæ ſunt multorum pilorum & multi ſanguinis, propter multitudinem, caliditatis earum. Hujusmodi namque mulieres cum inſuper ratione fervidæ temperiei plurimum in venere delectentur, ideo eſt, ut præ voluptate os uteri dehiſcat ſemenque avidius ebibat &c. Idem ſentit etiam Daniel Sennertus *practic. lib. IV. part. II. ſect. 4. cap. 6. p. 310.* Superfœtatio, inquiens, accidit, dum mulier, quæ antea concepit, cum viro iterum coit, & ex voluptate, quam percipit, uteri orificium ad ſemen arripiendum avidum, nonnihil iterum aperitur, ſemenque attrahit. Si tamen

& cauſa.

uterque fœtus vitalis esse debet, necesse est, ut id accidat a primo conceptus die usque ad quartum aut circiter, quando primus fœtus adhuc exiguus est, ut non difficulter locum inveniat, necdum omnes venarum & arteriarum propagines a primo fœtu sunt occupatæ &c.

§. 10.

Sententia Cornelii Solingen.

De superfœtatione, Belgice Nabevrugtingh genaemt, ita loquitur Cornelius Solingen Vand' Ampt ende Plicht der Vroedvrouwen *cap. 5. p. 11. seq.* De Lysmoeder blyft na de Ontfanckenisse soo langh gesloten, dat een eytje of twee, ider een Kind of twee bevattende, soo groot is, of zyn geworden, dat der selver Nageboortens so vast aen de Lysmoeder, en der selver strengen so sterck zyn geworden, dat die voorsz Nageboorte, of Nageboortens niet ligt van de Baermoeder gesepareerd; of soo dat niet is, de strengh of strengen, door het dickwils bekennen of arbeyden gebroken konnen de werden: Dan kan het beter gebeuren, dat als die actie van wederzyde met groote luft en furie gepleegt werd, de Lysmoeder sich opend; en insonderheyd in een Vrouwspersoon, die gesond en happigh is, en geen verstoppinge van de deelen tot de generatie dienende heeft: soo dat sy alsdan voor de tweedemael ontfangt, ende na 't ontfangen Kind of Kinderen, van welcke laetste een exempel hebbe, eenige tyd na d' eerste kraem voor den dagh brengt. En was dat soo niet, dat de Baermoeder sigh dan weder sloot als vooren, soo soude veeltyds de Vrouwen, als dickmaels luft hebbende gespyckert de werden, in conformité van 't selwige, soo veelmael superfoeteren, dat den Buyck voor alle de selve de kleyn soude werden. En was het dat de Baermoeder soo digt sloot, dat die geen Zaet, noch des selfs damp door liet, soo soude noit een superfoetatie konnen geschieden, en al't resteerende bywacken de vergeefs zyn. Wanneerder twee, trie, of vier dagen na den andern noch een Kind komt, schoon in syn eygen membra-

branen beſloten, kan geen ſuperfœtatie gehieten werden; maer is mede een Kind van een en deſelvige ontfanckenis; 't welck meeſten tyd door onkunde van de Vroedvrouw, aldaer ſoo langh na 't voorige gehuysveſt heeft. Maer de na ontfangene of ſuperfœtationes ſchelen meeſt een maend, ſes weken en meers oock komen die gene die ſteels gewys bekent zyn, een enckeldemael wel van twelingen en drielingen in de kraem, maer noit van een ſuperfœtatie. vid. etiam allegati Solingii verſio Germanica *p. 607 ſeq.* Superfœtationem ab utero bipartito derivare videtur Caſparus Bauhinus inquiens: Anne mulieres eæ, quæ ſuperfœtare ſolent, aut plures fœtus, quam duos, generant, bipartitum uterum habeant, quemadmodum canes, lepores, & ſimilia animalia, quæ multos generant fœtus, mihi dubium movit fratris mei chariſſimi, Johannis Bauhini, obſervatio, qui circa annum 1565. dum ordinarius eſſet Lugdunenſium medicus, in quadam puella uterum bipartitum, qualem canes habent, obſervavit &c.

§. 11.

Sicuti vero veteres medici circa ordinariam conceptionem a modernis admodum diſſentiunt, dum illi ad fœtus formationem feminis virilis, mediante coitu in uteri cavitatem injectionem ejusque cum ſemine muliebri commiſcelam præſupponunt, hi vero fœtus materiam potius in ovulis muliebrium ovariorum, a ſpirituoſa feminis virilis parte imprægnatis quærunt; ita etiam circa ſuperfœtationem priores talem utriusque ſeminis mixturam neceſſariam judicantes, de uteri orificii interni, quod ſtatim a conceptione arctiſſime occlúdi ſtatuunt, nova apertura, pro novo feminis virilis ingreſſu ſeu injectione ſolliciti, modo dictum orificium primis a conceptione diebus apertum permanere, modo poſt aliquot tempus a materia quadam excernenda, vel etiam ab orgaſmo venereo iterum aperiri, ſicque, commiſſo ſimul coitu, mariti ſemen abſorbere ſive immittere defendunt. Quam tamen ſeminum commiſcelam (ut ad ſuperiores rationes paucis reſpon- *Ad priora reſponſio.*

deam) recentiores physiologi non tantum negant, sed etiam conceptionem, in superfœtatione, minime ex liquore isto, qui tempore coitus a feminis quandoque ejicitur vulgoque semen muliebre vocatur, sed, uti modo dictum, ex ovulo a seminis virilis vi plastica, vel spiritu genitali, per parvam orificii aperturam, vel etiam per alias vias, v. g. per vasa sanguinea, vel per porositatem uteri ad ovarium penetrante dependere docent, ut adeo nec magna seminis virilis quantitas, neque orificii uterini apertura semper necessaria sit, cum clauso etiam uteri orificio, vel semine virili ad illud non pertingente, per dictam vim plasticam ovulum impregnari possit; quamvis etiam in gravidis feminis, tam primis, quam ultimis gestationis mensibus, dictum orificium quandoque hiare concedamus, quod tamen non æque pro excipiendo novo semine virili, ac pro excernendis vitiosis humoribus absque fœtus detrimento accidere potest. Huc pertinent verba Cornelii Stalpartii van der Wiel *observat. rar. cent. I. obs. 74. schol. p. 325.* Uteri os postremis mensibus aliquo modo aperitur, quoniam illius ob magnitudinem fœtus extensi cervix contractione brevior fit, ut haud difficile sit per id tempus uteri os digito attingere, præsertim si pedibus gravidæ insistant. Nec metus est, ne aër subintrans fœtui damnum afferat, nam uteri osculum, cum hiet in gravidis, obturatur crassa & lenta materia, quæ non solum impedit ingressum aëris in uterum, sed visciditate sua, [illegible] tempore, [illegible] & pudendum lubricat. Et Nicolaus Venetia *de [illegible] de l'homme part. II. cap. 3. art. 2. p. m. 20.* inquit: Quoy que la plus-part des medecins, apres Hippocrate, disent, que la matrice est tellement fermée apres la conception, qu'il n'est pas possible d'y faire entrer la pointe d'une eguille, nous sommes pourtant persuadez du contraire. Car on sait, qu'elle se [illegible] souvent de ses humidités superflues, & que les femmes sont engroissées une seconde fois. Nous ne manquons pas des femmes, qui nous ont [illegible] des pertes rouges ou blanches, qu'elles sont dans [illegible]

mers

miers mois de leur groſſeſſe, & nous avons des exemples de ſuperfetations, & peut-eſtre plus ſouvent, que nous ne le penſons, car les jumaux, qui naiſſent envelopez de membranes differentes, & qui ſont attachez à un ſeul arrierefais, ſont pour l' ordinaire autant de ſuperfetations, dont on ne s'apperçoit pas. Sic ſtatuit Hermannus Fridericus Teichmeyerus *Inſtit. medic. legal. cap. II. p. 76.* in iis ſubjectis ſuperfœtationem fieri, quorum muſculi ſphincteres uteri natura ſunt relaxati. In his nempe virilis aura, per orificium tale apertum, tranſitum invenire poteſt, atque ulterius moveri ad ipſum ovarium, ovulumque ibi exiſtens maturum irradiare, ſtaminaque in illo contenta, commovere ac vivificare, & ſic ſuperfœtationem præſtare.

§. 12.

Porro cauſam tam gemellationis, quam ſuperfœtationis, in diverſis uteri cellulis quærentes veteres anatome uteri refellit. Utrum etiam uteri cavitas a prima conceptione & unico fœtu adeo impleatur, ut nulla ſuperſint loca, quibus poſterior fœtus, ſive ſuperfœtatus infans, adhærere aut propter compreſſionem commode accreſcere poſſit, ex ea ratione in dubium vocatur, quia dantur gemelli atque trigemini peculiaribus dotati placentis; item ejusmodi ſuperfœtati, qui paulo poſt primum coitum, & quidem primis ſtatim diebus concipiuntur, atque cum duabus placentis uterinis ſibi invicem coalitis eduntur; uti in bis geminis ſeu quatuor fœtibus cum quadruplici placenta obſervavit Lucas Schrœckius *M. N. C. Dec. II. an. 2. obſ. 9. p. 26.* Si proinde quadrigeminis, omnibus partibus rite conformatis, ſingulisque ſpithamas duas longis, uteri cavitas ſatis capax fuit, non eſt ut de duobus infantibus ſuperfœtatis ſufficienti loco dubitemus, cum uteri ſubſtantia indies ſucceſſive magis magisque dilatari atque expandi poſſit. In ſuperfœtatis porro quilibet fœtus peculiare habet chorion & involucra. Cum etiam plura ſint venarum & arteriarum ora ad uterum attinentia, non eſt veriſimile, prioris infantis chorion

Alia refutatio.

chorion omnibus adhærere, ſed quædam libera ſunt, aut ad menſium vacuationem, ſi ea neceſſaria ſit, aut ad novos conceptus alendos, ſi coitu feminam uti contigerit, juxta Caſp. Theoph. Bierling. *Theſaur. theor. pract. obſ. 69. pag. 902.* Annon etiam ſanguis menſtruus in gravidis potius per uteri vaginam, quam cavitatem effluat, ſub judice lis eſt. Quamvis etiam, ſecundum Blaſii ſupra allegata verba, nec Carolus Patinus, nec ipſe Gerardus Blaſius talem ſuperfœtationem unquam viderint, inde tamen minime neganda, cum alii autores eandem vidiſſe teſtentur. Et licet juxta Andreæ Ottomari Gœlicke *loc. paulo ſupra alleg.* ſuperfœtatio ſit res rariſſima, ut inter millies millenas imprægnationes vix ſemel atque iterum contingere ſoleat, ſufficit tamen eandem contingere poſſe; Et quod idem addit, nullam ſcilicet femellam brutam ſuperfœtare, ſola muliere excepta, ſuperfœtationem mulierum potius confirmat, quam negat; cum tamen alii autores, ſecundum hactenus dicta, ſuperfœtationem aliis quoque animalibus brutis adſcribant. Quod de uteri aviditate, attractione & ſuctione ſeminis hinc inde adducitur, fabulis non immerito annumerandum. Neque excluſio unius fœtus ſemper alterius quoque ſimul expulſionem cauſatur, uti ſæpius in gemellis perfectis, quandoque altero vel tertio die ſe invicem ſubſequentibus, obſervare licet. Interim tamen quandoque etiam fœtus ſuperfœtatos ſive poſteriores, ex variis cauſis ſimul cum prioribus prodire, vel ejici aut extrahi poſſe, minime negamus.

§. 13.

Modernorum ſententia. Ut itaque ſuperfœtationis modum ad modernorum mentem paucis deſcribam, ſciendum, quod ſicuti ſimplicis fœtus formationem ex unico ovulo muliebri, virilis ſeminis ſpirituoſa parte imprægnato, recentiores derivant; duorum etiam vel trium fœtuum, unico partu editorum, atque gemellorum vel trigeminorum nomine vulgo venientium, ex duobus vel tribus ovulis, pariter unico congreſſu ſimul fœcundatis, deducunt, (uti in antece-

den-

cedentibus capitibus monſtravi) ita ſuperfœtationem quoque ex duobus vel tribus, non tamen unico coitu, uti in gemellis, ſed diverſis atque differenti tempore celebratis cohabitationibus, imprægnatis ovulis muliebribus, derivant. Scilicet ſi poſt aliquot, a prima conceptione, dies, hebdomadas vel etiam menſes, uxor iterum venereo orgasmo ad novum cum marito congreſſum ſtimulatur, id quod feminis, præ aliis animalibus, vulgare eſſe dicitur, tunc in ejusmodi coitu pariter fœcundo, iterum unum, quandoque etiam plura ovula in ovariis ſolito modo excitata ex ovario a tuba Fallopiana excepta per eandem ad uteri cavum propelluntur, eidemque, uti in priori fœtu factum, firmiter adhærentia novum embryonem ad perfectionem usque nutriendum continent, & usque ad legitimum partus tempus fovent. Cum proinde ſuperfœtatorum conceptio non uno eodemque coitu fiat, uti in gemellis, hinc etiam ſecundum tale fœcundarum cohabitationum differens tempus horum quoque fœtuum partus variat. Juxta verba Marci Gerbezii *Chronolog. medico-practic. An. 5. §. 26. p. 353.* in ſuperfœtationibus res aliter ac in gemellatione accidit: illæ nimirum tunc fiunt, cum, poſtquam unum ovum fuit imprægnatum, acceſſit alter coitus, per quem rurſus aliud ovum accidit imprægnari. De ſuperfœtatione ejusque a gemellatione differentia ita ſcribit Johannes a Muralto *Hippocr. Helvet. p. 380. Die Uberſchwængerung iſt, ſo eine ſchwangere Frau durch groſſen Geluſt in den erſtern Wochen oder Monaten, noch einmahl empfæhet, und von mænnlichem Saamen fruchtbar gemachet wird, weil die Erfahrung bezeuget, daß nach der Geneſung eines Kindes etwan ein ander unvollkommen, oder vollkommen zur Welt gebohren wird, muß man glauben, daß ſolches geſchehen von Uberſchwængerung, dann Zwilling werden mit einander gebohren, dieweil von einem Beyſchlaff zwey Eylein auf einmahl in die Bæhr-Mutter geſtürzet worden. In der Uberſchwængerung gehet erſtlich ein Eylein, bey dem andern Beyſchlaff aber das zweyte herunter, welches wohl mœglich ſeyn kan, weil die Gebæhrmutter ſich nicht ſo geheb*

zuſchlieſſet, wie man vor alten Zeiten gemeynet hat, und iſt der ſpirituoſe Saame kræfftig genug ein ander Eylein herunter zu locken und ſelbiges zu vegetiren; Uber das gehet iederweilen, obgleich die Frau ſchwanger, etwas ſchleimiger Materie und Fluß aus der Gebæhrmutter, alſo daß der Weg nicht verſchloſſen, auch zu einem andern Empfængniß. So nun diß geſchehen, muß nothwendig eine iedere abſonderlich eine Nachgeburt haben, und an ſonderlichem Ort im Grund der Gebæhrmutter angeheffiet ſeyn. Hanc ſententiam confirmat Petrus Linſing. *Inſtitut. med. pag. 87.* inquiens, ſuperfœtatio fit, dum facta ſemel conceptione uterus in concurſu venereo noviter titillatur ac irritatur, ita ut ſpiritus genitalis valvas ejusdem perrumpens denuo in ovario appellat ovulumque fœcundet, nec non tuba uterina a fibris ſui ligamenti per novam ejusmodi fœcundationem irritatis contracta illud ſuo infundibulo excipiat, rurſumque in uterum deferat. Et ſecundum Michael. Ettmüller. *Oper. tom. II. fol. 1073.* ſuperfœtatio fit, quando ovulum unum & poſt aliquot ſeptimanas vel menſes, repetito denuo congreſſu, aliud fœcundatur, unde poſt partum primum aliquot ſeptimanarum vel menſium alius partus vitalis ſupervenit.

§. 14.

Ab uno coitu. Aliam adhuc circa ſuperfœtationem alii autores diverſam tamen fovent ſententiam, dum eandem non a duplici ſeu repetito, ſed ab unico congreſſu derivant, & quidem ut ab iſto coitu unum ſemen vel ovulum perfecte fœcundetur, aliud vero a ſeminis virilis vi plaſtica ſimul equidem ad imprægnationem, tardiorem tamen ſtimuletur, quod Johannes Valverdus, Hiſpanus, per ſpicam explicat. De hoc ſcribit CaſparusPoſnerus *Geneanthropolog. Tab. IV.* Magnam ſpeciem veri habere videtur diſcurſus Valverdi, nempe quod, veluti ex uno grano ſive altero quovis ſemine ſpicæ plures enaſcuntur, nec eodem tamen tempore omnes matureſcunt, ſic etiam ex hominis ſemine multos fœtus gigni, ac diverſis temporibus in lucem prodire contingat, indeque etiamſi videamus, prægnan-

gnantem ſemel enixam poſt menſem unum vel alterum iterum parere, tamen colligere atque adſerere velle, prægnantem denuo concipere poſſe, eſſe ridiculum &c. Eo juxta verba Johannis Muralti *Colleg. anat. lect. 12. p. 201. Die Urſach der Uberſchwængerung iſt nicht wie in Zwillingen, da zwey Eylein auf einmahl durch die Trompeten vom Eyerſtock herunter fallen, ſondern hier machet das ſubtileſte in des Mannes Saamen, oder die Stralen deſſen Geiſtes, daß ein anders bald reiffes Eylein nach der erſten Empfængnis folgends herunter fælle; da denn beyde Kindlein, weil ſie abſonderlich und zu unterſchiedener Zeit formiret ſind, auch abſonderlich in ihren eigenen Hæutlein liegen, und ein iedes ſeine unterſchiedene Nabel-Gefæſſe hat, dadurch ſie ihre Nahrung bekommen.* Quibus verbis dictus Muraltus ſuperfœtationem non a duplici, ſed ſimplici coitu, hujusque ovulum, non quidem plenarie, ſed fere maturum, ſimul cum vere maturo, imprægnandi efficacia, a ſeminis virilis radiis adhuc remanente, derivare videtur. Superfœtationem pariter uti ſimplicem conceptionem ex remanente aura viri ſeminali generari exinde probat Franciſcus Zypæus *Fundam. medic. Part. II. cap. 7. art. 15. p. 231 ſeq.* quia gravidis feminis uteri oſculum claudatur, ut non poſſit, niſi ſpirituoſum quid, tranſire; niſi diceremus, illam auram una cum primo fœcundante injectam quidem eſſe, ſed tardius fœcundaſſe, & in actum deductam eſſe, aut quidem ovum non fœcundaſſe tardius, ſed fœtum ex illo generatum fuiſſe minus validum &c. Sic ait Michael Albert. *Jurisprud. med. cap. 5. §. 2. p. 102 ſeq.* Judicioſe Zacchias *Quæſt. med. leg. lib. I. tit. 3. qu. 3. n. 18.* concludit, quod ſub novo & valde libidinoſo coitu uteri orificium internum denuo reſerari queat; Ego vero judico, quod ſuperfœtatio contingere queat; ſiquidem ad concipiendum non æque neceſſe eſt, ut ſemen cavitatem uteri ingrediatur, & ſi aliquid immateriale fœcundationem efficere debet, non neceſſe eſt, ut orificium uteri internum aperiatur, ſufficit, quod interna libido utriusque conjugis & intentio & propenſio ad generandum ſingularis

CAPUT II.

De Superfœtationis exemplis.

§. 1.

Superfœtatio defenditur autoritate,

QUam autem hactenus autorum rationibus probavimus ſuperfœtationem, confirmant etiam eorundem obſervationes & exempla, qualia quidem nonnullis rariſſime occurrere dicuntur, unde Martinus Weinrichius *comment. de ort. monſtror. cap. 14. p. m. 129. b.* ſuperfœtari quidem poſſe, ſed raro, ſi tamen aliquando accidat, ut ſuperfœtetur, perfici non poſſe, dicit. Secundum Joh. Bened. Sinibald. *geneanthrop. lib. VIII. tract. 2. cap. 3. pag. m. 700.* inter naturæ ſpectabiliſſima opera non infimum eſt illud ſuperfœtationis, quæ, uti raro accidit, ita majorem ſui contemplationem expoſcit; neque illam aliquando accidere ambigendum eſt. Ex iis, quæ in re medica ſuſpicienda veniunt, non eſt poſtremo loco reponenda ſuperfœtationis hiſtoria, quæ certe raro contingens inter admiranda numerari meretur, inquit Marcellus Donatus *de medic. hiſtor. mirab. lib. IV. cap. 16. p. 389.* Johannis Veslingii commentatori Gerardo Blaſio *not. in cap. 7. p. 102.* nihil tam rarum videtur, quam vera ſuperfœtatio. Nequaquam ſuperfœtationem omnino in dubium revocat, at rariſſimam exiſtimat Theophilus Bonetus *l. a. f. 335.* nam maxima pars earum, quæ gemellos pariunt, unicam emittunt ſecundinam, utrique communem; unde certiſſime colligere licet, ſuperfœtationem hic non adfuiſſe.

exemplis.

§. 2.

Alia exempla.

Multa tamen tum apud veteres, tum recentiores autores reperiuntur ſuperfœtationis exempla, quorum nonnulla, promiſcue tamen, recenſere liceat. Superfœtationi Ariſtoteles de *hiſtor. animal. lib. VII. cap. 4. fol. m. 435.* adſcribit, quod adultera quædam alterum fœtum ſuo marito, alterum adultero ſimilem peperit. Jam &, pergit idem, cum geminos quædam ferret, tertium ſuperfœtavit: & cum tempus pariendi juſtum jam eſſet, primos

mos vitales peperit, ſecundum quinto menſe eliſit, qui ſtatim mortuus eſt. Altera cum primum ſeptimo peperiſſet, qui mortuus eſt, mox duos juſto menſium numero edidit, qui vixerunt, vid. etiam C. Plinius *hiſtor. natur. lib. VII. cap. 11. fol. 109.* quo loco adhuc ancillæ méminit, quæ ejusdem diei coitu alterum fœtum domino ſimilem, alterum procuratori ejus. Uxor cujusdam doctoris, qui Valentiæ regiæ cancellariæ præſidebat, Gallart appellati, poſt quatuor menſes ab obitu viri filium peperit, & deinde nono menſe alterum, vid. Petr. Paul. Peredæ *ſchol. in Mich. Joh. Paſchal. method. curand. lib. I. cap 55. pag. m. 153. b.* Temporibus papæ Hadriani mulier Romæ quatuor una vice ſuſcepit liberos, quos partus inſecutus, die quadrageſimo poſt primum partum, quintus. vid. Conr. Phil. Hoffm. *l. a. p. 57.* conf. etiam Wilh. Hulder. Waldſchmied *diſſert. de ſuperfœt. B. 4. b.* item C. 4. b. ex relationibus eruditis inquit: Coburgo perſcribitur, doctorem Albrechtum referre, in pago Ahorn Catharinam Wolffiam, Erneſti Motſchmanni conjugem, uno partu continuo edidiſſe in lucem quatuor filios, quorum tres, primus ſcilicet, tertius & quartus, ſecundum ordinem nativitatis, longitudine pedis unius cum dimidio vivi prodierint, quamvis poſt S. lavacrum ſtatim obierint. Secundum in ordine fuiſſe embryonem, pedem dimidium vix æquantem. Inquit etiam Martinus Weinrichius *de ort. monſtror. cap. 14. p. 129. b.* editus legitur infans noſtris temporibus omnia perfectus, ſed poſtridie alius, neque oculis, neque naribus, & ore cæterisque adhuc diſtinctis, quem tardius conceptum eſt veroſimile. Vidit Andreas Laurentius nobilem quandam mulierem, gemellos geſtantem, quæ puellum edidit primo noni menſis die mortuum, & ſeptimo poſt eum partum die alterum vitalem enixa eſt, juxta ejusdem *hiſtor. anat. lib. VIII. qu. 22. fol. 314.* Franciſcus Roſſetus de *part. cæſar. ſect. VI. cap. 7. p. 135.* ſequentia habet: Quoad naturales ſuperfœtationes, hoc verum eſſe, quod duo infantes, dierum aliquot interjecto numero, unus poſt alterum

rum conceptus ſit, ſufficienter oſtendunt, quod jam pridem Pithuneris ſemel obſervavi, in muliere quadam, quæ tribus ſeptimanis poſt priorem partum (e cujus puerperio jam erat egreſſa) ſecundum infantem enixa eſt. Hanc rem hiſtoria dominæ de Malorthye comprobat, quæ ita ſe habet: Domina Maria e Novo Caſtro, cum ex Barone Cremallienſi novem liberos ſuſcepiſſet, ſecundo contracto matrimonio cum D. de Malorthye, ex quo gravida reddita tres filios una utero geſtavit, hinc factum (ut cum parvæ ſit ſtaturæ, ſed tamen fertilis) ut adeo fuerit gravata, ut circiter quintum menſem ex filiis unum fuerit enixa. Quare, cum exiſtimaret D. Theobaldus, medicus, alios duos filios, nihil aliud, quam lochia retenta eſſe, aut molas irritosve conceptus, ipſi poſt octavum ab ortu diem, forte medicamentum, ad hæc expurganda, adhibuit, quod ſane abortum ſecundum duorum aliorum filiorum cauſavit: qui adeo integri & vivaces fuere, ut ipſemet medicus, quem conſilii ſui pœnitebat, teſtaretur, quod, niſi medicamentum purgans vim ipſis intuliſſet, licet prior abortum fuiſſet paſſus, absque dubio ad rectam perveniſſent maturitatem. Item Caſparus Bauhinus *append. in ejusdem Roſſeti tractatum p. 220. ſeq.* aliquot ſuperfœtationis exempla recenſet, inquiens: ante annos circiter triginta Joannis Pfliegers, ruſtici, uxor in Rixheim, Suntgaviæ pago, gemellos utero geſtavit, quorum primus juſtum poſt partum annum unum ſupervixit: alter vero ſex ſeptimanis poſt fratrem ſuaviſſimam hanc primum aſpexit lucem, qui non ita pridem adhuc in vivis fuit. Chriſtiana Schlichtin, Michaelis Vogel, prætoris pagi Bœllickheimenſis uxor, priori marito, cum quo decem habuerat liberos, defuncto, prædicto prætori nupſit, & circa quinquageſimum circiter ætatis annum gravida facta eſt. Geſtationis tempore completo, doloribus partus corripitur, puellamque feliciter enititur, quæ dies ſolum quindecim ſupervixit. Finito puerperio, eum ad conſueta properaret munia, ſeptimanis quinque & totidem diebus poſt primum partum, dum in vineis eſſet,

eſſet, nihil minus quam de altero partu cogitans novis doloribus partus corripitur: quare domum reverſa filium, qui patri factus eſt cognominis, enixa eſt. Anno Chriſti 1584. poſtquam Philippus Ludovicus ab Hirshorn rebus humanis exemptus eſſet, neque ullum poſt ſe hæredem reliquiſſet; vidua interim ipſius uterum ferente: ſtatim ipſius defuncti agnati, & feudorum ſucceſſores (ut qui vehementer dubitarent, ferretne maſculum gravida vidua, an potius femellam) non ſolum omne jus ſucceſſionis feudorum, in omnem eventum, a feudorum dominis obtinuerant, verum etiam, quia libenter plenam & fundamentalem notitiam omnium feudorum & redituum habuiſſent: ideo ſtatim a morte prædicti nobilis ſuperſtitem ipſius viduam, adhuc immaturam, defuncti mariti mortem lugentem ſua in domo operuerunt; eique claves ad cryptas & cellas e lumbis, non ſine vi & vehementia detraxerunt. Quæ res adeo miſeram & triſtem viduam affecit, ut conjectis in verticem ſuum manibus, vociferari & ejulare magis cœperit: ut quæ graviter moleſteque hujusmodi ſævitiam & agendi modum ferret. Quin etiam interjectis paucis diebus tandem peperit, & quidem egregium puellum, ſed mortuum & calvaria carentem. Cæterum cum agnati & hæredes defuncti nobilis ea de re certiores facti eſſent, perſuaſerunt ſibi, ſuam ipſorum ſpem jam expletam, & ipſos ſui compotes voti factos fuiſſe. Quare jus ſuum in utenda, fruenda hæreditate feudorum perſecuti ſunt. Sed Deus Opt. Max. velut e ſaxo alium partum maſculum & paternorum bonorum hæredem viduæ illi mœſtæ & deſolatæ ſuſcitavit atque donavit. Etſi enim non ita pridem puellum enixa eſſet, tamen ſubtumida a partu remanſit: nihil aliud ſuſpicata, quam vel tumorem præter naturam, vel aliquem morbum in ſuo reſidere corpore. Id quod etiam aliquibus medicis, (quorum conſilium ſeparatim requiſitum & auditum eſt) viſum fuit; quorumque conſilio ad thermas fontis acidi ad Rhenum, ut vidua mœſta & orba, unica ancilla comitata profecta eſt. Verum

enim vero, ut tandem menſe Julio 1584. eo loci venit, ob thermas, accidit, ut ibi inveniret electoris Saxoniæ Auguſti, (qui paulo ante in fata conceſſerat) viduam, nec non alios aliasque principes, qui ita loca occuparant, ut ipſamet in diverſorio locum manendi non inveniret, præſertim cum nemini notum eſſet, quæ qualisve matrona foret, quæ unica tantum ancilla comitata veniſſet. Porro tandem ejus loci præfecto quænam eſſet ſignificans, & ſuum ei caſum, qui non ita pridem acciderat, commemorans, ægre ab ipſo hoſpitium ad ſequentem noctem obtinuit. At vero ea ipſa in nocte, cum jam decima ageretur hebdomada, a priori & proximo partu, Deus ipſam & mœſtam atque afflictam, & apud peregrinos, pulcherrima prole maſcula eaque viva ditavit; unde omne jus hæreditariæ ſucceſſionis & feudorum ab aliis repetitum & huic ipſius filiolo, hæredi videlicet legitimo, reſtitutum eſt. Hanc obſervationem aliis circumſtantiis ex Vireſii *Theatro Hiſtoriarum* recenſet etiam Cornelius Stalpart *obſerv. cent. I. p. 327. ſeq.* Porro Anna Cancerina, ſutoris uxor, cum jam annis aliquot fuiſſet in matrimonio, aliquoties gravida facta feliciter enixa eſt: deinde cum rurſus utero geſtaret, accedente debito partus tempore, poſteaquam toto triduo levibus doloribus partus fuiſſet divexata, anno 1587. d. 25. Januarii hora ſexta matutina caſu embryonem e corpore elabi ſenſit, qui digiti unius longitudinem æquabat: verum eadem die veſperi ad horam ſextam maximis conatibus partus divexata, alterum juſto partu fœtum perfectum & viventem excluſit. Hæc Bauhinus. Lariſſæa mulier prægnans decimo menſe copioſum ſanguinem quatuordecim diebus demiſit, plurimum tamen tribus potiſſimum diebus, antequam puer in lucem ederetur. Decimo quarto puer mortuus utero excidit, cujus brachium dextrum lateri adhæreſcebat. vid. Hippocrat. *edit. Anat. Foeſ. de morb. vulgar. libr. V. ſect. 7. fol. 236.* Et Cornelius Stalp. *obſerv. rar. cent. I. obſ. 74. ſch. p. 326.* ex eodem Hippocratis libro ſuperfœtationis exemplum de muliere Lariſſæa adducit, quæ quadrageſimo a primo partu die, quod præpoſtere con-

conceptum fuerat, excluſit. Inquit etiam Bernardus Gordonius *Lilii medicin. particul. 7. cap. 2. p. m. 757.* accidit, quod quædam mulier peperit unum filium pulchrum, qui aſſimilabatur viro ſuo; & poſt paucos dies peperit alium turpem, qui aſſimilabatur amaſio ſuo turpi. In Cypro inſula tempeſtate noſtra feminam geminos peperiſſe accepimus, alterum octavo menſe, alterum decimo nono macie confectum, utrinque dentatum, inquit Alexander Benedictus *de re med. lib. XXV. cap. 23. fol. m. 475.* Nobilis uxor filium peperit nono menſe vivum & perfectum, octavo die a primo partu alium itidem & non omnino abſolutum; poſt quindecim dies iterum alios duos. Et cum reconvaluiſſet, anno ſequenti, cum iterum utero gereret, habuit eosdem omnino partus, & ſinguli eorum in propria tunica erant involuti. Cum tertio concepiſſet & filium edidiſſet primo, adhuc uterus eſſet filiis plenus, amplius parere non potuit & obiit; uti ex Hercul. Saxon. refert Daniel Sennert. *pract. med. lib. IV. part. II. ſect. 4. cap. 6. p. 310.* Hunc Sennerti locum corrigit Georgius Francus *ſatyr. med. 13. §. 9. p. 229.* non nobilem, ſed nautæ uxorem fuiſſe, inquiens.

§. 3.

Talia ſuperfœtationis exempla annotarunt etiam recentiores medici v. g. Thomas Bartholinus *Ciſt. medic. locul. 38. p. 398.* inquit: In mea viſitatione æſtiva occurrit mihi hæc hiſtoria, quæ accidit in Nerögield in diſtrictu Nummedali: Uxor honeſta viri habitat in Follensfierding in Nerögield, in prædio quodam regis. Mariti nomen Siurdo, uxoris Siri. Illa enixa eſt filium die 31. Jul. 1637. qui lavacro baptiſmatis tinctus fuit, quia perfectus erat, & ſufficientibus menſibus in utero geſtatus. Anno 1638. nocte ad 9. Febr. iterum enixa eſt eadem mulier filiam adhuc ſuperſtitem, perfectam eodem modo, cui nomen eſt Annæ. Juxta relationem ejusdem autoris *hiſtor. anat. cent. IV. hiſt. 14. p. 238.* mira ſuperfœtatio in Venda urbe Livoniæ mulieri honeſtæ ſupervenit ſeculo ſuperiori; uterum ſcilicet primo conceperat, & inſtantibus partus legitimi doloribus nihil enixa eſt. Anno ſequenti ite- *Alia.*

rum gravida, juſto puerperii tempore maſculum edidit. Anno demum inſequente, morbo correpta primum conceptum excluſit, ſed per partes, & oſſibus per vicem exeuntibus. Superaret res fidem noſtram, pergit Bartholinus, niſi publico inſtrumento magiſtratus autoritate ſua firmaſſet, quod in pergamena ſigillo publico munitum mihi exhuit Johannes Below, archiater magni Moſchoviæ Ducis; quod ibidem communicatur. Idem quoque Thomas Bartholinus *de inſolit. part. human. viis cap.* 1. *p.* 86. nobilis cujusdam matronæ meminit, quæ poſt primum partum maſculæ prolis quarta hebdomade alterum enitebatur vitalem, & utrumque diu ſatis ſuperſtitem, uno eodemque nomine inſignitum. Sequens ſuperfœtationis exemplum recenſet Fridericus Ruyſchius *obſervat. med. chirurg.* 14. *p.* 20. Uxor cujusdam chirurgi Amſtelodamenſis anno 1686. infantem robuſtum & viventem peperit. Sex horis poſt hunc partum in lucem quoque edidit embryonem minimum, juxta figuram ibidem delineatam. Feminas poſt trimeſtre aut quadrimeſtre ſpatium, mortuo jam conceptu & in utero putreſcente paulatimque (ceu putridis lochiis) effluente tabo, ſuperfœtaſſe, ſcribit Guilelmus Harveus *de part. p. m.* 504. item, famula quædam ab hero ſuo compreſſa, ut culpam tegeret, Septembri menſe Londinum advolat, ubi clanculum peperit; & firmata valetudine, domum reverſa eſt, Decembri autem ſequente novo partu, (nam ſuperfœtaverat) occultatum antea crimen divulgavit. vid. etiam Juſt. Schrader. *obſervat. ex Harveo p.* 84. Ruſtica filium enixa in pago quodam anno 1658. retentis ſecundinis, decimo ſeptimo die a partu, nihil interea mali paſſa, alterum ſuperfœtatione emiſit cum ſecundinis propriis, quos mox ſecutæ priores penitus putrefactæ. Uterque infantum ſupervixit, & quotidie nunc adoleſcit. vid. Georg. Hier. Velſch. *Hecatoſt. II. obſ. med. phyſ. obſ.* 3 *p.* 4. Raram ſuperfœtationis hiſtoriam ad Nicolaum Stenonem perſcribit Thomas Bartholinus *epiſtol. medic. cent. IV. epiſt.* 56. *pag.* 360. his verbis Anna: mulier urbana, quæ

quæ in mitris mulierum noſtrarum conficiendis occupatur, poſt feſtum Michaelis ultimum abortum excluſit, ſolitis doloribus prægreſſis, remanente tumore quodam, quem pro hypochondriaco affectu interpretabatur. Fruſtra ad pùtaticium morbum varia medicorum auxilia ſollicitavit, cottidie enim aucto in majorem ventre, menſe Aprili ſequente ſanum alium vivumque fœtum natum vidit. Sequentem obſervationem refert Johannes Chriſtophorus Hertius *Ephemerid. acad. nat. cur. Cent. IX & X. obſ. 24. p. 291.* Femina Anna Eliſabetha Ruſſut nomine, annum ſexageſimum quintum agens, Anno 1713. ſex ante feſtum paſchatis ſeptimanis, fœtum parvum & ſpithamam circiter longum in lucem edidit, quem die Jovis poſt dictum feſtum alter quoque ſecutus eſt. In ſecundo autem conjugio octodecim fere annos ſterilis vixerat, donec circa feſtum Michaelis poſt ſubortum de novo menſtruum ſanguinis fluxum prægnantem ſe ſenſit, qui cum feſto epiphaniæ appropinquante denuo eruperit & jugiter poſtea continuaverit, peperit tandem dicto tempore primum & poſt ſex ſeptimanas alterum quoque fœtum. Interrogata autem hæc femina a præfecto illius loci, quomodo fieri potuerit, ut ſexagenaria major ad concipiendum tamen non inepta fuerit? id ei reſponſi dederat, *A: Herr Amtmann, ſo lange de Bohm blœbet, kann he eck Früchte dragen.* Wilhelmus Huldericus Waldſchmid *Diſſert. de ſuperfœtat. c.* hanc obſervationem refert: Chirurgus Gallus & in arte obſtetricandi verſatiſſimus Paulus Portal, dans la pratique des accouchement, partum, cui præfuit, recenſet, quo pariens enixa eſt partum vivum juſto termino, ac duos alios, quorum alter extractus eſt, ut loquitur, inſtar halecis, juxta caudam apprehenſæ, longitudine pedem regium circiter æquans: tertius adhuc minor priore, craſſitie halecem paſſam ſeu fumo induratam longitudine vix ſex aut ſeptem pollices æquavit. Superfœtationum aliquot exempla ex propria obſervatione refert Olaus Borrichius in Thomæ Bartholini Act. Hafnienſ. *Ann. V. obſ. 56. pag. 146.*

Tria, inquiens, ſuperfœtationum exempla obſervare mihi licuit, unum Lugduni in Batavis, hic duo, in omnibus ea fœtuum diverſitas, ut duo circiter menſes inter primam ſecundamque conceptionem interceſſiſſe viderentur. In ultimo exemplo hoc rarum, quod infans minor natu interfecerit majorem. Res ita geſta: Nobilis Germana, quæ per biennium Amſtelredamenſes medicos in curanda tabe pulmonibus infeſta, experta erat, huc tandem ad maritum ſe transfert, & mox, ut fit, gravida inducias mali ſibi ſpondet, ex perſuaſione vulgari, quamdiu parturiunt feminæ, nullum eſſe a phthiſi periculum. Non ceſſavit tamen occultus hoſtis, ſed intra paucorum menſium lapſum invaleſcens ægram lecto affixit. Poſt aliquot tamen dies collegit ſeſe iterum, & meliora cœpit ſperare, cum iterum triſti mortis filii, quanquam falſæ, denunciatione perturbata disrumpi involucra fœtus ſenſit, & mox lectum aquis ſtagnare. Advolat obſtetrix, & in tertium diem, cum male diſpoſitis, ut referebat, fœtus membris luctata tandem expedivit puerperam, & primum quidem infantem maſculum in lucem produxit ſeptem circiter menſium, vivum quidem, ſed qui unica poſt hora exſpiravit; hinc fratrem minorem, itidem, ut prior, membranis propriis involutum, ſed mortuum, immo fœtentem. Putrida etiam viſa involucra & infans fratre dimidio propemodum minor, qui fœtore ſuo majorem natu infecerat, ut qui vivus quidem prodiit, ſed miſere languidus & cadaveroſus. Conſultiſſimi viri D. Joh. Chaſſe uxor adhuc juvenis ſtato naturæ termino peperit filiolum recte formatum, integrum & bene ſanum: nono vero a partu die iterum enixa eſt, ſeu perdidit fœtum adhuc immaturum, quem nondum trium menſium maturitatem compleviſſe conjecturabat, propria ſecundina involutum, cui neque oculi, neque aures, neque os patebant, licet ſexus diſtingui poſſet; uti ex Loſſii obſervationibus refert Cornelius Stalpartius van der Wiel *Obſ. rar. Cent. I. obſ. 74. ſchol. p. 327.*

§. 4. Cir-

§. 4.

Circa annum milleſimum, quadringenteſimum octuageſimum octavum habitarunt in oppidulo *Bœnnigkhaim* in Zabergovia territorii Wüttenbergici conjuges, Adamus Strotzmann & Barbara Schmotzerin, qui ſucceſſive ex uno conjugio parentes fuerant liberorum quinquaginta trium, triginta quinque vicibus prognatorum in tali ſerie & tempore: Per vices octodecim unicum ſaltem infantem in lucem protulerat mulier, per quinque vices dein ſemper duos; quaterna vice tres. Poſtea iterum ſex ſimul infantibus prægnans quarto menſe eorum primo tres, in puerperio adhuc cubans die nono quartum, poſthinc hebdomade undecima quintum, atque iterum elapſis ſeptem ſeptimanis ſextum enixa eſt. Denuo & ultimo poſt nuperrimum puerperium ſeptem ſimul infantibus gravida, geſtationis hebdomade vigeſima, eorum tres, abhinc ſeptimanis tribus & dimidia rurſum quatuor edidit; ultimus horum matri parturienti ingentes dolores & angores cauſaverat, quippe hæc per triduum in partu laboraverat, & deſperabunda præ debilitate vix quenquam videbat & agnoſcebat, ſed Deo mire adjuvante periculum evaſit: infans enim erat longitudine ulnæ unius ac transverſorum digitorum trium, cum capite ſpithama virili grandiori &c. vid. Joh. Helwig. *Obſ phyſ. med. 145. p. 389.* Hujus partus multiplicis cum numeroſa ſuperfœtatione ſecundum liberorum ſeriem etiam meminit Georgius Hieronymus Velſchius *Obſerv. medicin. epiſagmat. 75. p. m. 47.* Partus, inquiens, multiplices & numeroſi plurimis memorati ſunt. Eosdem mira ſuperfœtatione auctos haud vana relatione nobis conſtat, quam fidem propemodum omnem exſuperantem pari reddemus, qua accepimus. Puella annos nata quatuordecim, cui nomen Annæ erat, in oppido Binninga, duobus exiguis milliaribus Heilbronna diſtante, 1469. nupta eſt viro juveni annorum viginti ſeptem, Adamo Schwarzmanno, primoque triennio nullos omnino liberos genuit. Anno autem ætatis ſuæ decimo octavo inci- *Alia exempla.*

incipiens filiam peperit Eliſabetham, quæ octennis mortua, & decimo nono filium Johannem, ſeptennio ſuperſtitem. Initio poſtea vigeſimi filiam edidit Apolloniam, eodem anno defunctam, quo tertiam Annam, enixa eſt, ipſam quoque haud multo poſt extinctam. Tum anno vigeſimo primo gemellos mares peperit, Adamí & Michaelis nominibus inſignitos, haud procul Oppenheimio in pago, dicto Gunterbrunna, cum Binninga Moguntiam iter faceret, ut medicos de ingenti tumore ventris conſuleret, quem ultra tempus partui deſtinatum bimeſtri jam geſtaverat, fruſtra ſuorum in patria & obſtetricum ope implorata. Hos autem, quamvis absque periculo excluſi fuerint, mox præmatura morte, ut cæteros, amiſit. At poſtea ab anno ætatis vigeſimo primo usque ad trigeſimum ſextum, fœtus enixa eſt viginti tres, nunc uno partu tribus emiſſis, nunc duobus, nunc uno & ſolo, quorum nomina fere perierunt. Ipſo denique anno trigeſimo ſexto filium edidit, Michaelem, & initio trigeſimi octavi, iterum filium, Joannem, ſub finem vero ejusdem anni, Michaelem denuo dictum alium, prioris demortui loco. Mox anno trigeſimo nono unico partu ſeptem in lucem tulit liberos, mares quinque, qui ſacris undis luſtrati, & femellas duas, ſub ipſum egreſſum ex utero defunctas. Anno quadrageſimo poſt filiam unicam, Annam, & quadrageſimo ſecundo tres filios, unica ſecundina concluſos, quibus trium magorum, in ſacris memoratorum, nomina vulgata indita, cumque jam novem dies puerpera decubuiſſet, ipſo adſcenſionis feſto denuo filiam peperit, eodemque anno die S. Franciſco ſacra, filium, Michaelem, confeſtim a baptiſmo mortuum, & nec dum puerperio egreſſa, feſto SS. Simonis & Judæ, alium, Franciſcum appellatum, nævoque caput vitulinum referente prope umbilicum inſignem, quod cibum hunc impotentius exoptanti lanionis uxor denegaſſet. Poſtremum anno ætatis quadrageſimo quarto, qui erat 1499. feſto S. Dionyſii tres filios uno partu enixa eſt, Bartholomæum, Andream & Matthæum,

um, qui mox extincti. Dum vero puerpera eſſet, die quadam dominica proxime antecedente feſtum S. Martini iterum filium edidit, Petrum & ipſum mox fato raptum, iterumque die S. Luciæ ſacra geminos mares, ita ut puerperium feſto S. Dionyſii cœptum usque ad diem converſionis S. Pauli continua ſerie extenderetur, quo tempore finito, & uno circiter menſe, aut quinque ſeptimanis interjectis denuo filium peperit, ut inde a S. Dionyſii feſto anni 1499. usque ad Bacchanalia 1500. ſeptem ediderit, viventes quidem omnes, ſed paulo poſt mortuos & ſepultos in cœmeterio monachorum S. Franciſci. Ex hiſce ergo omnibus, qui numero erant quinquaginta tres, S. baptiſmate initiati erant quadraginta quatuor, reliqui novem mortui, antequam baptizati eſſent, ita ut ab ætatis ſuæ anno decimo octavo usque ad trigeſimum ſextum, hoc eſt, octodecim annorum ſpatio eddiderit viginti novem, & a trigeſimo ſexto usque ad quadrageſimum quartum, hoc eſt, octenni ſpatio, enixa ſit viginti quatuor. E quibus mares erant octo & triginta, omnes ſacratis lymphis tincti, & quindecim femellæ, quarum novem his caruere, morte præventæ. Ipſa mater ſatis procera erat, vultuque hilaris, maritus autem ſtaturæ brevioris, ſed habitus carnoſi, optimi. Uterque conjugum una cum liberis omnibus ad vivum depictus viſebatur in templo monachorum S. Franciſci, quos ſupra diximus, ut ſua manu teſtabatur P. Jo. Krebs, Noribergenſis, cœnobiarcha, peculiari epiſtola, juſſu generoſæ matronæ, Agathæ, illuſtris viri, Viti Schwendii, conjugis, publica fide 1501. ad nobilem virum, Georgium Beſſererum perſcripta, quam nos habemus, inter reliqua Georgii Thanmülleri, medici & chirurgi quondam Auguſtæ experientiſſimi, repertam. Quæ ſane facit, ne fabulam putemus. Hujus obſervationis & epitaphii meminit etiam Johannes Schenckius *Obſerv. medic. lib. IV. fol. 563.* item Johannes Chriſtophorus Eiſenmengerus *Epiſt. ad Joh. Dan. Horſtium de fœt. Muſſipont. a Laurent. Strauſſio edit. p. 64 ſeq.* ubi rhytmos Germanos a verſificatore quo-

dam antiquo modo ſimplici ſtylo & tenui vena verſificatos, ſimulque a Serpio latine redditos reperies.

§. 5.

plura. Antwerpiæ Johannis Edenlingii, lanionis, uxor, quæ jam aliquot annos absque ingravidatione in matrimonio vixerat, tres demum enixa eſt liberos; ſcilicet cum poſt ſex hebdomadas, abſoluto toto puerperio e templo rediret, ſubortis novis ad partum doloribus, binos adhuc liberos peperit, juxta Ægid. Daelmanni *Prax. med. cap. 16. p. 81 ſeq.* Et ſecundum verba Nicolai Venette *de la Generat. de l' homme Part. II. cap. 3. art. 3. p. m. 126.* toute la Rochelle a ſeu la ſuperfetation de Mademoiſelle Louveau, qui quelque temps aprés avoir accouché d' une fille, monta à cheval pour aller à la campagne, où elle accoueha d' un garçon vingt neuf jours aprés ſes premieres couches. La fille veſcut ſept ans, & le garçon ne veſcut que ſept jours. Anno 1656. ſartoris cujusdam uxor menſe Aprili peperit, relicto alio infante, quem demum bimeſtri poſt ſpatium vivum in lucem edidit, referente Vito Riedlino, parente *Obſ. med. Cent. I. obſ. 22. p. 20.* De nobili matrona, quæ poſt primum partum maſculæ prolis quarta hebdomade alterum enitebatur vitalem, & utrumque diu ſatis ſuperſtitem, uno eodemque nomine inſignitum, vid. Thom. Bartholin. *Cent. III. epiſt. 8. p. 29.* Superfœtationem reiteratam annotavit Caſparus Theophilus Bierlingius *Theſaur. Theor. pract. obſ. 69. p. 900.* Viri, inquiens, cujusdam uxor, cui cura vectigalium nobiliſſimi domini Waldecks in *Steckenberg* demandata erat, tribus vicibus gravida ſemper ſuperfœtationem, quam viginti quinque ſeptimanis præterlapſis poſt priorem partum in lucem edidit, in utero materno geſtavit. Ultimam ſuperfœtationem mortuo marito cum antecedentem infantem, illo adhuc in vita exiſtente, enixa eſſet, peperit. Secretarius quidam Brunſuicenſis a ſenatu Pragam mittitur. Dum ibi hæret, hoſpita infantem enititur, quem ut ille de ſacro fonte levaret, invitatur. Quod quidem ipſe animo ſe luben-

lubenti facturum, non tantum pollicetur, ſed & promiſſa præſtat. Negotio in aula cæſarea confecto diſcedit. Paucas vero poſt ſeptimanas rediens, in idem hoſpitium divertitur. Eo vero ipſo die, quo advenit, hoſpita alterum quoque infantem edit, & pro eodem quoque fidem ſuam in S. baptiſmo, ut obſtringeret, ab ipſo precibus obtinet. Imo naviculatoris cujusdam Patavii al Portello conjux quovis anno ſuperfœtationi fuit obnoxia, referente Johanne Rhodio *Obſ. med. Cent. III. obſ. 52. p. m. 146.* Nobilis quædam femina vigeſima ſeptima hebdomade poſt partum filiam omnibus membris abſolutam, mutam tamen ac ſurdam in lucem edidit, quæ etiam pubertatis annos accepit, ac ab alio imprægnata fuit. Mater ejus ab aliis mulieribus ſibi familiaribus interrogata, quomodo hoc fieret? reſponſum dedit, ſe ſolummodo altero die poſt ingreſſionem templi (*Kirchgang*) rem habuiſſe, uti ex cujusdam viri fide digni, relatione narrat Caſpar Theophilus Bierliugius *l. a. p. 904.* Ex obſervatione Johannis van Düren ſequentia ſuperfœtationis exempla recenſet Stephanus Blancardus *Collectan. medic. phyſ. Part. II. obſ. 13. p. m. 19.* Matrona quædam Anglica, gravida juſto tempore, & quidem die dominica filium pariebat bene formatum; hoc edito, tam ipſa puerpera, quam adſtantes mulieres aliquid adhuc reſtare, animadvertebant, atque ſequenti die dominica iterum filium edebat; ſed nondum omnes fœtus erant excluſi, ſed tertio die ſolis tertium quoque enitebatur filium; Hi tres filii adoleſcebant omnes, adultique ob memorabilem partum exrege creabantur equites. Ibidem quoque annectit Blancardus, ſe duos noviſſe filios, quorum poſterior poſt ſextam a prioris partu hebdomadem editus erat. Bina adhuc exempla recenſet idem autor *l. a. Part. III. obſ. 8 & 9. pag. 15 & 16.* & quidem primo de femina quadam Amſtelodamenſi, quæ, cum poſt abſolutum puerperium more ſolito templum frequentare vellet, viro ſuo, ſe non bene ſe gerere, niſi jamjam peperiſſet, partus tempus inſtans ſe credere, dicebat; atque poſt aliquot horas novum edebat infan-

tem. Deinde de femina, quæ Blancardo faſſa erat ſe gravidam fuiſſe, atque poſt nonum menſem fœtum edidiſſe; durante autem hoc novem menſium tempore fœtum quoque abortivum, duorum circiter vel trium menſium, rejeciſſe. Sequentem obſervationem de ſuis communicat Georgius Francus *Satyr. med. 13. §. 9. p. 229.* Ante annos quadraginta præter propter Montbelgardi uxor ſcriniarii fœtum vivum & incolumem edebat: quatuor inde ſeptimanis poſt alium, ſed mortuum, enixa eſt. Ex aliis autem prædictus Francus alias obſervationes addit, & quidem ex Joh. Seb. Güth Polygraphia Meinungenſi: Anno Chriſti 1462. *Nachdem Oſterhilda, Enders am Bach, eines Meininger Bürgers Haus-Frau, am Tage Matthæi eines jungen Sohnes geneſen, nach Ausgang der Sechs Wochen am 5. Novembr. wieder zur Kirchen gehen wollen, hat ihr der liebe Gott auch eine junge Tochter beſcheret, welche zur Heil. Taufſe kommen und lange gelebet. NB. Ein anderer ſetzet es ins Jahr 1478. und nennet das Weib Julianam; ob nun vielleicht dieſes ein anders, als das vorige, iſt mir unwiſſend.* Item ex relationibus publicis Lipſienſibus *den 25. Octobr. 1693. ſeptiman. 43. n. 3.* Bruxellis hæc referuntur: *Von Oſtende wird geſchrieben, daß daſelbſt eines Notarii Frau, Nahmens Pille, 20. Jahr alt, zwo geſunde Tœchter gebohren und ſechs Tage hernach noch vier todte Tœchter zur Welt gebracht.* In relationibus ordinariis anno 1725. ſuperfœtationis mentio fiebat, ſequentibus verbis: *Lippſtetter Zeitung den 4. Novembr. N. 90. Kiel den 26. Octobr. In dieſer Nachbarſchafft ſoll dieſer ſonderbahre Caſus ſich zugetragen haben, nehmlich daß eine Bauers-Frau von Krevensdorff innerhalb 20. Wochen 2. geſunde Kinder zur Welt gebohren habe, als eine Tochter den 18. May, und hernach einen Sohn den 3. Octobr. dieſes Jahrs, welche auch von dem Prediger der Gemeine zu Gottorp, Herrn Ludewig Ottens getaufft worden und annoch im Leben wæren. Iedoch ſey das letzte Kind etwas zærter und kleiner als das erſtere.* Et ſecundum relationes Lipſienſes *im 2. Stük der 25. Woche den 15. Jul. 1728. Madrit vom 18. Maji. Allhier iſt vor einigen Tagen von Covilla de Caraminal auf den*

Galli-

Gallicianiſchen Cüſten Nachricht eingelauffen, daß eine daſelbſt wohnende Frau, Dominica de Caſtro genannt, zwiſchen dem 8. Februar. und 30. Aprilis an verſchiedenen Tagen 6. Söhne und eine Tochter zur Welt gebohren habe.

§. 6.

Sequentes ſuperfœtationes recenſet Gabriel Clauderus *M. Item. N. C. Dec. II. An. 7. obſ. 165. p. 319.* Femina viginti ſex annorum, vegeta, fœtum ex uteri ergaſtulo orbis amplitudini exhibitura, expectat quot horis, horam a primo ac cœleſti conjugii autore ipſi ad hoc opus deſtinatam & tandem parit filiolum methodo feminis conſueta, ſanum, hunc ſimul inſequente ſua ſecundina, ac lochiorum ſolitorum portione; Proinde hilari mente quoque ſibi gratulatur de illo naturæ debito, absque majore moleſtia perſoluto. Verum, quid fit? reſtat inſignis abdominis tumor, motus inibi manifeſte ſenſibilis, dolor alternans, lochiaque partim retenta; puerpera tamen vegeta obambulante. Obſtetrix præſagit, e geminis alterum mox quoque eſſe proditurum; ſed ſtatu uno eodemque per biduum ita perſeverante; hæret Lucinæ cum conſiliariis femininis aqua; propterea Clauderum accerſiri curant. Puerpera præprimis ulteriorem partum expectans non ſine cordolio queritur, quod quaſi ſola inter millenas mulieres peccaverit, dum non experiatur hilare illud fatum, gravidis ac puerperis alias commune. Sed bono animo eandem cum adſtantibus eſſe juſſit Clauderus, indicans, expectandum eſſe ſuperius notatum ſuperfœtationis finem, priore partu non minus jucundum futurum; addebat medicus, non minus joco ſerio, hæc animo eo generoſiore eſſe toleranda, cum hujus ſuæ fortunæ ipſamet fuerit fabricatrix, per coitum fœcundum ſcilicet uno plurem peractum vel admiſſum. Mente itaque ſic compoſita ac tranquilla ſeptimo demum a priore partu die exit alius puellus, hunc juxta mandatum naturæ inſequente ſua ſecundina, lochiisque reſiduis ſuum penſum abſolventibus. Septimana hanc inſequente in eadem platea

in domo jam dictæ feminæ e regione alia habitans idem plane experiebatur fatum; ſuperfœtatione ſexto ad ſeptimum die itidem ſuperveniente, ſine aliquo incommodo. De ſuperfœtatione fœtui in utero corrupto atque clam latenti ſuperveniente, vid. Theophil. Bonet. *Sepulchret. lib. III. ſect. 37. fol. 1368.* Honeſti cujusdam civis uxor anno 1570. Decembr. die 7. hora decima veſpertina filium plene geſtatum peperit, ſuccedentibus omnibus, quæ ad felicem partum requiri ſolent. Poſtridie vero, qui erat octavus eadem hora, præter expectationem obſtetricis, ac ſui ipſius, peperit eadem fœtum alterum, ſed nondum quadrimeſtrem, utpote cui neque oculi, neque nares, neque os paterent, quem idcirco poſt conceptum fuiſſe, ſatis manifeſtum, juxta Rembert. Dodon. *annotat. in Anton. Beniven. obſerv. medicin. cap. 3. p. 287. ſeq.* Uxor Zachariæ de Scarparia peperit maſculum, & hinc ad tres menſes peperit alium maſculum, & bene vixerunt ambo, & unus fuit ſpeciarius Florentiæ in burgo ſancti Laurentii, uti ex Nicolo refert Johannes Benedictus Sinibaldus *Geneanthrop. lib. VIII. tr. 2. cap. 3. p. 701.* Scribit etiam Marcus Gerbezius *chronolog. medic. pract. an. V. §. 26. pag. m. 353. ſeq.* relatum ſibi fuiſſe aliquando a fida matrona, quod noverit in domo ſua ancillam, quæ tribus matutinis, conſequenter ſingulis diebus unam prolem pepererat, aſſerendo, ſe tribus noctibus, conſequenter ſingulis ſemel cum concubo ſuo rem habuiſſe. Bina ſuperfœtationis exempla extant adhuc in Johann. Schenck. *obſerv. medic. lib. IV. fol. 532.* ſcilicet civis quædam in oppidulo Holſatiæ, Aperadio, quinque dierum interſtitio geminos peperit. Et ruſtica quædam mulier in pago Smerka peperit filiam, deinde elapſis octo diebus, cum graviſſima ventris tormina ſentiret, & viciſſim e vicino oppido obſtetricem accerſeret, denuo peperit filiam. Item Lælium in palatio vidiſſe mulierem liberam, quæ ab Alexandria perducta eſſet, ut Hadriano oſtenderetur, cum quinque liberis: ex quibus quatuor eodem tempore enixa dicebatur; quintum poſt diem quadrage-

drageſimum, recenſet Henricus Salmuth annotat. in Guidon. Pancirol. *rer. memorab. part. II. tit. 10. p. 213.* Gemellorum in ditione Itterenſi Haſſiaca a matrona nobiliſſima anno 1715. intervallo trium ſeptimanarum in lucem editorum & adhuc tum temporis viventium ex relatione Johannis Chriſtophori Jæſchii communicat Juſtus Fridericus Dillenius *ephemer. acad. N. C. cent. VII. & VIII. obſ. 42. p. 89.* Quod tamen exemplum potius ad ſuperfœtationem referrem. Superfœtationis exemplum recenſet etiam Isbrandus de Diemerbr. *obſerv. 59. fol. 74.* Scilicet uxor militis cujusdam, habitantis Noviomagii, anno 1637. menſe Octobri peperit filium bene ſanum & plene geſtatum ſeu novimeſtrem, quem ipſamet lactavit: poſt partum lochia debito modo fluxerunt, & puerpera toto puerperii tempore mediocriter valuit, inſtar aliarum puerperarum. Quarta ſeptimana bene jam reſtituta, ad templum, Deo gratias actura, proceſſit, atque exinde domeſtica munia more conſueto peregit. Septima poſt hunc partum hebdomada, cum in templo forte concioni intereſſet, alteratio quædam uterina præter conſuetudinem ipſam prehendit, ita ut citiſſime domum reverti cogeretur. Vocatur ſtatim obſtetrix, vocantur & aliæ feminæ, ex utero aquoſa profluunt, accedunt parturientium labores: omnes mirantur: dubitant, anne in priore partu mola vel ſecundinæ aliqua pars in utero relicta fuerit, quam natura nunc expellere moliatur. Interea dum inter ſpemque metumque hærent, ſolutum eſt dubium, & præter omnium expectationem ſecundum enixa eſt filium, bene ſanum & debitæ magnitudinis, quem cum priore lactavit, & poſtea ambo diu ſuperſtites fuerunt. Et ſecundum Georg. Hier. Velſchii *becatoſt. II. obſ. 3. p. 4.* ruſtica filium enixa eſt anno 1658. retentis ſecundinis: Decimo ſeptimo die a partu, nihil interea mali paſſa alterum ſuperfœtatione emiſit cum ſecundinis propriis, quos mox ſecutæ priores penitus putrefactæ. Uterque infantum ſupervixit.

§. 7.

§. 7.

Superfœtationis sceleta. Veritatem ſuperfœtationis etiam duobus ſceletis probat Theodorus Kerckringius *ſpicileg. anatom. obſ. 2. p. m. 4.* ubi inquit, nequaquam audienda eſſe illa ſpeculationi ſuæ tam addicta ingenia, ut quæ ipſi, quomodo fiant, non percipiunt, audacter, dicam, an impudenter negent, omnemque denegent fidem viris quantumlibet probis, qui ſe, vel vidiſſe, vel expertos eſſe confirmant ea, quæ ipſorum excedunt ſcientiam. Cum ergo ſuperfœtationem dari præter antiquos clament Laurentius, Sennertus, Nicolaus Florentinus, Paulus Pereda, innumerabilesque alii: & tamen pervicaces iſti longe petitas, vel tantum auditu cognitas ogganniant eſſe hiſtorias, volui hic etiam extare luculentum ſuperfœtationis exemplum. Qui teſtimoniis tot & tantorum virorum non convincuntur, veniant & videant duo penes me ſceleta geminorum uno partu editorum, quorum alter octo erat menſium, alter, quantum nunc ex oſſibus apparet, & tunc cum carne veſtita mihi offerebantur, ex toto corporis habitu apparebat, quartum menſem nondum attigerat: quod etiam figura appoſita ſpectatorem liquido ſatis docebit.

§. 8.

Fœtus in ſecundinis latens. Fortaſſe etiam ad ſuperfœtationem pertinet, quod dans le Journal des Sçavans *de l'an. 1679. tom. VII. p. 98.* legitur, d'un fœtus trouvé dans l'arrierefaix d'une femme, qui venoit d'accoucher heureſement d'une fille. Ce fœtus eſtoit de la grandeur de la main. Il eſtoit encore enveloppé de ſes membranes, & ſi fort applaty dans toute ſa longueur, qu'à peine avoit-il un quart de pouce d'epaiſſeur, les os mêmes du crane ayant receu cette diſpoſition au moyen des ſutures. La peaux & les chairs avoient à peu-prés la fermeté, qu'on remarque en un fœtus, qui a eſté long temps dans l'eſprit de vin, & a peine remarquoit-on dans les membranes meſmes aucune alteration. Eandem obſervationem recenſet Nicolaus Blegny *Zodiac. med. gallic. an. I. Januar. obſ.*

obſ. 8. p. m. 8. his verbis: Mulier quædam puellam enixa eſt vivam beneque habitam. D. Amiens, chirurgus regius, tempore partui accitus eſt, qui ſecundinas perluſtrans fœtu edito, in iis latentem deprehendit fœtum marem, manus longitudine, membranis propriis adhuc involutum, adeo tota ſua longitudine compreſſum, ut vix craſſitie quartam pollicis partem adæquaret; Ipſa etiamnum cranii oſſa, futurarum ratione, eandem conſtitutionem adepta erant; cuti & carni eadem propemodum inerat ſoliditas, quæ in fœtu diutius ſpiritui vini immerſo deprehenditur, vix in membranis ipſis ulla alteratio animadverſa.

§. 9.

Liceat etiam huic obſervationi annectere, quod ante triginta & ultra annos in ephippiarii Dresdenſis uxore obſervandum mihi contigit. Huic ſcilicet annum agenti decimum quintum nunquam, neque virgini, neque maritatæ fluxerant menſes, nec ulla ſanguinis guttula fontem ipſius muliebrem irrigarat, niſi in primo coitu, quo tempore pauciſſimam atque vix cognoſcibilem ipſa ſenſerat cruentationem. Poſt ſeptimeſtre autem a nuptiis præterlapſum temporis ſpatium, nocte quadam dolores abdominis, imprimis infra umbilicum ingentes perſentiens menſium proruptionem primam, vel diarrhœam ſuperventuram metuebat. Loco vero ſanguinis menſtrui poſt aliquot horas magna ſatis aquæ copia, (uti alias ante partum accidere ſolet) ex utero in lectum proſiliebat, pauca ſanguinis quantitate ſubſequente. Quo facto illa tum alvi exonerandæ, tum torminum ſedandorum gratia, noctu locum, ſecretum quidem dictum, omnibus tamen domus inquilinis communem, nihil mali metuens, petit, ibidemque ex improviſo poſt magnum niſum ex utero per muliebria aliquid magni ſatis ponderis prolabi ſentit, neſcia quid ſibi contigerit. Sequenti die ipſius avia, obſtetrix hujus loci primaria, nec inexperta, hæc reſciſcens rem indagat atque rimatur, poſtque ſequentes plures dolores, altero die hora quinta pomeridiana ſe- *Obſervatio.*

cundinam ſeu placentam uterinam disruptam inſtar marſupii aperti, quæ poſtea ad ſpithamæ longitudinem expandi poterat, ex utero protrahebat, in qua duo foramina deprehendebantur. Poſthæc dicta obſtetrix placentam hanc accuratius perſcrutans, in ejusdem extremitate, circa locum disruptum tumorem ad nucis viridis magnitudinem, offendit, in quo, unguibus dilacerato, minutiſſimus embryo, vix minimum digiti articulum æquans, cum funiculo umbilicali atque placentula, incluſus jacebat. In hoc embryone, quem mihi cum tota placenta & membranis afferebat, præter duo puncta nigra oculorum, os late apertum cum lingua manifeſte cernere licebat. Pectus & abdomen a dicta obſtetrice, placentam perſcrutante, in parte anteriore ita ungue erant dilacerata, ut vix arte melius aperiri potuiſſent, unde in iisdem corculum, reſpectu embryonis ſatis magnum, pulmones, diaphragma & contenta abdominis &c. elegantiſſime ſe viſui offerebant. Et quidem longe melius hæc omnia, imo omnes minutiſſimæ dilaceratæ fibrillæ, tam nudo, quam armato oculo, videri atque cognoſci poterant, quamdiu pupillulus ille adhuc aquæ, in qua obſtetrix eundem mihi afferebat, per tempus ſupernatabat, quam poſtmodum, cum embryonem, conſervationis gratia, ſpiritui vini immiſeram; tunc enim non ſolum ſubmergebatur, ſed fibræ quoque minutiſſimæ magis magisque ſe contrahentes oculum fugiebant. Circa hanc obſervationem nullus dubito, fœtum quendam aliquot jam jam menſium (quia hæc femina ante trimeſtre circiter temporis ſpatium, jamdum ante abortum, carnes & alia aſſumenta ferre non potuerat, id quod raro primo ſtatim aut ſecundo menſe fieri ſolet) ex ſecundina ſatis magna prorumpentem in locum ſecretum, ac profundum, quem firmiter ſaxis occluſum atque ſtercoribus repletum, ob ſumtus & alias cauſas aperire nolebant, fuiſſe prolapſum. An vero alter hic minimus atque circa placentæ extremitatem adhærens caſuque repertus embryo per eandem cum majori fœtu conceptionem,

an

an vero per ſuperfœtationem ortum ſuum traxerit, dubium equidem videtur; potius tamen hanc quam illam opinionem amplector. Priori equidem ſententiæ favet, quod minimus hic embryo eidem majoris fœtus placentæ adhæſerit, indeque neceſſario hæc duo ovula ſimul & ſemel, uti in plurimis gemellis accidit, ex ovario in uterum deſcendiſſe videantur. Pro ſuperfœtatione tamen adduci poteſt, quod in hoc embryunculo adeo ſubtili & parvo nullum plane corruptionis indicium fuerit obſervatum, quod tamen, ſi talis fœtus unam eandemque cum majori conceptionem habuiſſet, atque poſt aliquot dies vel ſeptimanas a prima formatione vivere iterum deſiiſſet, absque dubio factum eſſet, ſiquidem intra ejusmodi temporis ſpatium ſubtiliſſimum hoc corpuſculum facillime in mucilaginem, putredinem & nihilum redigi potuiſſet. Quantum autem ſuperiorem objectionem, nimirum utriusque fœtus per eandem placentam factam connexionem attinet; cur quæſo minor hic embryo, in ſuperfœtatione ex ovario ad uterum perveniens, non æque majoris fœtus placentæ accreſcere vel agglutinari potuiſſet, uti in oſtrearum teſtis ſæpiſſime minores majoribus adnatas reperimus? cum præterea minoris hujus fœtus involucra & placentulam, reperto ejusdem coalitu, facillime a majori placenta ſeparare liceret. Simile fere exemplum refert etiam Cornelius Stalpart van der Wiel *obſervat. rarior. cent. I. obſ. 74. p. m. 323.* inquiens: Eliſabetha Tomboy, obſtetrix e puerpera geminos excepit, quorum alterius membranæ amnio quoddam accreverat corpuſculum, haud aliter, quam majoribus oſtreis minus quandoque adhæret, quod funiculo quodam placentæ conjunctum erat, & in quo parvulus fœtus digiti inſtar latebat. Hic autem maſculus omnibus abſolutus membris, altera pectori impoſita manu, ſed durus admodum, ac tanquam e latere cocto conſiſteret, reperiebatur. Sequentem obſervationem his verbis commemorat Johannes Daniel Geyerus *M. N. C. Dec. II. an. 5. obſ. 233. p. 457.* Honeſta femina Manhemii rediit

ex thermis Wisbadenſibus, quibus ob ſingularem & inconſuetum ventris tumorem uſa erat, atque tunc demum ſe gravidam ſentiebat. Demum reverſa læta, circa medium noctis ingentes patiebatur niſus & dolores, adeo ut lochia ante partum profluerent, ipſo fœtu cum ſua placenta ſubſequente, qui vivus perfectusque in omnibus erat primo, ſed, accepto prius ſacro fonte, exſpirabat. Quum vero penitius ſecundinam inſpicerem, quæ non, uti fere plerumque, oblonga, ſed plana & rotunda erat, inveni eam circumdatam tenaci membrana, inque hac incluſum alterum filiolum ad ſpithamæ longitudinem, cujus funiculus umbilicalis inſertus erat propriæ placentæ, quæ alteri fortiſſime connexa erat. Hic embryo in omnibus erat perfectus, niſi quod ungues deficerent, interne cerebrum & hepar erant putrida, cor vero inſtar cordis alaudæ, renes inſtar phaſeoli, funiculus umbilicalis inſtar pennæ inſertus hepati & veſicæ, pudenda, aures, oculi glauci, palpebræ, omnia ſalva. Hic inter obſtetricem & mulieres adſtantes orta erat quæſtio, an uno eodemque tempore hæc conceptio facta fuerit, an contra? Dubio procul per ſuperfœtationem. Quæ jam hiſtoriæ omnes luculenter probant, acceſſiſſe non raro uteris gravidis conceptus novos atque in his genitos fœtus natos eſſe longo poſt prius conceptorum exclúſionem tempore, aut ſi eadem cum his die vel hora, imperfectos & magnitudine & conformatione, ut hinc non aliter arguere liceat, quam eſſe eos juniores ſive ſerius conceptos.

§. 10.

Superfœtatio falſa. Quandoque etiam obſervantur ſuperfœtationes falſæ, dum loco fœtus ſubſecuturi, poſt varios in utero vel abdomine motus vel mola, vel uteri inflatio, vel hydrops deprehenditur. Talem ſuperfœtationem, quam mentitus eſt motus aquarum hydropicarum, annotavit Paulus Ammannus *M. N. C. Dec. I. an. 2. obſ. 186. p. 284.* Edidit, inquiens, anno 1657. intra primum ab urbe Lipſia lapidem, in pago *Marck-Cemberg*, mulier cujusdam ruſtici filium,

filium, &, uti poſtea colligere licebat ex eventu, in hoc ipſo puerperio reddita fuit hydropica, forſan propter ſuppreſſas purgationes puerperii, nec ipſa, nec marito illud animadvertente. Quid fit? elapſo trimeſtri abdomen hujus paganæ in faſtigiatum tollitur tumorem, non ſecus ac ſolet fieri, in ingravidatione; quo tumore conſpecto ab obſtetrice, manu leviter abdomen comprimit, & ex obſcuro aquarum hydropicarum motu decepta exclamabat, reſtitare adhuc fœtum in utero ſuperfœtatione conceptum, & ſtatim medicum cum chirurgis accerſi jubet; interim moritur hydropica mulier. Ne autem putatitius fœtus vitæ periculum aliquod pateretur, os gravidæ (ceu putabatur) impoſita clavi apertum tenuerunt. Simulac vero corpus hydropicæ diſſectum, ſtatim poſt primam inciſionem tam fœtida humorum colluvies proſiliit, ut adſtantes abire coacti fuerint. Tam certum ſignum eſt rei cujusdam in abdomine motus, vel pro ingravidatione vel ſuperfœtatione concludenda? ſiquidem tumor iſte abdominis non ab expanſione uteri ſed a collectione ſeri hydropici proveniebat, qui ante ſectionem obſtetrici tantopere impoſuit.

§. 11.

An vero ſola mulier ſuperfœtet, diſſentiunt autores, dum quidam ſuperfœtationem in ſola muliere, alii vero etiam in variis brutis annotari ſtatuunt. Inquit enim Rodericus a Caſtro *de Natur. mulier. lib. III. cap. 13. p. 147.* ſola mulier gravida virum admittit, ideoque huic ſoli ſuperfœtatio contingit. Et Johannes Sperlingius *de Format. homin. in uter. cap. 6. pag. 80.* ſcribit: Superfœtat ſola fere mulier, quia maxime libidinoſa eſt, & ſola ferme maris congreſſum, licet gravida ſit, appetat. Secundum Ariſtotel. *de Generat. animal. lib. IV. cap. 5. fol. m. 583.* Animalium alia nunquam ſuperfœtant, alia ſuperfœtant, quorum quædam enutrire ſuos conceptus ſemper poſſunt, quædam interdum poſſunt, interdum nequeunt. Cauſa, ne ſuperfœtent eſt, quod ſingu-

An bruta ſuperfœtent?

la pariunt. Solipedes enim, & quæ iis auctiores ſunt animantes, nunquam ſuperfœtant, facit enim earum magnitudo, ut excrementum omne in conceptum abſumatur. Multipara ideo ſuperfœtant, quoniam plures conceptus ſuperfœtatus quidam, alter alteri ſunt. Quæ autem ex his magnitudine prædita ſunt, ut homo, ſi alter coitus proxime ab altero acceſſit, enutrire, quod ſuperfœtatum eſt, poſſunt. Et *de Hiſtor. animal. lib. VII. cap. 4. fol. 435.* inquit idem: Mulier & equa omnium maxime animalium gravidæ coitum patiuntur: cætera ubi gravida fuerint, fugiunt mares, en ſcilicet, quorum natura ſuperfœtare more leporis recuſat. Verum equa nunquam ſuperfœtat, ſed magna ex parte unum tantummodo generat. At vero in muliere raro quidem evenit, ut ſuperfœtet, ſed factum tamen aliquando eſt. Secundum Joannis Hucheri *Tr. de ſterilitat. cap. 3. pag. m. 463.* eſt ſuperfœtatio brutarum feminarum ſpeciei familiaris, quarum uteri partibus duabus, veluti cornibus, diviſi ſunt: ambabus ſcilicet in plures cellulas ob multiplicem fœtum diſcretis, quæ cum uno coitu omnes non impleantur, a vacuis ſemen maſculum altero concubitu emiſſum excipi concipique frequenter contingit. Reliquis brutis, quibus, ut humanis, unico ſinu uterus patet; ſecundam conceptionem ante prioris exitum ſupervenisse nunquam notatum eſt, ne in leporum quidem, aut equarum ordine, tametſi hæ prægnantes præter cæteras brutas maribus fruantur, non ob uteri anguſtiam ſolam oſculique uterini validam adſtrictionem, primi conceptus aſſervandi gratia, ſed ob ſeminis quoque menſtruique penuriam, præſicciori earum natura victu parciori ſicciorique & vita valde ærumnoſa: At vero humanis feminis ſecuncundam conceptionem, prima non ſublata conſuetam eſſe autores ſunt Hippocrates & Ariſtoteles, iis ſcilicet, quibus per ardorem libidinis uteri os internum recluditur, ſemenque virile in id uteri latus reconditur, quod a priori conceptu liberum magisque vacuum relictum eſt. Ex mente Andreæ Laurentii *Hiſtor. anat. lib.*

lib. VIII. quæſt. 22. fol. m. 313. mulieres ſæpius ſolent ſuperfœtare, quia ſola fere mulier poſt conceptum maris congreſſum appetit. Reliqua animalia gravida nunquam, aut ſaltem raro marem admittunt: cujus rei cauſam ibidem Laurentius perſcrutatur, atque ex Ariſtotele adducit, mulieri frequentius, quam cæteris animalibus contingere ſolere, ſi lepores & ſues exceperis. Et juxta Joh. Fernelii *Phyſiol. lib. VII. cap. 12. p. 190.* mulieri perquam raro, canibus autem & aliis plerisque animantibus frequentius accidit ſuperfœtatio. Scribit etiam Thomas Bartholinus ad Nicolaum Stenonem *Epiſt. med. Centur. IV. epiſt. 56. p. 361.* ſe in brutorum genere crebriora vidiſſe exempla, cui multiplex fœtus familior.

§. 12.

De lepore ſcribit Ariſtoteles *de Generat. animal. lib. IV. cap. 5. fol. 583.* hoc animal ſuperfœtat, quippe quod nec magnum eſt & plura generat; multifidum enim eſt; tale autem quodvis plura generat. Semine etiam abundat, quod ejus hirſutie ſignificatur. Copia enim pili exſuperat. Nam hoc unum pilos & ſub pedibus habet & intra genas. Pili autem abundantia & hirſuties copiam indicat excrementi. Quam ob rem homines piloſi libidinoſiores & feminis copioſiores ſunt, quam læves. Lepus igitur ſæpenumero fœtus alios imperfectos geſtat, alios perfectos jam edit. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant, ſicut lepores. A partu ſtatim implentur, concipiunt quamvis ubera ficcante fœtu, juxta verba C. Plinii *Nat. Hiſt. lib. X. cap. 63. fol. m. 184.* De leporum coitu & ſuperfœtatione ita ſcribit Chriſtianus Franciſcus Paullini *Lagograph. Sect. I. cap. 3. p. 76.* averſe coeunt, quia membra eorum genitalia in poſteriori corporis parte ſita. Et femina non raro maſculum prior ſupervenit. Quovis anni tempore, maxime tamen verno & coeunt & pariunt: dumque in utero habent, ſuperfœtant, generantque ſingulis menſibus, ſed fœtus non edunt univerſos, verum diebus interjectis partum peragunt.

Vel

Vel juxta Claud. Ælian. *de Animalib. lib. II. cap. 12. fol. m. 33.* Lepus uno & eodem tempore quædam in utero inchoata & imperfecta fert, alia parturit, alia modo peperit. Huc alludit poeta quidam:

Prolis amans gignit fœtus lactatque tenellos;
Dumque superfœtat, dum parit, usque coit.

Et Wolffgangus Waldungus *Lagograph. cap. 28. p. m. 44.* inquit. Lepus uterum ferre potest quocunque tempore & copiosos generat fœtus, quos non universos simul edit, sed interpositis diebus: lac ante partum habet, post partum statim coire & incipere potest. Plura de leporum & aliorum brutorum superfœtatione vid. Georg. Franci de Franckenau *Satyr. medic. 13. §. 6. p. m. 224 seq.* Ejusd. *Annotat. in Paul. Zacch. Quæst. med. legal. lib. I. tit. 3. quæst. 3. fol. 102.* Item Paullini *loc. all. p. 102.* ubi ait: Coit lepus, cum concepit & partui jam vicinior est, inque ipsis doloribus partus non renuit coitum. Alius extra ventrem fœtus prodibit perfectus, alium vero intus debilem gestat. Et Oppianus infit: Lepus superfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, vel impile, aliud inchoatum gerens pariter. Inquit etiam Wilhelmus Huldericus Waldschmied *Dissert. de superfœt. c. 4. b seq.* Lepores sæpissime superfœtant, sunt enim animalia salacissima, & quanquam semel conceperint; coitum tamen celebrant unde contingit, ut semen in uterum conjectum a vasis capillaribus absorbeatur & ad ova deponatur. Vidi leporem feminam fœtus utero gerentem, in ovariis restitantibus cicatriculis, ab ovulorum fœcundatione relictis, & ovulis aliis impregnatis, orobi aut pisi majoris & minorum magnitudine &c. De vacca vitulum priorem in utero adhuc gerente, & nihilominus concipiente, sequens historia a Johanne Georgio Schenckio *Histor. monstror. p. m. 111.* ex Bauhino recensetur. Vacca partus difficultate impedita cum fœtum conceptum parere minime posset, nihil gravius passa, post tempus aliquod rursum concepit & exacto tem-

tempore vitulum vivum & ſceleton prioris vituli, edidit. Mirum ſane, potuiſſe vaccam ejusmodi corruptionem perferre, & rurſum oſſibus prioris vituli retentis concipere nihilominus. Superfœtationem equæ obſervavit electoris Bavarici equarum præfectus: Cum enim equa quædam gemellos edidiſſet, alterum adhuc ſanum & incolumem, alterum imbecillem admodum & ſtatim poſt partum extinctum; & ipſe præfectus in rei cauſſam, in libro, in quo tempus admiſſionis equarum notatur, inquiſiviſſet, invenit, illam equam intra ſex hebdomadarum ſpatium marem admiſiſſe, indeque ſine dubio prima vice ſanum & incolumem, ſecunda vero mollem, uti vocabat, & imbellem concepiſſe judicavit. vid. Vit. Riedlin. *Linear. med. an. 1695. menſ. Jul. 25. p. 218 ſeq.* De gallina ſuperfœtante extat in *M. N. C. Dec. II. an. 8. obſ. 117. p. 259.* ex communicatione Bartholomæi Johannis Ottonis Hannemanni ſequens obſervatio: in pago Hohen-Weſtede ruſtici cujusdam gallina una cum ovo ordinario viginti quatuor alia ova, perdicis ova magnitudine æquantia, perfecta atque putamine obducta uno partu peperit.

CAPUT III.

De diagnoſi & prognoſi ſuperfœtationis.

§. 1.

Superfœtationis diagnoſis.

CIrca ſuperfœtationis diagnoſin eadem fere, quæ circa gemellationem occurrunt, ſigna notanda veniunt. Sicuti enim a gemellis uterus atque abdomen nimis expanduntur, ultimisque geſtationis menſibus ambo fœtus, eidem adhuc incluſi, nonnunquam tactu judicari poſſunt, dum alter utplurimum in dextro, alter in ſiniſtro latere ſitum habet, ibidemque tumorem cauſatur, remanente in abdominis medio quaſi ſpatio ſeu fovea, ita etiam in ſuperfœtatione, ſi præſertim poſt breve a primo conceptu intervallum facta ſit, ſimiles tumores obſervantur, quibus tamen ſuperfœtatio a gemellis non diſcernitur; Ubi vero poſterior conceptio non ſtatim a primo coitu, ſed poſt aliquot demum ſeptima-

nus vel menſes, facta fuerit, tunc in altero latere major, in altero minor tangitur tumor; quamvis talis tumorum differentia, ob varias cauſas (verbi gratia, ob alterius fœtus morbum & debilitatem, vel ſi huic fœtui præ illo minus nutrimenti advehitur) in gemellis uno eodemque congreſſu conceptis, etiam accidere poſſit. Præterea etiam tam in gemellis, quam ſuperfœtatis, motus quidam obſervatur & quidem ultimis menſibus vel fortis, vel debilis, ex quo ſi in utroque latere tumor ſit magnus & motus ſimul fortis, tunc gemellos, vel etiam binos fœtus, poſt breve temporis intervallum ſuperfœtatos, in utero latere judicari poſſet; econtra vero ſi in una parte tumor magnus & motus fortis, in altera vero tumor parvus & motus debilis ſentiatur, tunc in minori tumore vel debilis gemellus, vel tardior ſuperfœtatio, fœtus item debilis & ad partum nondum maturus ſubeſſe judicandus erit. Talem tumorem atque motum in gravidæ utero etiam poſt alterius fœtus excluſionem bene obſervet obſtetrix, an ſcilicet poſt illius partum alter tumor in ſuo loco permaneat, vel locum mutet, item an ipſius motus ſit fortis an debilis, an penitus ceſſet; nec ſtatim alterum fœtum omni niſu extrahere allaboret, ne forte loco alterius gemelli ſuperfœtatum infantem, ad partum nondum ſatis maturum, vel etiam adhuc imperfectum, ante tempus legitimum, expellendo, partum cauſetur abortivum.

§. 2.

Partus tempus. Deinde etiam pro diagnoſi conſiderandus eſt, tam gemellorum, quam ſuperfœtatorum, partus ejusque terminus. Sicuti enim gemelli proprie ſic dicti unico coitu vel eadem nocte concipiuntur, ita eodem quoque partu ſimul vel paulo poſt excludūntur; Econtra uti ſuperfœtatio poſt aliquot a prima conceptione dies, ſeptimanas vel etiam menſes fieri ſolet, pari quoque diſtantia ſuperfœtatorum infantum partus differt. Interim libenter concedimus, quandoque etiam binos fœtus ſuperfœtatos, poſt longum etiam temporis ſpatium a ſe invicem conceptos, eodem tem-

tempore naſci atque excludi; tunc autem pro vera ſuperfœtatione dignoſcenda tales fœtus bene ſunt conſiderandi, an ambo inter ſe ſint æquales, perfecti, maturi & ſani, an vero a ſe invicem differentes. Siquidem ſi alter eſt major, alter minor; alter maturus & perfectus, alter immaturus & imperfectus, tunc alter fœtus pro abortu eſt judicandus.

§. 9.

Superfœtatorum involucra.

Porro ratione membranarum, geminos & ſuperfœtatos involventium, notandum, illos communi, hos peculiari membranæ ſeu involucro incluſos in lucem prodire, de gemellis enim inquit Hippocrates *de ſuperfœtat. oper. Sect. III. fol. m. 43.* quæ gemellos utero geſtat, eodem die, velut concepit, parit; uno autem involucro utrumque fœtum continet. Quodſi proinde duo fœtus eodem partu editi, licet non ſint ejusdem magnitudinis, eadem membrana inclusi reperiantur, non pro ſuperfœtatis, ſed pro geminis ſunt æſtimandi, cum ſecundum hactenus dicta, ſuperfœtati non eodem tempore concipiantur, hinc etiam uno eodemque involucro minime contineri poſſint, cum quodlibet ovulum propria membrana gaudeat. Et quamvis etiam interdum, ex obſtetricis ignorantia vel alia cauſa, duo ſuperfœtati fœtus ſimul prodeant, minime tamen communi ſed proprio involucro reperiuntur incluſi, neque ejusdem ſunt magnitudinis, quippe quæ ratione termini conceptionis in iisdem variat, niſi forte prior conceptus ſit debilis atque morboſus, poſterior vero ſanus. Sicuti etiam ex unica placenta uterina dignoſcuntur gemelli, ita quoque, ex duobus placentis bini judicantur ſuperfœtati. Quod confirmat Franciſcus Mauricæus *de Morb. gravid. lib. I. cap. 9. edit. Germ. p. 114.* cujus verba latine ita reddidit Theophilus Bonetus *Polyalth. Tom. III. lib. V. cap. 26. fol. 335.* ante decennium (juxta Mauriceau, ſexennium) circiter adfui partui mulieris, legitimo tempore parientis, ex cujus utero eduxi puellam craſſam viventem, pedes arripiens, depravato enim illo ſitu ſe offerebat; poſt-

modum ſecundinam educturus una eduxi alterum fœtum, marem mortuum, duplo minorem dicta filia, qui reſpectu magnitudinis quadrimeſtris aut quinquemeſtris eſſe videbatur, etſi uterque unius concubitus progenies eſſet, id quod dignoſcere licebat, quod unica involverentur tunica, utrique communi (vel juxta Mauricæi verba germanica, *weil ſie für alle beede nur eben ein Bürdlein oder Nachgeburt hatten*) quæ veriſſima & legitima eſt nota. Hic poſtremus fœtus adeo parvus erat, ut ſimul & ſemel ipſum eduxerim una cum ſecundina propriisque membranis adhuc involutum, quas illico diſſecui, ut de vita conſtaret, ſed jam pridem mortuum eſſe oſtendebat ipſius corruptio. Ibidem etiam de fœtuum ſuperfœtatorum membranis Bonetus cum Mauricæo ita ſentit: Si plures adfuerint fœtus, factaque ſuperfœtatio, revera quidem per membranas ſecernentur, ac carebunt membrana communi, ſed unusquisque fœtus proprio involucro gaudebit, neque ejusdem futuri ſunt magnitudinis; quia is, qui per ſuperfœtationem genitus fuerit, multo minor futurus eſt ac debilior primogenito, qui robore fretus maximam alimenti partem ad ſe attraxerit; id quod nobis conſpicere datur in fructibus elegantibus, & majoribus, qui juxta ſe minimos habent, quaſi abortivos, eo quod qui primus efformatus eſt, nutrimentum reliquis præripit: Nonnunquam tamen accidit, gemellos disparis eſſe magnitudinis, id quod contingit ob inæqualitatem roboris, propter quod unus vel alter plus alimenti attrahit. vid. etiam Rod. a Caſtr. *de Natur. mulier. lib. III. cap. 13. pag. 147.* Joh. Jacob. Harder. *Apiar. obſ. 92. p. 350.* Th. Bartholin. *Hiſtor. anat. Cent. IV. hiſt. 14. p. 245.* ubi inquit: in ſuperfœtationibus, quando interjecto tempore & conceptus fit, & partus, ſinguli fœtus ſuis membranis includuntur, uterique loco ſeparato adhærent, ut excludi unus poſſit, remanente altero, ſecus ac contingit in gemellorum partu, qui ſola membrana acquieſcunt unoque loco juncti includuntur. Hæc tamen ſigna ad demonſtrandam ſuperfœtationem non ſufficere ſcripſit Thiermeyerus *l. a. p. 77. ſeq.*

§. 4

§. 4.

Quoad prognoſin ſuperfœtationis evolvatur Hippocrates, qui *tract. de ſuperfœt. oper. ſect. III fol. 41.* ita ſcribit: Cum mulier ſuperfœtarit, ſi quidem primus fœtus in medio utero contineatur, ſuperfœtatum quoque a priore expulſum prohibitur. Quodſi in altero cornu præpoſtere conceptum contineat, ipſum poſtea partu ejicit, minime vitalem, poſtquam vitali fœtu liberatus uterus laxatus & humectatus fuerit. Niſi vero ſuperfœtatum confeſtim ſecedat, dolores excitat, fluxum graveolentem & febrem, faciem, tibias & pedes tumor prehendit, qui ſi diſſolvatur, cibum averſatur, quoad exciderit, &c. Sic Martinus Weinrichius *de ort. monſtror. p. 129. b.* inquit: Superfœtari quidem poteſt, ſed raro, ſi tamen aliquando accidat, ut ſuperfœtetur, perfici non poteſt. Ergo ſi imperfectio a ſuperfœtatione etiam monſtra: Igitur editus legitur infans noſtris temporibus omnia perfectus, ſed poſtridie alius neque oculis, neque naribus, & ore cæterisque adhuc diſtinctis, quem tardius conceptum eſt veriſimile. Et juxta Dan. Sennert. *pract. lib. IV. part. II. ſect. 4. cap. 6. p. 311.* ſi longiore poſt primam conceptionem intervallo ſuperfœtatio accidat, matri plerumque non parva pericula attrahuntur. Aut enim fœtus, ultimo conceptus, cum vix vitalis eſſe incipit, abortum concitat, & ſibi & priori fœtui interitum parat; aut ſi primo conceptus vitalis ſit, partu tamen difficili labores & dolores gravidæ attrahuntur, & magna hæmorrhagia plerumque ſequitur, ac feminæ vires dejiciuntur. Si autem poſt breve intervallum ſuperfœtatio fiat, & uterque fœtus vitalis eſt, eadem fere ratio eſt, quæ gemellorum, niſi quod duplicis ſecundinæ extracto facile largiorem ſanguinis profuſionem excitare poteſt. Secundum Joannis Junckeri *Conſpect. medicin. tab. III. pag. 709.* a ſuperfœtatione utrique fœtui, & grandiori & ſuperinducto recentiori abortus periculum impendet. vid. etiam Joh. Bened. Sinibald. *geneanthrop. lib. VIII. tr. 2. cap. 3. p. 700. ſeqq.* Talia pericula autem feminæ

Prognoſis.

evitare, atque superfœtationem declinare poterunt, si post primam conceptionem ab ulteriori concubitu abstrahant; Inde etiam dicit Daniel Sennertus *l. a. p. 312.* tutissimum est, feminas cavere, ne facile superfœtent, & proinde, ubi se concepisse animadvertunt, coitum & amplexus lasciviores vitare. Et juxta Joh. Sperling. *de homin. format. in uter. cap. 4. p. 80.* tutius est congressum omittere, quam cum periculo coire. Item Theophilus Bonetus *Polyalth. tom. III. lib. V. c. 26. fol. 335.* ex ejusmodi rationibus colligit, penes feminam esse superfœtationem declinare, si a concubitu prioribus mensibus facta conceptione abstineat. In illius autem potestate non esse, ut gemellos non pariat.

§. 5.

Quæstio med. legalis casus.

Quam hactenus tractavimus superfœtationem non modo in foro medico, verum etiam juridico disceptandi ansam præbere, jam supra cap. 2. §. 2. vidimus in observatione de Philippi Ludovici ab Hirtshorn uxore, quæ post mariti, viri nobilis admodum divitis, obitum testamento hæres instituta in mariti bona allodialia successerat, feudis, quæ amplissima possederat, deficiente prole mascula, ad agnatos proximos perventuris. Cum itaque hæc femina mortis conjugis sui tempore gravidam sese esse suspicaretur, nec tamen certo sciret, feudorum possessionem agnati invasere, nec quicquam obtinente vidua, atque, ut id temporis, quo infans nasci posset, præterlabi finerent, postulante. Cum vero aliquandiu post pareret, mortuus prodiit: eoque insolentiores facti proximi, tanquam jure, feuda inter sese partiti sunt atque iis etiam viduam intervertere cœpere, quæ ad ipsam testamenti vi pertinebant. Cum vero huic venter post partum illum etiamnum tumeret valde, ut balnea Badensia peteret, consuluere medici, hydropicam ipsam judicantes. Illa itaque Badenam profecta, degentibus id temporis ibi forte Moguntino & Saxone electoribus, secundo post adventum die parturientis labores sibi supervenire sensit, advocataque obstetrice, pulcrum valentemque opci-

optime edidit filium, qui octavo poſt genitoris obitum menſe, undecimaque poſt ultimum partum prodiit hebdomada. Miræ ſatis rei fama illico ad electorum pervenit aures, voluitque Moguntinus infanti, cum ſacro baptiſmatis lavaretur fonte, adeſſe compater: Saxo eidem mille Imperiales donavit, deditque Heydelbergam ad Palatinum literas, ut ipſe avidos illos, reique non ſuæ inhiantes nimium, poſſeſſione feudorum dimoveat, viduæque illa, utpote Ferdinandi recens nati vaſalli matri reſtituat; quod etiam factum fuit. Nec ſua tantum damna noxia cupiditate orta doluere agnati, ſed, quod longe durius malum, cachinni dolores auxere.

§. 6.

Huic hiſtoriæ perſimilem refert etiam Paulus Zacchias *quæſt. med. leg. conſ. 66. op. tom. III. fol. 125. ſeq.* cujus hoc eſt argumentum: Johannes Nicolaus Sobrejus in rixa occumbens reliquerat Lauretam Polymniam ejus uxorem, mulierem optimi habitus & ſtaturæ prægrandis, in utero habentem, quæ ſtato tempore, nempe octavo a mariti exceſſu filium peperit, & non detumeſcente ventre, & obſtetrice alium fœtum adeſſe firmante, non potuit quantocunque nixu, illum ab utero tunc expellere; ſed transacto integro fere menſe, imo uno aut altero die adjecto, denuo partus doloribus conflictata, illum edidit, qui & bene validus ac optime formatus prodiit, cum prior in ipſo ortu deceſſiſſet & nullum vitæ ſignum præbuiſſet, ita ut ne baptizatus quidem fuerit, ac præterea eſſet male conformatus & non omnino abſolutus. Oppoſitum eſt a Johannis Nicolai propinquis, qui ejus hæreditati inhiabant, quod ſecundus hic conceptus eſſet ſuperfœtatus, & ex alio viro, quam ex Johanne Nicolao conceptus, & idcirco non deberet ad patris putativi, nempe prædicti Joannis Nicolai hæreditatem admitti, unde Lauretæ pudicitia mirum in modum deturpata remanebat. Duo ergo puncta diſcutienda offerebantur: Primum an hic ſecundus fœtus ſuperfœtatus eſſet? Secundum, an

Alius caſus.

an Lauretæ honeſtas ex hoc eſſet ſuſpecta? Atquæ quid loco allegato reſpondeat Paulus Zacchias benevolus lector evolvat.

§. 7.

Mola pro gemellis habita.

De mola pro gemellis ſuperfœtatis habita ſequentem caſum communicat Michael Bernhardus Valentini *novell. med legal. caſ. 14. pag. 286.* Perſona muliebris Rudeſtadienſis, Martha Dingelſtadtia vocata, cælebs adhuc, quæ per aliquot temporis ſpatium in ædibus Johannis Sturmii vixit, ejusque uxori mutuam ſæpe operam præſtitit, die 7. Aprilis a. 1700. juxta depoſitionem obſtetricis juratæ infantulum peperit, quem ſupradictus Sturmius interfeciſſe & in profluentem abjeciſſe dicebatur. Quod cum Dingelſtadtia confiteri nollet, torturæ ſubjecta fuit: quo facto, die 27. Julii a. c. viventem partum enixa fuit, Sturmio ob præſumptionem infanticidii, quod negabat, ad torturam condemnato, a qua tamen per Johannis Andreæ Fiſcheri reſponſum medicum, in Valentini novellis annexum, liberabatur, prævio juramento purgatorio ratione adulterii commiſſi. Imprimis autem prædictus medicus in judicio ſuo medicinali ad duo puncta reſpondet: 1) An ſubſtantia a Dingelſtadtia, inquiſita, die 7. Apr. anno 1700. edita partus verus & vitalis, & conſequenter gemellus ſuperfœtatus aut abortus, reſpectu illius infantis, qui die 27. Julii ab ipſa in lucem edebatur, fuerit? 2) An a Sturmio adminiſtrata remedia pellentia abortum, & quidem ſub imprægnatione ſex menſium, procurare potuerint? Quoad primum punctum, (quod ad noſtram intentionem pertinet) refert: quod licet circumſtantiæ in actis relatæ tum ſuſpicionem partus ſuperfœtati, tum conceptionis gemellorum, quorum alter per abortum nominato tempore abactus fuerit, præ ſe ferant, neutrum tamen de ſubſtantia quæſtionis, ſalvis rationibus medico-phyſiologicis atque experientia dici poſſit, ſiquidem caſus ſuperfœtationis vel eam ob cauſam hic locum habere non poteſt, multo minus applicabilis eſt, quoniam proportio temporis inter primum & ſecundum fœtum

ſeu

ſeu partum, a maxima medicorum parte ſtatuti, cum hiſtoria plane non concordat, ſecundum quam partus ultimus die 27. Julii neutiquam priorem die 7. Aprilis anni ejusdem ſequi potuiſſet. Quemadmodum enim cauſa ſuperfœtationis communiter in hiatu oſculi interni uterini, per primos quadraginta dies a conceptione tantum obſervabili, locatur, vid. Hippocr. *de ſuperfœt. & lib. 5. epidem.* Laurent. *anat. lib. VIII. q. 25.* Poſt illud tempus autem arctior uteri clauſura nullam amplius impregnationem admittit, vid. Hippocr. *lib. de nat. mulier.* §. 31. Ita partus ſuperfœtatus ultra quadraginta dies extendi nequit, qui ſaltem quinque hebdomadas cum quinque diebus, neutiquam vero quatuor menſes integros efficiunt &c.

§. 8.

Frequentia ſuperfœtationis cauſa.

Utrum vero ſuperfœtationis cauſa revera in orificii uterini hiatu vel nova apertura, ſeminisque virilis cum muliebri commiſcela, vel annon potius in ovulis muliebribus a ſpirituoſa ſemine virili ſi parte imprægnatis, conſiſtat; Item annon, ſecundum hanc a modernis autoribus defenſam de conceptione ſententiam, talis ovuli fœcundatio ſeu ſuperfœtatio, tam quarto & quinto a prima conceptionis menſe, quam poſt unum vel alterum tantummodo diem vel etiam menſem, fieri poſſit, paulo ante autoritate, atque exemplis monſtravimus. Quod confirmat etiam Felix Accorambonus, Italus Bononiæ, ajens, noſtra ætate nobilis femina nupta quotannis bis & ter pariebat, & perfectos producebat fœtus ex ſuperfœtatione; qui vivebant & adhuc aliqui eorum ſunt ſuperſtites. Nam genito priori fœtu ſemper remanebat prægnans adhuc ex ſuperfœtatione trium vel quatuor menſium, ita ut poſt primum partum quatuor vel quinque menſibus elapſis, & interdum tribus vel ſex, iterum pariebat perfectum fœtum, & poſt illum alium poſt tres vel quatuor menſes, & ſic deinceps quatuor vel quinque perfectos partus edidit. Unde ab tot partus adeo extenuata & debilitata remanſit mulier illa, ut de conſilio medicorum

per aliquot menſes vir ejus abſtinuerit ab ejus incubitu, ut illa poſſet vires reſumere & reſtaurari. Sed cum poſtea ad viri concubitum redierit, iterum ſuperfœtabat, ut prius. Iterum ideo opus fuit, ut a concubitu abſtineret. Et hæc Bononiæ eſt notum omnibus. Quam Accoramboni obſervationem Caſparus Poſnerus *Geneanthropolog. tabul. IV.* recenſet.

§. 9.

Caſus peculiaris. An ad ſuperfœtationem aliquatenus referri debeat obſervatio Johannis Baptiſtæ Wenckh, *M. N. C. Dec. III. an. 4. obſ. 87. p. 184. ſeq.* de muliere, quæ exiſtente in utero oſſiculorum congerie ex mortuo fœtu relicta, denuo bis concepit feliciterque peperit, nemini obtrudam. Obſervatio autem hæc eſt: Maria Neubauerin anno 1682. furtivo thoro impregnata fuit; increſcebat indies uterus, ſucceſſu temporis etiam alacer & vivax in utero quotidie agitare ſeſe infans a matre ſentiebatur, donec ad quartam aut quintam ante puerperii ſolitum tempus hebdomadam ventum, ubi fœtus commotio penitus ceſſavit, uterus concidit, ita tamen, ut circa umbilicum tumor quidam trium digitorum transverſorum altus remanſerit, citra tamen uteri dolorem, qui ſervili ſuo operi impedimento eſſe potuiſſet, præterquam quod ex tunc fœtida quædam ſanies ad inſtar corrupti profluvii menſtrui per vulvam ſtillabat, quo durante profluvio, multo capitis dolore, calore et ſiti vexata fuit: trium tamen ſeptimanarum ſpatio elapſo ceſſant ſymptomata, convaleſcit tumorifera, ad conſuetos labores graviores etiam peridonea; redeunt menſes duobus menſibus obſtructi, minus tamen ſervato effluvii ordine & regula ordinaria. Interim animadvertunt vicini, actu præteriiſſe tempus parturitionis Mariæ, ventrisque intumeſcentiam evanuiſſe penitus, infantem tamen nec vivum nec mortuum hucusque comparuiſſe, proin eam de clam ſubducto aut occiſo fructu ſuſpectam ad tribunal accuſant. Citata ſe ſiſtit, captivitati mancipatur, acerbas inter minas rigoroſius, quo fructus deveniſſet,

niſſet, exquiritur, reſponſoque reponit conſtanter, divanuiſſe per ſe ventris ingravidationem, nec aliud remanſiſſe, quam reſiduam tumidam hæmiſphærulam circa umbilicum, omnis doloris expertem. Poſt hæc viſitur a chirurgis & obſtetricibus, ſed innocens reperta, libera abire permittitur. Transactis poſthæc duobus annis prælibata Maria cum Chriſtiano Neubauer, eccleſiaſtico ritu copulata poſt duos annos puellam perfectam peperit, quæ tamen poſt dimidium annum iterum mortua eſt. Termino duorum ſequentium annorum evoluto concepit iterum & conſueto tempore noviter filium peperit, qui tertio poſt die exſpiravit. Undecimo tandem poſt hæc amo tumor ille doloribus feminam affligere incepit. Demum ſupra umbilicum novum ulcus apparuit, ex quo caput coxulæ prominebat. Poſtmodum duo illa ulcera chirurgus conſcindebat, & inibi officula ſeu ſceleton, jam in decimum tertium annum hærentia, ſucceſſive de die in diem extrahebat; In hujus feminæ paulo poſt defunctæ extracto utero foramen, atque in uteri cavitate oſſei digitorum articuli inhærentes inveniebantur.

§. 10.

Non immerito etiam adhuc annectenda eſt relatio de ſuperfœtatione falſo prætenſa, quam Wilhelmus Huldericus Waldſchmied in diſſertatione de hac materia recenſet, ad Chriſtianum Joachimum Loſſau ita perſcribens: Noſti, vir experientiſſime, quæ de ſuperfœtatione in vicinia noſtra currente anno 1725. acta fuiſſe non vago rumore, ſed teſtibus & circumſtantiis omni exceptione majoribus divulgabantur. Pauperculam ante triennium abortum paſſam, ante biennium vero filiam vivacem enixam, anno ſupradicto die 18. menſis Maji peperiſſe filiam, & tertio Octobris ejusdem anni, fauſta Lucina, filium, utrosque juſto & naturali termino editos, perfectos & vitales. Rem ut oppido raram, in programmate intimatorio inauguralis tuæ, de valore medicinæ & chemiæ, hiſtorice & phyſice, ſed breviter, ut ſcopus & charta

Superfœtatio falſo prætenſa.

ferre poterant, eruditis propoſueram. Mirabatur orbis eruditus rem inſolitam, & de veritate ejus ſolliciti medicorum celebrium plurimi, per literas certiores reddi a me cupiebant, quibus communicato programmate rem, ut acta erat, perſcribebam. Sed, ut fit in rebus humanis, licet omnis adhibeatur circumſpectio, omnesque circumſtantiæ perpendantur quam diligentiſſime, & quicquid præcautionis adhibeamus, tamen nonnunquam decipimur: fallere enim & falli non eſt alienum ab hominis ingenio. Ecquis fraudis quicquam hic ſubeſſe vel ſuſpicari poterat? Mulier paupercula, uxor ruſtici tenuiſſimæ conditionis, mater filiæ ante biennium prognatæ, cui victum vix ſuppeditare poterat, ſe denuo ſentit gravidam, accedit paſtorem loci & confeſſionarium, virum ut eruditum, ita ſane prudentem, ipſique aperit, ſe eſſe impregnatam, confitetur peccata ſua & obtenta abſolutione ad ſacram cœnam admittitur, ſeque deinde publicis precibus per verbi divini miniſtrum ſingulis dominicis commendat. Poſtquam vero tempus partus, quod inſtituto calculo ſibi præfixerat, per plures ſeptimanas præterlapſum erat, fraudem cogitavit, nulla alia de cauſa, quam ut vexationes & irriſiones vicinorum & vicinarum evitaret; nam ignominiæ & dedecori cedere exiſtimabat mulieri nuptæ, ſi unquam ſe gravidam eſſe fruſtra ſibi fuerit imaginata. Occaſione igitur ita ferente, meretricis, itidem egenæ, infantem recens natum pro ſuo venditat, & marito, totius rei ignaro, ut filiam, ab ipſo conceptam obtrudit, firmiter perſuaſa, ſe non amplius eſſe gravidam. Sed quæ alios decipiebat, illa egregie iterum decepta eſt: ſenſit enim poſt aliquot ſeptimanas, ſe utero geſtare & revera eſſe gravidam; id quod rumori de ſuperfœtatione primam dedit occaſionem cum hoc marito, agnatis, vicini, paſtoribus loci & domino prædii patefaceret, fraudemque priorem callide cunctis occultaret, ita, ut poſt viginti ſeptimanarum a primo prætenſo partu ſpatio, filium ediderit, ut omnes credebant ſuperfœtatum. Atque hæc tota eſt illa hiſtoria, quam mirati

ſunt

ſunt omnes, quamquè nemo, cui circumſtantiæ notæ erant, in dubium vocare auſus fuerit, niſi meretrix iſta, cujus prior & ſuppoſititius erat infans, eundem repetere voluiſſet & ſibi vendicare, & hoc ipſo detectioni fraudis & inquiſitioni judiciali anſam præbuiſſet; teſtantibus actorum excerptis hic adjectis, unde & circumſtantiæ cunctæ, & mulieris vafrities, impoſturæ, mendacia, horumque pœna per judicis ſententiam promulgata, pluribus curioſis pateat.

§. 11.

Superfœtationis ſuſpicio.

De ſuperfœtationis ſuſpicione hanc obſervationem communicavit Johannes Melchior Welſchius: Femina quædam triginta quinque annorum filiam peperit vivam & alacrem, ſolitis doloribus prægreſſis, remanente in utero ſecundina, & alio fœtu ſeſe hinc inde movente. Puerpera optime ſeſe habente, ceſſantibus etiam ad partum indiciis, aliam puellam communi placentæ involutam latitare ſuſpicabatur. Biduo vero elapſo puella diarrhœam admodum moleſtam & ſupervenientibus doloribus, licet lenioribus, debilitatem ſat magnam perſentiebat. Interim parturiente medicamentis confortantibus corroborata & leniter pellentibus ſublevata, proſiliebat veſica aqua plena, puella alia, debilis quidem, poſt vero vivida naſcebatur, & ſecundinæ binæ ſeparatæ æqualiter recentes nullumque fœtorem (licet altera ad tertium poſt partum diem in utero latitaret) de ſeſe ſpirantes, ſequebantur. vid. Roſin. Lentil. *Miſcellan. med. pract. Part. III. pag. 301.*

§. 12.

Caſus alius.

Caſum de ſuperfœtatione ſive quæſtione, an communicatio ſeminis in gravida efficax & fructuoſa ſit? cum reſponſo facultatis medicæ Halenſis communicat Fridericus Hoffmannus *Medicin. conſultator. Part. III. caſ. 9. p. 52.* quod reſponſum ſic ſonat: Cajus *hat in einem an unſere Facultat überſchikten Schreiben referiret, wie Titius, ein Ehemann mit einer gemeinen Hure, einen vollkommenen Beyſchlaff gepflogen, welche nach 15. Wochen zwey friſche und geſunde*

ſunde Kinder gebohren. Da nun Cajus ex ſententia JCtorum, quod qui aliqua cauſa impeditus ſemen non immiſcuit, neque delictum conſummavit, cum ordinaria pœna non ſit advertendus & puniendus, *und hingegen* ex aſſerto medicorum, quod poſt medium geſtationis tempus ob uteri occluſionem nulla feminis commixtio ſuccedat, *in einigen Zweiffel geſetzet iſt; ſo hat ſelbiger über ſolchen Umſtand von unſerm Collegio einige Information erfordert; abſonderlich dieſe Frage zu erleutern vorgeleget: Ob bey einem Weibe, welche ſchon einige Zeit gravida iſt, noch cum fructu und mit einer zur conception gehœrigen Wirckung das Semen communiciret werde, oder ob ſolche communicatio ſeminis bey ſolcher Zeit ſterilis und infructuoſa ſey? Hierauff geben wir zur Nachricht, daß nach einmahliger conception eine weitere communicatio ſeminis weder nœthig noch kræfftig ſey. Und ob wohl unter denen Medicis forenſibus aus der obſervatione Hippocratis von der ſuperfœtatione viel redens und diſcurrirens iſt, ſo iſt doch ein ſolcher Caſus nicht nur ſehr ſelten, ſondern es kan auch die Materie de ſuperfœtatione auf des Titii caſum nicht appliciret werden. Ja obwohl des Hippocratis Meynung von der Verſchlieſſung der Mutter nach geſchehener conception nicht allzurichtig iſt, da auch nach ſolcher erſten conception nicht allein bisweilen ſuperfœtationes erfolget, ſondern auch bey vielen gravidis nach ſolcher conception ein und mehrmahlen die menſes continuiren, ſo kœnnen doch ſolche Umſtœnde der Haupt-quæſtion nichts præjudiciren, wie dieſes an unterſchiedenen Orten* Drelincurtius, Harvæus, Schwammerdammius, Regnerus de Graaf, in Tract. de fœtu, de generatione, de organis mulierum *an und ausgeführet. Da nun 1) die ſuperfœtatio nicht ſo gemein gemacht werden kan, ſondern als ein ſeltener caſus anzuſehen iſt, da auch zum 2) nach einer einmahligen conception es der Ordnung der Natur nicht gemæß iſt, mit einer neuen und ſpœtern conception die erſte zu turbiren, und 3) da auch ſo vielmahl ohne alle Frucht nach geſchehener conception das ſemen bey Ehe-Leuten communiciret wird. Da 4) ferner die gemelli an der maturitate corporis einander gleich ſind: 5) Dabey obig gedachter Weibs-Perſon*

ſon ſchon über die Helffte die beyden Kinder getragen worden. 6) Da dieſe beyde Kinder friſch und geſund, und ratione temporis einander nicht ungleich geweſen. 7) Dagegen die Helffte der impregnation und nach ſolcher Zeit der uterus gewöhnlich etwas genauer verſchloſſen wird. Da 8) um ſo viel weniger, bey einer gravida, wo gemelli ſchon verhanden, theils eine ſuperfœtatio, 9) theils in folgenden Zeiten eine fructuoſa ſeminis communicatio kan præſumiret oder erweißlich gemacht werden; 10) weil ohne dem die Natur bey einer ſchon längſtens mit gemellis impregnata ihre gnug ſame occupation hat, dahero auch nicht von einem ſemine, ſo lange hernach beygebracht iſt, alteriret wird, auch diejenigen motus, welche ad formationem fœtus gehören, ad præſentem embryonem dirigiret ſind. So urtheilen wir aus ſolchen Gründen, daß das ſemen, welches nach ſo langer Zeit bey einer gravida inſinuiret wird, quoad conſequentem effectum infœcundum, *und bey ſolchen angeführten Umſtänden unnütze ſey. Dahero auch manche feminæ, wenn ſie einmahl concipiret haben, von fernerer communicatione ſeminis empfindliche paſſiones ausſtehen müſſen. Uhrkundlich haben wir dieſes unſer* in ratione & obſervatione phyſica, anatomica *und* medica *gegründetes Urtheil mit unſerm Facultæts-Siegel, bekræfftiget und ausgefertiget.*

§. 13.

Hunc caſum etiam in Michaelis Alberti *Syſtemat. Jurisprud. medic. Part. poſter. caſ. 2. p. 21 ſeq.* cum ſequenti epicriſi communicatum reperimus. Negotium generationis eſt myſterium in natura: tantum vero liquet, quod cum ſemine patris communicetur cauſa illa, quæ corpus ſtruit, & illa cauſa eſt immaterialis & rationalis. Principaliſſime in hoc proceſſu divina concurrit directio & poteſtas, alias talis communicatio fieri haud poſſet: equidem ex variis argumentis adſeverare poſſem, quod non cum qualibet ſeminis emiſſione illa ſpiritualis cauſa propagetur, ſed quod ſæpius illud ſemen ſine hac cauſa generante profundatur, ob id ex parte non omnis concubitus eſt fœcundus: quid quod ex probabili *Epicriſis in hunc caſum.*

bil argumentor, quod in maribus torpidi, timidi, abjecti, segnis, aversantis, a carnali libidine alieni animi ut plurimum nudum sperma sine hoc principio generante profundatur (id quod quidem adsertum aliqua demonstratione indigeret, quam vero plurimis argumentis si occasio postularet, & necessitas hoc loco requireret, submministrare possem) hinc melancholici & phlegmatici mares, aut quibus alias capita sunt confusa, minus fœcundi sunt. Unica itaque communicatio principii illius formantis satisfacit ad imprægnationem, quando præcipue ex parte matris concurrunt illæ circumstantiæ, quæ conceptionem admittunt, & adjuvant, haud vero excludunt & respuunt; quid vero dissensus matris in negotio generationis extinguendo valeat, passim a me, præcipue in physiologia, demonstratum fuit. Quando itaque conceptio unica contigit, tunc principaliora ad generationis processum requisita sufficiunt, ne ob singularem, inconsuetam & valde raram libidinem internam feminæ, serotinus quidam ac secundus conceptus superveniat, qui superfœtationis nomine venire solet; quodsi itaque rarus ille effectus secundæ conceptionis sive superfœtationis evenerit, tunc partus duplicatus & tempore & robore separatus atque discretus hanc præsumptionem testari debet: Duo aut plures mares non possunt per naturam rei unius prolis parentes esse; quare unicus sufficit pro tali imprægnatione perficienda: Quodsi etiam femina, quædam semel conceperit, tunc alter congressus, vel cum priore mare continuatus, vel cum alio minus fœcundus existit, quoniam jam actus ille conceptionis legitime & naturaliter præcessit: Hinc femina a primo marito imprægnari potest, licet hic post paucos dies emoriatur, & vidua mox clanculum cum alio perfecte cohabitet; unde infans, qui futuro partu excluditur, posthumus est. Caveant vero astuti defensores, ne hanc observationem illotis arripiant manibus, & rabulisticis suis artificiis intermiscere audeant, quoniam adhuc varia sontica momenta in hac consideratione inseri & commendari possunt:

poſſunt: Et ſi nunc primo fœcundo coitu illud principium formans legitime communicatum & conceptum fuerit, tunc alia vice, imo brevi poſt denuo ab alio individuo mare in muliebria propagatum, aut rectius translatum tale principium, minime de novo imprægnat, quia ordini naturæ repugnat: aut enim cum priori, & ratione temporis maturiori illo principio coaleſcere deberet poſtliminio communicatum illud principium, ut deinde ardua deciſio vencilanda eſſet, an hic an ille infantis parens ſit dijudicandus? aut novam individualem imprægnationem cauſari debuerit, quod poſterius ipſo eventu judicioſe explorando decidi poterit.

SECTIO IV.

CAPUT I.

De embryotokia ſeu fœtu prægnante & pariente

§. 1.

HActenus de gemellorum & ſuperfœtatorum conceptione egimus, reſtat adhuc alia & quidem longe rarior conceptionis ſpecies, quando nimirum in recens natæ puellæ ventre vel utero ſtatim, vel paulo poſt partum, alius longe minor fœtus latitans vel ſuo motu deprehenditur, vel etiam novo partu ex recens nato infante excluditur. Quos fœtus ſive gemellis, ſi ve ſuperfœtatis annumeres, mihi perinde eſt, quamvis cum absque dubio tales fœtus unico coitu concipiantur, atque a matre ſimul excludantur, eosdem pro gemellis habere mallem, ſique mihi ejusmodi exemplum videndi daretur occaſio; quippe quæ rariſſimæ ſunt obſervationis; unde etiam juxta Caſp. Poſneri *Geneanthropolog. Tab. IV.* nuper nata eſt quæſtio, quo nomine ejusmodi fœtus, in ventribus aut uteris aliorum fœtuum contenti ſint vocandi?

Fœtus in fœtu.

an gemelli? an ſuperfœtati?

§. 2.

Imo non dubito fore plurimos, qui tales conceptiones partus-

an dentur?

susque fabulis anilibus annumerant, cum ipse Thomas Bartholinus *Histor. anat. Cent. VI. histor. 100. p. 383.* ubi embryonem prægnantem sistit, hanc observationem ita incipiat: Terrebit lectores historiæ titulus. Certe ipse mihi non satis credo, dum hæc perituræ chartæ illino, quæ nulla unquam ætas vidit vel audivit: Embryonem nempe alio embryone prægnantem fuisse. Indorum historiæ testantur, bimulas puellas peperisse. Sed plus est, quod refero, cui fidem omnis posteritas denegabit, & ego invitus potui assensum præbere, nisi dignis testibus essem convictus. Et Casparus Posnerus *l. a.* de hac Bartholini historia ita scribit: sicuti, utrum judicium hoc multorum adsensum sit impetraturum, valde dubitamus, sic tutius ituros putamus, qui veritatem historiarum in medio linquentes, illa Galeni responderint: præter admirationem de hac nihil scimus. Nam secundum tritum verbum: Sapientiæ humanæ pars est, multa ignorare. Sique talis embryonis concipiendi rationem considero, potius negativæ, quam affirmativæ sententiæ subscriberem, nisi ab autoribus fide dignis traderentur, atque in omnibus tribus regnis medicis fœtus in fœtu occurrerent.

§. 3.

An ad gemellos an superfœtationes referendi?

Utrum vero talis conceptio ad gemellationem, an ad superfœtationem, referri debeat, paucis ut respondeam, proprie neque ad hanc, neque ad illam pertinet; quamvis enim bini tales embryones a prima puerpera, sive a matre & avia, simul & unico coitu concipiantur, unico etiam partu nascantur, atque hac ratione gemelli vocari possent, differentia tamen in eo occurrit, quod mater unicam tantum filiam, hæc autem alium embryonem enitatur, sicque filia & mater simul appellari mereatur. Omnium minime fœtus prægnantes gemellorum titulum mereri, defendit etiam Christianus Fridericus Garmannus *Disc. phys. med. de gemell. & Part. numeros. cap. 1. §. 5.* Ad superfœtationem etiam talis conceptio referri non potest, quia hujus matris partus seu exclu-

sio

ſio una tantum, non binis vicibus, uti in ſuperfœtatione abſolutus eſt. Interim libenter concedimus, in prima conceptione bina ovula, uti in gemellatione, ſimul impregnata fuiſſe, ex quibus dubio procul, niſi impedimenta acceſſiſſent, ab una matre tanquam gemelli naſci debuiſſent. Quod etiam ſtatuit Thomas Bartholinus, *l. a. p. 386.* inquiens: ſi meæ conjecturæ locus, exiſtimo, gemellas hic molitam eſſe naturam, ſed errore quodam alteram in alterius abdomen inducta cuticula detruſam. Sed admirationem conjecturæ prætendo, aliis naturæ ſecreta rimandi traditurus occaſionem. Huic ſententiæ, utpote veritatem olenti, ſuum adponit calculum Gabriel Clauderus *M. N. C. Dec. II. An. 3. obſ. 72. p. 165.*

§. 4.

De hac conceptione ita ſcribit Antonius Deuſingius *de fœtu Muſſipont. p. 21.* Ex Thomæ Bartholini *Cent. VI. hiſt. 100.* relatione de embryone prægnante liquere poteſt, fœtum illum embryonis non fuiſſe embryonis prægnantis ſororem, utpote cum in fœtu jam genito, ſeu ex utero mulieris exempto, alius fœtus in loco conſueto, ſcilicet utero ipſo inventus ſit. Utique ſi gemellæ ſorores fuiſſent uterque fœtus, nulla ratio eſt, qua potuiſſet altera ſoror in alterius uterum devenire, cum nequaquam, uti abdomen, ita quoque uterus in embryonibus apertus ſit ac hiet. Si quæras, quomodo potuerit embryo, dum eſſet in utero materno, concipere prolem, ac prægnans fieri? ne plane nihil dicam, inquit, de tali miraculo, ea quæ dixero aliorum judiciis melioribus ſubmiſſurus dicam: Apparere ſaltem (ſuppoſita hiſtoriæ memoratæ veritate) feminis alicujus maſculini corpulentia ad conſtituendum conceptum nequaquam eſſe opus: Sed virtutem illius ſeu efficaciam ſufficere, femineo ſemini communicatam: fieri ergo poteſt, ut virtus a paterno ſemine communicata ipſi ſemini matris, unde embryo primum conſtituebatur, ita efficax fuerit, ut ſucco alicui ſeminali embryonis, ad hujuſce uterum confluenti (ut frequens *Deuſingii ſententia.*

eſt, fœtus femineos recens natos fluxum album pati, ſeu ſeminalis alicujus materiæ ad uterum confluxum atque ex utero effluxum) efficaciam addiderit, qua ad fermentationem, ſeu ſpiritus ac naturæ, quæ in ſemine inſunt, exſuſcitationem potuerit concitari. Sic ergo foret femininus ille fœtus prægnantis embryonis & filia hujusce ex embryone nimirum ceu e matre genita, & interim quoque ſoror ejusdem, utpote unius ejusdemque patris efficaci virtute una cum ſua matre prognata. Hanc tamen rem longe melius per ova muliebria, quæ ante annos aliquot ab accuratioribus quibusdam anatomiæ indagatoribus reperta ſunt, exponi poſſe, favente imprimis ovi in ovo inventi exemplo, credit Cornelius Stalpart. van der Wiel *Obſ. rar. Cent. II. obſ. 49. ſchol. p. 479.*

§. 5.

Auctoris ſententia. Ut proinde de miraculoſa hac conceptione meam quoque aperiam conjecturam, ex capite tertio de gemellatione patet, gemellos vel ex uno eodemque ovulo geminato, ſive in quo duorum embryonum ſtamina, per tenuiſſimam membranam diſtincta, latent, vel ex duobus ovulis ſibi invicem annexis, vel etiam ex aliis binis, ſive in eodem, ſive in ambobus ovariis detentis ovulis, uno eodemque coitu ſimul fœcundatis, concipi atque generari; aliquando etiam a binis ejusmodi ovulis ſibi invicem annexis, atque disrupta tenuiſſima ipſorum membranula interjacente, inter ſe commixtis monſtra oriri. Sicuti autem in monſtris quandoque bina ovula, vel potius in ipſis latentia ſtamina, dum adhuc ſunt mollia, ita ſibi agglutinantur, & uniuntur, ut omnes fere alterius embryonis partes ab altero obtegantur, atque ita concreſcant, ut externe unicus tantum quaſi fœtus appareat, de altero autem una ſolum, vel altera pars, v. g. manus, pes, caput &c. ſuperſit, interne vero viſcera, v. g. cor, epar, lien, ventriculus & inteſtina, duplicia reperiantur, imo interdum ſimplicia deprehendantur; Ita pariter ſtatim circa principium conceptionis, & dum ſtamina adhuc ſunt mollia, quaſique mucilaginoſa, alterum ovulorum, ſibi

ſibi invicem adhærentium, integrum ab altero aſſumi, includi quaſique abſorberi, conſervari, foveri, per vaſcula apta nutriri atque maturari, &, quia in excretioni apto, & quidem ordinario loco, utero ſcilicet, latet, binique embryones ſimul concepti ſunt, proxime poſt priorem fœtum, & ab eodem tanquam matercula, per uterum excludi poteſt. Facilius adhuc embryonis in & cum embryone fœcundatio fieri poterit, ſi unum horum ovulorum alterum ita in ſe incluſum contineret, uti in ovis gallinaceis (de quibus mox dicemus) ſæpius obſervare licet. Qua ratione autem alterum ovulum non ad alium locum, niſi in alterius embryonis uterum, perveniat, ex quo poſtmodum prodire queat & utrum hoc caſu fiat, vel an a natura ſic dicta, vel ab anima hodierna, ita dirigatur; ut fatear, neſcio. Fortaſſe etiam accidere poſſet, ut tale ovulum in alio ovulo occultum latens ſimulque cum alio imprægnatum, non æque in uterum, ſed alium locum vel cavitatem includatur, in quo talis embryonis ſtamina vel, ob denegatum nutrimentum, brevi deſtruantur & annihilentur, vel in cavitatem quandam delata, ad perfectionem usque conſerventur, talisque demum fœtus caſu, poſt ſectionem ſeu aperturam, reperiantur. Hacque ratione explicari poſſe videtur, quod Julius Obſequens *de Prodig. C. Valerio, M. Herennio Coſſ. num. 112. p. m. 105.* de mare vitulo refert, quod ſcilicet, cum ipſius exta demerentur, gemini vitelli in alvo ejus fuerint inventi. Scribit etiam Johannes Langius *Epiſtol. medicin. lib. I. epiſt. 70. p. 376.* in utero cervi, quem illuſtriſſimus princeps Henricus comes Palatinus prope Oelwangh ceperat, cornigeri, dum eviſceraretur, repertum fuiſſe hinnulum, membranulis circumſeptum. Scilicet, juxta Thomæ Bartholini *de inſolit. Part. viis cap. 16. pag. 128.* ſententiam, in alvo ſeu abdomine a prima nativitate hæſerant vitelli & hinnulus, patrisque ſui fratres dici poſſunt, ſimul geniti; id quod Bartholinus etiam de fœtus prægnantis fœtu, ſupra recenſito, ſuſpicatus eſt. Cum autem, ut certo ſcio, hæc mea conjectura tibi, bene-

vole lector, non ſufficiat, & juxta Anton. Deuſing. *de fœt. Muſſipont. p. 21.* alter gemellus plane intra alterius corpus includi non poſſit, *vid. etiam p. 110.* concedas precor, ut C. Plinii Cæcilii Secundi verbis ex epiſtol. *libr. IV. epiſt. 30. p. m. 304.* te alloquar: Scrutare tu cauſas (potes enim) quæ tantum miraculum efficiunt. Mihi abunde eſt, ſi ſatis expreſſi, quod efficitur.

§. 6.

Exempla. Non poſſum itaque, quin talia exempla, licet pauciſſima colligere mihi licuerit, adducam, quæ niſi ab autoribus non credulis traderentur, incredibilia fere habenda eſſent. Scilicet fœtum recens natum alio fœtu fuiſſe gravidum ſeu prægnantem, recenſet Thomas Bartholinus, cujus ipſiſſima verba *ex Hiſtor. anatom. Cent. VI. obſ. 100. p. 384 ſeqq.* exſcribere liceat: Pluſculis abhinc annis in oppido Fioniæ noſtræ Affuentzlœff in parochia Uleſſoviana prope Neoburgum, matrona quædam Johanna, uxor coloni Nicolai Petri parturientis dolores aliquot dies experta, parere non potuit, quanquam binas obſtetrices plebejas ſibi præſentes habuerit. Unde tertiam ex vicinia majoris famæ, & experientiæ, nomine Siſſeliam, advocavit, quæ magna difficultate tantum tandem promovit, ut onere ventris prægnans levaretur & a morte vindicaretur, ſed fœtu mortuo ſequioris ſexus excluſo. Dum cadaver hujus ab obſtetrice hac & matre puerperæ ablueretur, & ad ſepulturam præpararetur, mirantur tumidum fœtus ventrem, in quo ad tactum videbatur quaſi oſſeum quid deliteſcere, unde, conſilio inito, parvo cultello avia aperuit ventrem, &, mirum dictu, inventus in fœtu alius fœtus ſexus feminini, in loco conſueto ſitus, perfectus omnibus membris, circiter ſpithamam longus unguibus & pilis donatus, ad morem fœtus perfecti; & ſicut prior fœtus ex matre editus livebat, & caro ejus nigricabat, quemadmodum fœtus mortui ſolent; ita hic minor fœtus candicabat & carne ſana præditus erat, ut ex omnibus indiciis concluderet avia, vitalem fuiſſe. Nec deerant huic ſecundæ, quibus in embryonis

nis utero alligabatur. Hæc ſancte fide aſſeveravit & juramento confirmavit obſtetrix Siſſelia, nuper quæ actæ rei ſeriem enarravit. &c. De hac obſervatione ita ſcribit idem Thomas Bartholinus *Epiſtol. med. cent. III. epiſt. 28. p. 102 ſeq.* Res mira eſt & dubii plena fœtus alio fœtu prægnans. Certa id obſtetricis noſtræ Siſſeliæ fide accepi. An aſſenſum multorum ſit impetratura, dubito, interim rem actam juramento confirmat. Inquit autem idem autor *de inſolit. Part. viis cap. 16. p. 125.* quod, cum ex clementiſſimo regiæ majeſtatis mandato dicta Johanna a præfectis de partu ſuo interrogaretur, ea, quæ obſtetrix & palpaverat & viderat, ſtrenue negaverit; ſive ea ipſa non fuerit, de qua obſtetrix narraverat, ſive metu territa, ne famam aut fortunas ſuas ea confeſſione proſtitueret, quod inaudita paſſa eſſet, quaſi illa miſella naturæ ludentis culpam præſtare deberet. vid. etiam Corn. Stalp. van der Wiel *Obſ. rar. cent. poſt. obſ. 49. ſch. p. 478 ſeq.* Simile exemplum in humano partu a nullo autore annotatum reperiri credit Philippus Joh. Sachs a Lewenheimb *de Lap. natur. p. 54.*

§. 7.

Interim fœtum non modo prægnantem, ſed etiam parientem, tanquam rariſſimum & curioſiſſimum quid adducit Gabriel Clauderus, medicus Altenburgenſis, cujus verba *M. N. C. Dec. II. an. 3. obſ. 72. p. 164.* ſic ſonant: Similis Bartholiniano plane caſus contigit anno 1672. in vicina noſtra Thuringia prope Naumburgum, in ditione nobiliſſimi a Breitenbauch; veluti hæc quidem accepi ex ore ipſius ſocrus, generoſi aulæ noſtræ Mareſchalli a Timpling, relictæ viduæ; dum ſcilicet in pago Bezgendorff uxor molitoris debito tempore parit filiolam, cætera ſanam, niſi quod abdomine præter ſolitum tumido fuerit dotata. Excluſa hæc filiola, excluſus hic fœtus, elapſo primo vitæ ſuæ octiduo corripitur improviſo torminibus magnis (quod continui fletus, continua inquietudo & jactigationes teſtatum ibant) poſtea pudendo exit aqua cruenta, mox ſuccedit filiola vivens; hanc inſequitur *Alind.*

fecun-

ſecundina, imo lochia fluunt, & omnia fiunt, quæ legitimo in partu fieri ſolent ac debent. Filiolæ iſtius recens natæ hæc adhuc recentius nata filiola digitum medium erat longa; & quia vivebat, perfectumque præ ſe ferebat homuncionem, ſacro imbuebatur baptiſmate. Altero vero ſtatim die mundo valedicebat tenerrima hæc filiola, cum tenerrima ſua matre quaſi ſuperfœtante. Avia vero earum, hoc eſt, genuina & primaria puerpera (molitoris nimirum uxore) manente ſuperſtite. Hanc obſervationem confirmat etiam, differentibus tamen annis, ſequens manuſcriptum ab amico mihi communicatum:

Excerptum *aus dem Kirchen-Buche zu Neumarck in der Superintendur Freyburg in Thüringen.*

Nunc arrige aures Pamphile! *Den 27. Maji 1645. iſt Margaretha, des Brücken-Müller's bey Neumarck, Meiſter Georg Opels, Tochter begraben worden, welche den 21. May zuvor die Tauffe erlanget hatte. Dieſes Kind hat im Bade mit groſſen Ringen und Sœmmern eine kleine Leibes-Frucht übernatürlicher Weiſe gebohren, welches etliche Jahr verſchwiegen blieben, endlich aber ausgebrochen, ſo vor dem Herrn Superintendenten und mir (ſunt verba Michaelis Richteri) dem Pfarr die alte Beckerin, als geweſene Kind-Mutter, bey ihrem guten Gewiſſen ausgeſagt. Addit Richterus: Die Urſache iſt GOtt im Himmel am beſten bewuſt.* Item alio loco: Novum aliquid & ſtupendum: *Man ſagt, daß dieſe Müllerin mit einem von B. adulterium getrieben, und unter den Pathen der Margaretha ſtehet im Kirchen Buche Juncker* H. G. v. B.

§. 8.

Aliud exemplum. Aliud adhuc exemplum infantis in utero prægnantis in Iſibordi ab Amelunxen *Breviar. rer. memorabil.* legimus, ſcribit enim: Cum anno 1088 in monte S. Petri Erfurti degerem, incidi in vetuſtum & illegibilem codicem, e quo hoc tantum decerpſi: Anno 896. puella 19. annorum ob ingravidationem famoſa ideoque coram judice accuſata, negabat omnia dicens: Si ego gravida ſum, faxit Deus, ut & infans in utero meo talis ſit! Paulo poſt peperit puellam mortuam, ventre nimis prætumido, ut jamjam rumpi videretur.

retur. Mulierculæ rem insolitam mirantes judici indicant ordinario. Aperto corpusculo ecce alia puella in puella modo nata, etiam mortua, omnibus tamen membrulis bene conformata. An fabula sit nescio, addit Isibordus. *vid. M. N. C. Dec. II. an. 4. app. p. 198.* vid. etiam Christian. Franc. Paullini *Observat. medic. Cent. I. obs. 70. p. 86.* ubi addit: Ephemerides erudit. Galliæ anno 1676. simile suppeditare exemplum.

CAPUT II.

De fœtu in brutis.

§. 1.

NOn autem tantum in homine, sed brutis quoque ejusmodi fœtus prægnantes observatos legimus. v. g. vaccam in Hungaria 1663. vitulam edidisse abdomine maxime distento, & in hac vitula prægnante aliam vitulam inventam fuisse, omnibus numeris absolutam, Leutschovia Philippo Jacobo Sachsio a Lewenheimb confirmavit David Spilenbergerus, illius loci physicus. v. *M. N. C. Dec. I. An. 1. obs. 36. schol. p. 121 sq.* Ipsius Spilenbergeri verba idem Sachsius *de mir. Lapid. nat. p. 57.* communicat: Cum nuper a curâ Palatini nostri Weselini redux ad comitem quendam Hungariæ vocarer, nobilis e vicinia comiti per literas significat, paucis ante diebus vaccam in ipsius stabulo vitulam edidisse abdomine maxime distento, quo dissecto in vitula hac prægnante aliam vitulam inventam fuisse, quamvis priore ventricosa multo minorem, quod, ne omen sit irruentium Turcarum & Tartarorum, Deum deprecamur. vid. etiam Georg. Franci de Franck. *Satyr. Med. IV. pag. 79.* D'une Geniſſe d'Angleterre, qui selon les apparences estoit venue pleine dés le ventre de sa mere, *v. Journ. des Sçavans Tom. XII. 242.* *Exemplum in vitula.*

§. 2.

Equam in Hispania mulam peperisse mortuam, in cujus alvo aperta alia mula inventa est, ex Torquemada refert Casparus a Reies *Camp. Elys. Quæst. 36. n. 28. p. m. 434.* vid. etiam Phil. Jac. Sachs. *In mula.*

l. a. p. 55 57. ubi addit, ſe hoc in Euſebii Nierenbergii Hiſtoria naturali legiſſe, ſed neſcire, an propria vel aliena fide id narretur, cum pauca alioquin ſuæ naturali hiſtoriæ ex propria experientia interſerat. vid. etiam Sachſ. Gammarolog. *cap. 8. p. 144.* & Chr. Franc. Paullini *Zeitverk. erbaul. Luſt p. 32 ſeq.* ita ſcribit: Anton von Torquemada *ſpricht: Ich habe dieſes um eines Exempels willen, welches ſehr wunderbar iſt, dergleichen ihr vielleicht nicht gehört habt, daß an einem Orte nicht weit von hier, eine Mœhre oder Stute traghafftig geweſen, der der Bauch ſo dicke worden, daß, wie die Zeit kommen, daß ſie ihre Frucht bringen ſollen, ein ſchwanger Maul-Eſel heraus gekommen, welcher ſo bald geſtorben iſt, der eben ſo einen dicken Bauch hatte, als die Mutter. Darum derjenige, dem ſie zuſtunde, wiſſen wolte, was die Urſach ſey, und ließ den Maul Eſel aufſchneiden, da fand man noch einen andern Maul Eſel darinn, davon er ſchwanger geweſen. Ich weiß, daß es gewiß wahr iſt. M. N. C. Dec. I. An. I. Obſ. 36. ſchol. p. 121.*

§. 3.

Vermes prægnantes. Ab homine ſæpiſſime pari vel excerni vermes ſeu lumbricos prægnantes, præter quotidianam experientiam teſtatur Dominicus Panarolus *Pentec. V. Obſ. 15. p. m. 151.* mirandum dictu, inquiens, in humano corpore vermes prolifici redditi creſcunt & multiplicantur. Sed quid dico, ſtatim audire licebit philoſophos aliquos, qui id impoſſibile tenent. Attamen dum ipſi philoſophantur, vermes prolificos & viviparos intueri licebit. Bis tantum obſervavi; primo in adoleſcente quodam hic Romæ, annorum ſedecim; ſecundo in juvene, fratre uxoris Caroli Oſſarti Capitolini, Romano, annorum circiter triginta, qui infinitis adhibitis contra vermes & putredinem, præſidiis obiere. In utroque expulſi fuerunt vermes colore carneo, longitudine circa ſexdecim digitos, qui prægnantes erant, & ligno colliſi cum fuiſſent, apparuerunt vermes parvi, ſubtiles, albi, longitudine ſex digitorum, prope innumeri, qui tanquam ſerpentes parvi movebantur. Hoc idem obſervavit Amatus Luſitanus *Cent. V. Curat. 46.* his verbis:

Puel-

Puella Scarinthi cum vermibus laboraret, & illi tarde medicamentum datum eſſet, unum permagnum egeſſit vermem rotundum; hujus cum pater caput pede calcaſſet, ex eo alii prodiere vermes, puella brevi tamen mortua eſt. Vermes & lumbricos prægnantes aliis vermibus editos fuiſſe, Philippo Jacob. Sachs *de mirand. Lap. natur. p. 57.* non adeo mirum videtur, cum in inſectis facilius abludat natura. Utrum vero unquam ſit viſus lumbricus lumbrico fœtus? Olao Borrichio parum veriſimile apparet & quidem ob varias cauſas, cum ipſe nonnunquam in exenteratis lumbricis viſus ſit, ſibi videre plures vermiculos, ſed re accuratius examinata deprehenderit omnia alia. vid. Thom. Bartholin. *Act. Hafn. Vol. IV. Obſ. 54. p. 157.* ubi ita pergit: Inter cætera, cum ante annum ex puero trienni lumbricum rotundum pedalem exegiſſem, utraque extremitate acutum ſine ulla certa capitis nota, credidi me videre per ventrem beſtiolæ tralucentem alios ſed minores vermes. Ceterum aperto ejus corpore notavi fila illa albentia non vermes, ſed inteſtina eſſe, eaque alia aliis craſſiora, ſed ſibi cohærentia, licet varie intorta. &c. Lumbricum ex humano corpore expulſum lumbricis aliis ſcatentem inveniſſe Borellum ex Bartholino refert Ant. Deuſingius *Vindic. de fœt. Muſſipont. p. 13.*

§. 4.

Rara etiam eſt obſervatio de cane prægnante, quam autor de la Clef du cabinet *l'An. C. 1711. p. 294.* refert: Une petite chienne, qui n'avoit qu'environ deux moix, a fait un chien, qu'elle avoit porté du ventre de ſa mere. Cet embrion eſt chez moy dans une bouteille d'eau de vie où l'on peut voir, non ſeulement la tête, le corps, les jambes, la queuë, mais mêmes les onglets de pates ſe diſtinguent du premier coup d'œils. Chacun ſait, que les chiennes portent ordinairement neuf ſemaines; Il eſt à remarquer, que dans la neuvieme ſemaine, que cette petite chienne fut ſortie du ventre de ſa mere, elle amis bas (avec douleur) ce petit chien. Canis femina bis admiſſo cane, inſtante partus termino a primo *Canicula prægnans,*

congreſſu peperit ſeptem quidem catulos perfectos & totidem imperfectos; non utique poſteriores priorum uteris contentos, ſed ſeorſim alios extra alios exiſtentes in utero matris, vid. Ant. Deuſing. *Vindic. de fœt. Muſſipont. p. 13.*

§. 5.

In gliribus. In Hiſpaniæ littore cum naufragæ navis ciſtæ & tabulæ in ædes capitanei maritimi deferrentur, tanta inde glirium copia exivit, ut inſigniter tota domus infeſtaretur. Inter cæteros captus unus monſtroſo ventre, qui apertus fœtum edebat juſta magnitudine muris. Hic cum & ipſe diſſecaretur, utero catulos gerere manifeſtiſſime formatos viſus eſt. vid. Georg. Franc. de Franckenau *Satyr. Medic. 4. p. 77.*

§. 6.

In muribus. De murium prægnantium fœtibus in utero pariter alios fœtus gerentibus ita ſcribit Ariſtoteles *Hiſtor. Animal. Lib. VI. cap. 37. fol. 432.* Terræ Perſicæ parte quadam mure femina reſciſſa, fœtus feminini prægnantes comperiuntur. Juxta Claud. Ælian. *de Animalib. Lib. XVII. cap. 17. fol. m. 352.* Hoc in muribus admirationa dignum eſt; ſimus prægnans capta diſſecetur, & eximatur fœtus, in eo quoque diſſecto fœtus reperietur alter. vid. etiam C. Plinii *Hiſtor. nat. Lib. X. cap. 65. fol. 185.* Johann. Hornung. *Ciſt. Medic. Epiſt. 256. p. 459.* Joh. Jonſton. *Thaumatograph. Claſſ. VII. cap. 27. p. m. 318.* Joh. Georg. Schenck *Hiſtor. Monſtr. p. 132.* Ant. Deuſing. *Vindic. de fœt. Muſſipont. Sect. I. p. 12 ſeqq.* Fortunius Licetus *de ſpontaneo Vivent. ort. Lib. III. cap. 50. fol. m. 240.* inquit: mures, qui prægnantes in utero matris reſciſſæ comperti ſunt, duplicem generationem habere poſſunt; altera quidem eſt non ſpontanea, quia viventis muris anima in utero matris materiei viſcidæ in ſuo uterculo degentis animam ſibi conſimilem generet, ac indat, eo modo, quo in piſcium genere paſſeres, rubelliones & hiatulæ apud Ariſtotelem ſine uſu maris omnes feminæ ex ſe pariunt, intra ſe quum genuerint ova prolifica: Altera vero eorundem murium

rium generatio ſpontanea eſt, quia in utercul's fœtuum muris reſciſſæ prægnantium materia contineatur, ſive a parentum, ſive a fœtuum corpore effluxa; in qua, velut in vaſe portio ſentientis animæ priſtini viventis deliteſcat: cui materiei ab ambientis calore, ubi per coctionem diſpoſitiones ad vitam congruentes, advenerint, ſtatim animam illam ſibi componit in formam eſſentialem novi muris conſtitutricem,&c. Hanc tamen de muribus in utero materno jamjam prægnantibus quaſi per traducem propagatam ſententiam impugnat Arnoldus Sengverdus in literis ad Thomam Bartholinum exaratis, in quibus ſcribit: Ælianum & Plinium multa ex Ariſtotele deſumſiſſe, quæ ſpectant animalia, uti etiam plures narrare fabulas; item Plinium aliquoties erraſſe ex linguæ græcæ imperitia; unde factum, ut Ariſtotele non bene intellecto, quandoque ornato ſtylo proponat, quæ veritati non pari modo conſentiunt. Deinde Sengverdus græca Ariſtotelis verba τῆς δὲ Περσικῆς ἔν τινι τόπῳ ἀναχῳσμένων τῶν ἐμβρύων, τὰ θήλεα οἷον κύοντα φαίνεσθαι, ita vertit: Terræ Perſicæ parte quadam diſciſſis embryonibus feminei ſexus (ſc. mures) tanquam prægnantes apparent. Longe alius ſenſus horum verborum eſt, quam vulgaris interpretis. Non dicit philoſophus, fœtus prægnantes comperiri; ſed utitur voce φαίνεσθαι, apparent, videntur, & expreſſe addit vocem οἷον, tanquam, quaſi prægnantes. &c. v. Th. Bartholin. *de inſolit. Part. viis cap. 16. p. 133. ſeq. 137 ſeq.* ubi plura de hac materia reperies. Et Lambertus Velthuſius *Tr. de Generat. cap. 5. p. m. 122. & Oper. Tom. I. fol. 1307.* id quod de muribus feminis narrant, quas in utero matris, & antequam editæ eſſent, prægnantes repertas eſſe referunt, putat præter fidem traditum memoriæ, & excogitatum ad exaggerandam murium fœcunditatem. De incredibili murium fœcunditate vid. Joh. Bened. Sinibald. *Geneanthrop. Lib. I. Tr. 3. cap. 6. p. 54 & 57.*

§. 7.

De cancro in cancro ſequentia refert Georgius Wolffgangus Wede. *De cancro in cancro.*

Wedelius *M. N. C. Dec. I. An. 6 & 7. Obs. 122. p. 160.* Cancrum in cancro repertum & quidem in masculo omnino rarum esse duco, præcipue cum ex oviparorum genere & femellas esse constet. Tale vero videndum se obtulit viro integerrimo Christophoro Zillingio J. U. D. & Practico Lipsiensi, cujus relationem e literis ad me d. 5. Sept. 1674. hic adducam: Emerat, scribit, conjux mea cancros, quorum unus major reliquis, isque masculus alium quadruplo minorem intus continebat. Hic ob loci angustiam ventrem versus utramque chelyn & caudam ita tamen compressam vertebat, ut fracta quasi videretur. Stomachus majoris vacuus erat, & in medio cancri ad caudam minoris situs. Minor intus recens quidem, sed carnis fere expers præter caudam erat. Cauda ipsa in medio paulisper contusa, de cætero vero cancer ipse totus atque perfectus erat, & quoad magnitudinem digitum minorem æquabat. Omnibus, quibus hucusque retuli, res insolens videtur, nec, me judice, aliam quis affert rationem, quam si cancrum minorem vix ovo exclusum a majore devoratum dixerit: eum vero deglutitum fuisse, vix credibile est. Sive ergo hunc insolitum embryonem in altero genitum dicamus, sive ab altero captum & deglutitum, seu denique læsione fortuita majoris prævia factum esse, ut chelys ceu operculum & integumentum commune paulisper hians minori quasi latibulum quærenti hospitium concesserit, hicque ex hospite incola factus sit, quod videtur vero similius, non tamen res caret difficultatibus, præcipue quoad hujus nutrimentum, vestis extimæ mutationem aliaque, adeoque hoc ipsum disquisitione ulteriori non indignum est.

§. 5.

[illegible] Ovum prægnans, seu in quo aliud ovum fuit repertum. Anno [illegible] rusticus quidam Thomæ Bartholino ostendit, interius autem ovum [illegible] figuram habuit [illegible] que loco etiam ovum prægnans in technicotheca regis [illegible] addit: Ovum, cui aliud ovum inclusum, [illegible]

[illegible]

mi regis Daniæ muſeo aſſervari, refert idem Thomas Bartholinus *Epiſt. Med. Cent. III. Epiſt. 42. p. 158. Item Cent. IV. Epiſt. 63. p. 386.* inquit, ſibi ſereniſſimum regem in auguſto ſuo muſeo ovum gallinaceum alio ovo gravidum, monſtraſſe. In ædibus Coſmi Bormanni gallina menſe Auguſto 1679. excluſit ovum alio ovo prægnans, quod ad Thomam Bartholinum miſit iſte Profeſſor regius, ipſius curioſitati gratificaturus, utrumque fuit perfectum & grandiuſculum. In extremo ovo albumen & vitellus circa internum circumfuſa erant. Similia alia alias vidit Bartholinus, ſed ficca. v. Act. Hafnienſ. *Vol. V. Obſ. 17. p. 72.* Hafniæ in ædibus Olai Wormii anno 1624. inter alia ova gallinacea, in nido inventum eſt ovum monſtroſum, ſubventaneo ſimile, magnitudine ovi anſerini, cruſta duriore carens, cujus tamen rudimenta aderant. Integrum dum erat, licet exterius molle, interius tamen durum quid tactu in eo deprehendere licuit. Hoc Wormius aperuit, ac primo in eo materiam quandam mucoſam inſtar albuminis ovi deprehendit, cui innatabat aliud ovum ſubventaneum, longum contortum. Quod fractum etiam albumine ſine vitello erat refertum. vid. Olai Worm. *Muſeum Lib. III. cap. 21. fol. m. 311.* Ovum in ovo alio ſervabat quondam Ludovicus Guetius in ditiſſima pinacotheca ſua. Tale etiam peregregium ſereniſſimo Guilelmo Bavariæ duci olim obtulit Abbas Alerſpergenſis, quod hodieque ſupereſſe debet in cimeliarcheo Electorali, niſi forte diffractum perierit, uti recenſet Georgius Hieronymus Velſchius *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 32. p. 51.* Aliud exemplum ovi ovo prægnantis annotavit Georgius Sebaſtianus Jung, *ibidem An. 2. Obſ. 50. p. 348.* inquiens, dum ancilla mea 19. Junii currentis anni 1671. ova quædam butyro incoquenda frangeret, inter cætera unum quoque aperuit, in cujus albumine præter vitellum pulcherrimi coloris, perexiguum aliud latitabat ovum, exterius teſta ſeu cortice candido ac duro aliorum ovorum more, munitum, interius albumine & exiguo vitello, binis ſignato chalazis præditum adeoque

que excepta magnitudine ab ordinariis nihil discrepans. Scribit etiam Guilelmus Harvæus *de Generat. animal. Exercit. II. p. m. 53.* se vidisse ovum perexiguum crusta tectum intra aliud gallinæ ovum majus, perfectum & cortice circum circa obductum, contineri. Quod ovum sereniſſimo regi Britanniæ Carolo, multis aliis coram spectandum præbuisse addit. Simile ovum oblongius grandiusque intra duos cortices, invicem discretos, durosque clausum interriora Friderici Tertii regis Daniæ se vidisse refert Thomas Bartholinus *Histor. Anat. Cent. V. Hist. 95. p. 177.* Ad Johannem Sigismundum Elsholtium consiliarius quidam ovulum misit nucem avellanam æquans, & in alio ovo majore inventum. Nimirum in ædibus ipsius, cum pro usu culinario ova aliquot gallinacea rumperentur, in albumine unius prope vitellum ovum aliud parvum jacebat, *μαλακόδερμον*, sive molli cute aut membrana tectum. Erat ea similis prorsus & colore & teneritate pelliculæ ovorum interiori, qua ipsa antea, quam putamen testaceum acquirunt, obvelantur, & quæ deinceps sub isto putamine perdurat. Postquam cuticulam hanc per latus unum dissecuisset Elsholtius reperit intus albuginem debiti coloris & consistentiæ, nec minus ad cuspidem alteram punctum illud candidum, quod semen galli vulgus nuncupat. Vitelli vero vestigium apparuit nullum. *vid. M. N. C. Dec. I. An. 6 & 7. Obs. 80. p. 115.* Sequentem observationem annotavit Petrus Rivalieiz: Occurrit mihi forte Majo mense 1682. gallinaceum ovum vitello & albumine instar ovorum communium perfecte instructum, in quo ovum aliud columbini magnitudine continebatur. Situm erat in majoris ovi medio, putamen inter & vitellum, cui pauliſper adhærebat, mediante materia quadam viscida, quæ non impedivit, quo minus ab illo facile avelleretur, illæsa, qui vitellum majoris ovi continebat, membrana. Contenti istius minoris ovi testa imperfecta nec solida, facile a substrata, seu ovi substantias succingente tunica, quatenus friabilis, separata fuit. Hac autem aperta membrana, prodiit primo liquor albumineus, intus & extra candidis filamentis conſper-

ſperſus, quique albuminis proprie dicti haud dubie loco erat. Emerſit deinde ſubſtantia quædam mucilaginea, cryſtallina ſolidioriqueconſiſtentia donata. Primo liquori, ut vitellus albumini cohærebat & ab illo pari negotio ſeparata fuit. Sphæricam figuram tenaciſſime ſervabat, piſi magnitudine. In ipſius medio albæ fibrillæ conſpiciebantur, quæ illam præ ſe ferebant configurationem, quam a vario continentis iſtius cryſtallinæ ſubſtantiæ ſitu mutuabantur; cum nempe in plano collocabantur, in longum porrigebantur, cum vero ſphæricam rurſus figuram repetebat, contrahebantur. Microſcopio examini tradita, punctula quædam cryſtallina, nullo ordine conſtituta, filamentaque candida perlucidaque in ipſius circumferentia, quædamque etiam minus lucida punctula obſervabantur; Utraque ſubſtantia in aquam injecta fuit. Liquidior quæque primo prodierat, ſupernatavit: poſterior autem, ſive ſphærica fundum petiit. Igni tradicæ induruere; Illa extenſa & diffuſa fuit: hæc vere rotunda ſphærica ſolidaque. In utraque diſſecta nihil heterogeneum adfuit. vid. Act. Erudit. Lipſienſ. *An. 1683. Maj. p. 221.* Ovulum in alio ovo Gœttingæ repertum, cum plura pro oleo ovorum parando confringerentur, Phyſicus Gœttingenſis, Trumphius, Georgio Wolffgango Wedelio dono miſit. *v. M. N. C. Dec. I. An. 6 & 7. Obſ. 122 p. 160.* Gorlicii aliquoties peperit gallina ova duplici vitello prædita tantæque magnitudinis, ut anſerum æquarent ova, obſervante Ehrenfrido Hagendornio *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 141. p. 342.* Societatis Indiæ orientalis chirurgus quidam in regno Aracan obſervabat gallinam aliquando inſolitæ molis ovum excluſiſſe: id cum aperuiſſet chirurgus, invenit in ejus vitello aliud ovum ſua teſta ſeptum ſuoque vitello ſimiliter præditum, licet dimidio minus, teſte Andrea Cleyero, *M. N. C. Dec. II. An. 1. Obſ. 17. p. 38 ſeq.* Ibidem *Obſ. 44. p. 122.* Aliud ovi in ovo exemplum annotavit Johannes Georgius Sommerus. Matrona ſcilicet nobiliſſima coquum ſuum ex ovis gallinarum Indicarum cibum præ-

parare jubebat. quæ cum frangerentur, in uno aliud ovum continentis ovi vitello & albugine circumdatum inveniebatur, columbino majus, quod dictus Sommerus reservavit. De ovo intra aliud ovum incluso a Persult observato, vid. Joh. Baptist. du Hamel *Histor. Reg. scient. Acad. Lib. III. Sect. 3. cap. 2. §. 7. p. m. 271.* Ovum gallinaceum parvum in ovo gallinaceo repertum a se observatum depingit Fridericus Ruyschius *Thesaur. Anatom. III. Tom. 3. p. m. 67. & Thesaur. IV. p. 21.* Ovulum gallinæ, ex ovulo gallinaceo exemplum in phiala sicca fixit. Item *Thesaur. VIII. p. 24.* in phiala sicca duorum murium fœleta monstrat, quorum alterum pedem figit super ovum gallinaceum, ex ovo gallinaceo majore, inter forbendum inventum & desumptum. Cornelio Stalpart van der Wiel consanguineorum quidam ovum dedit, intra quod, cum comedendum frangeretur, aliud quoddam ovulum, dura etiam obductum testa, magnitudine ovi columbini aut olivæ reperiebatur, quod vitello carens in medio majoris ovi vitello situm erat, uti ipse refert Stalpartius *Obs. rarior. Centur. poster. Obs. 49. p. 475.* In Christiani Wolffii Musæo sive Catalogo Auctionis *sub No. 100. p. 6.* prostabat ovum in ovulo *oder ein kleines Hüner-Ey, so beym Einschlagen aus dem* Vitello *in Leipzig 1683. herausgefallen.* Scribit etiam Jacobus Verberg ad Stephanum Blancardum: *Als ich den 26. Maji 1681. einen Patienten besuchte, hörete ich ihn mir erzehlen, daß vor etlichen Tagen seine Kinder aus dem Hüner-Neste ein übergewöhnlich grosses Ey gebracht: dessen schärffstes Ende krumm war. Als man aber solches zerbrach, fand man darinne ein ander Ey, eben so krumm wie das vorige. Dieses hatte auch eine harte und weisse Schale, wie das Ey, darinn es eingeschlossen war. Als man das inwendige Ey zerbrach, so war das weisse und der Dotter darinne, wie in einem andern Eye.* vid. Steph. Blancard. *Collectan. Med. phys. Cent. VI. Obs. 45 p. 277 seq.* Et juxta Georg. Franc. de Franckenau *Satyr. Med. 4. §. 4. p. 78 seq.* personatus Aletophilus *im Eytelkeiten-Calender von 1681. zu Nürnberg gedruckt* inquit: *Ein solches Ey haben wir vor kurtzer Zeit allhier gesehen,*

sehen, welches eræffnet ward, und innerhalb seiner Schalen ein anderes kleines Eylein mit begriffen hat. Item Johannes Mævius *in Kayser* Ferdinandi I. *Tafel Reden* ait: *Wir sahen auch ein kleines Hüner-Ey, welches in ein rechtes und vollkommenes Ey mit seiner Schale geschlossen war.* Ibidem etiam addit idem Francus: Anno 1685. den 7 Aug. Heidelbergæ in ædibus illustrissimi Domini de Stein-Caliefels, aulæ Marescalli, gallina Indica ovum edidit, quod intus aliud parvum crusta quodammodo aspera inductum continuit, quantitate nucis moschatæ majoris, quod adhuc in museo meo asservo. Sequenti an. 1686. d. 29. Julii simile eadem in domo edebatur ovum. Ejusmodi ovum gallinaceum prægnans, cujus scilicet vitello minus, facileque separabile, ovum erat inclusum, medico Haynensi, Joh. Wilhelmo Gottfrido oblatum fuit, uti ante aliquot annos ad me perscripsit. Et mihi ipsi bina ejusmodi ova, alterum, in quo interioris ovi testa nimis mollis, alterum, cujus cortex pariter satis durus erat, ex mea culina observare licuit. Huc referendum etiam, quod Collectores Actorum Erudit. Lipsiens. *an. 1713. mens. Octobr. p. 435 & 442.* de Johannis Morton Histor. natural. recensent: Ovum in ovo se oculis usurpasse, docuerat Cl. Manselius, at noster quoque se asservare tradit exiguæ molis ovum gallinaceum, quod includit aliud ovi putamen, forma & magnitudine ad glandis quercinæ calicem accedens, quod ovum, postquam aliquot annos integrum servavit, tandem foramine pertudit, atque contentam aliam testam retexit, præter naturæ ordinem vitello & albumine vacuam, quæ tractu temporis exhalasse conjectura est. Georgius Dethardingius inquit, se in rarithecio suo servare bina ova, non sese, quod aliquando contingere novit, includentia, sed sibi invicem beneficio tendinis apte cohærentia. vid. Ephemerid. Acad. *N. C. Cent. I & II. App. p. 198.*

§. 9.

De bombyce scribit Godofredus Benjaminus Preussius *Big. Observ. medic. in Ephemerid. Acad. Nat. Cur. Cent. VII. & VIII. Append. p. 95.* *De bombyce.*

§. 9. Animal in animali ſibi non prorſus homogeneo quærentibus curioſum vel unicus bombyx dat ſpectaculum. Velut enim in ovulis bombycum diſtincte bombycem ipſum contineri oculatiſſimus Leuwenhœckius armato oculo vidit (*vid. Epiſt. ejus 4. ad Reg. Societ. Londin.*) ſic papilionem certa quadam & inſita prædiſpoſitione exiliſſimis rudimentis in bombyce jam latere, exinde probandum videtur, quod ex mortuo bombyce (cum prius ſemet in domuncula e ſerico contexta ſepeliverit) prodeat & admirabili metamorphoſi procreetur novum iſtud animalculum papilio; quam metamorphoſin curatius depingunt Acta Anglicana *ab anno 1665. 1670. p. 67. &c.*

§. 10.

De cornu in cornu. De cornu in cornu vel potius dente in dente curioſa reperitur obſervatio in S. von V. *Deſcript. Grœnland. Lib. I. cap. 10 & 11. p. 29. 30 & 36.* quibus locis etiam probatur, unicornua ſic dicta Grœnlandica non cornua, ſed dentes piſcium eſſe. De tali autem dente in dente autoris verba, ſic ſonant: *Der Kœnig von Dœnnemarck wolte einſten ein Stück dieſer Hœrner wegſchencken, derhalben gab er Befehl, daß ſolches ſehr ſchœn und ſauber ſeyn, und man zu dem Ende ein gantzes durchſægen ſolte, und zwar am dickſten und ſchœnſten Orte, nehmlich beym Stumpff der Wurtzel. Als man nun ein Stück von demſelben Horn, das man gewiß für feſt gehalten, abgeſægt, ward es hohl befunden. Darneben ſich iederman nicht wenig verwunderte, als man in der Holigkeit eines kleinen Horns, ſo von ebenmæßiger Geſtalt und Weſen war, als das groſſe, anſichtig wurde. Hierauf gieng der Sæger fort in ſeinem Werck und ſchnitte das groſſe Horn, ohne Verletzung des kleinen, rings umher ab; endlich ſahe man, daß das kleine im groſſen ſtack, ſo weit als die Hœle gieng. Das übrige des groſſen Horns war dicht und feſte. Dieſes gab mir eine ſtarcke Einbildung, daß dieſe gehœrnte Fiſche ihre Hœrner abwürffen, wie die Hirſche zu thun pflegen, ſo daß ihnen die alten abfielen und wieder junge an derer Stelle wüchſen. Und eben darum ſo viel Hœrner von denen Hœuptern abgeſondert an*

Grœ

Grœnland nach Eysland auf dem Eiſe getrieben kœmen. Allein ſo bald ich den Schedel angeſchauet, und die Lœnge der Wurtzel, welche im Kienbackenſtacke, ward ich überwunden und kunte nicht mehr widerſprechen, daß es ein Zahn ſeyn ſolte &c.

CAPUT III.

De vegetabilibus prægnantibus.

§. 1.

PRæter hæc ex regno animali adducta embryonum prægnantium exempla obſervantur etiam in regno vegetabili fœtus ſeu fructus prægnantes. In limone enim majore diſſecto limonem alium perfectum, ſed perexiguum, flavo cortice obductum ſe reperiſſe ſcribit, idque crebro in Italia contingere addit Gulielmus Harvæus *de Generat. Animal. Exercit. II. p. 53.* Aliud exemplum pomi limonii prægnantis, quod in ſe, parte ea, quæ peciolo dotatur & ramo nectitur, aliud continebat pomum exiguum, avellanæ magnitudine, exteriore cortice flavo, medulla albicante, & ſucco ſuis diſtincto loculis, omni ex parte majori reſpondens ſe tenere ſcribit Olaus Wormius *Muſei Libr. II. cap. 28. fol. m. 206.* quo loco etiam, ſe duos ejusmodi fructus minutos, quos ex alvo materna extraxerit, adhuc inter loculamenta aſſervare ait. Licet autem, ſecundum dictum autorem, mala limonia & citria tam magnitudine, quam ſucci & pulpæ quantitate ac ſapore, corticum quoque craſſitie & viribus multum inter ſe diſtent, limoniis tamen vulgo citriorum titulus dari ſolet, hinc etiam hoc loco. Pomorum citriorum prægnantium exempla promiſcue adducere libet, quale recenſet Leonhardus Doldius in Joann. Hornung *Ciſt. Med. Epiſtol. 245. p. m. 438.* de pharmacopola citrum magnum aperiente & in medio aliud pomum, ſuo cortice eleganter obductum reperiente; in parvo tamen nulla fuerunt ſemina. Malum citrium prægnans, exſiccum tamen, apud Johannem Schonerum ſe vidiſſe teſtatur Chriſtianus Willichius. Dixit autem Schonerus, *De limonibus in limone.*

hoc pomum tum plane exſuccum & aridum, antea fuiſſe juſtæ magnitudinis; cum vero diſſecuiſſet, in meditullio quaſi in cellula aliqua inveniſſe minorem ejusdem arboris fructum, ſuo etiam peculiari cortice veſtitum, & plane a priori alium, ita ut majoris ſtius quaſi fœtus appareret. v. Thom. Bartholin. *Epiſt. medic. Cent. III. Ep. 41. p. 154. Et Cent. IV. Epiſt. 63. p. 386.* inquit Bartholinus, ſe limonium prægnans vidiſſe. Sequentem obſervationem communicat Johannes Daniel Major *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 241. p. 432 ſeq.* Anni 1672. menſe Januario, amicus quidam Kiliæ Holſatorum emit limonia, vel poma citrea aliquot, ex Hiſpaniis Hamburgum, indeque eo ad nundinas translata: atque ad uſus futuros in cella ſervat. Menſe Aprili dein unum eorum diſſecans invenit inhærere illi tanquam fœtum in animali, citrum alium perfectæ flavedinis & vividi odoris, magnitudine caſtaneæ, ſed figuræ anomalæ, pondere drachmarum trium cum media. In neutro nuclei: niſi quod in minore obſcurum aliquod rudimentum nuclei conſpiceretur. Ibidem etiam in ſcholio *p. 433.* Johannes Baptiſta Ferrarius refert, ſuperfœtationem hanc genuinam eſſe limoni citrato primæ notæ a ſe (vulgo cedrino) dicto, quam ſpeciem pomorum vocat nobiliſſimam ſuaviſſimamque; Provenire limonem hunc in Hetruria quidem univerſa, ſed qua extremitatem ejus in agro, Petræ Sanctæ oppido adjacente: Arbuſcula ut flore aſſiduo ver agere æternum, ſic pomis eſſe formam ſæpe obtuſiorem, interdum quoque turbinatiorem. Pomo aliquo a ſummo ad imum in plura ſegmina conciſo, limonem alterum interiorem apparere, qui pariter diſſectus poſt auream cutem candidamque carnem albidam medullam tertio non raro pomo pomive rudimento fœtam exhibeat; quin etiam ex inciſura fere ſtrata exterioris pomi minutorum pomorum polluviem proſpicere; interdum ſponte exterius pomum rumpi, ac inſtar uteri plures fraterculos parturire, quanquam non pariat &c. vid. etiam Theoph. Bonet. *Medic. ſeptentr. Part. II. f. 982.* De malo citrio præ-

prægnante triplicato narrat Andreas Gnœffelius, ſe anno 1671. obſervaſſe jucundam prægnaturam mali citrii, quod in medio diſſectum non ſolum ſimile plane pomum citrium omni cute & colore citrino perfectum, ſed intrinſece ſemine plenum: a parte ſuperiori adhuc novum germen, quaſi tertium pomum conficiendo, exhibebat. Multi hoc ad ſtuporem usque in his locis apprehenderunt. Fidiſſimi teſtes hujus triplicati imprægnati pomi ſunt proconſul civitatis Mariæburgenſis David Fadenrecht & judex & pharmacopœus Caſparus Pyrus, a quo primo mihi erat donatum. *vid. M. N. C. Dec. I. An. 4 & 5. Obſ. 54. p. 46.* Vratislaviæ pomum citrium alio prægnans deprehenſum fuiſſe, majori illo ſolitam figuram ſervante, incluſo vero altero minori dimidia ſui parte in diverſos proceſſus abeunte; ad Lucam Schrœckium ſcripſit Gothofredus Schultzius. *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obſ. 11. p. 34.* Ejusmodi malum citrium prægnans, ſive in quo aliud minus latebat, hic Dresdæ apud mercatorem videre mihi contigit. Olaus Borrichius in Hodœporico ſuo MSC. anno 1661. d. 9. Sept. Leidæ notavit ſequentia: Vidi in diſſecto malo citrio aliud malum citrium minus innatum, ſuis etiam ſeminibus prægnans, ſed nullo cortice, niſi quod corticis complicati initia cernerentur ab interiori parte jam incipere. Hærebat malum hoc non in infimo majoris mali circa pediculum, ſed pene in ſummo, protendebat autem ad pediculum ramos ſui pediculi, hinc ab uno pediculo utrique nutrimentum. vid. Georg. Franc. de Francken. *Satyr. Med. IV.* §. *4 p. m. 80 ſeq.* Et *pag. 79.* refert idem Francus, Cratonem binos ejusmodi fructus in unico pomo citrio vidiſſe. Varia ejusmodi exempla congeſſit etiam Godofredus Benjamin Preuſſius *Ephem. Acad. N. C. Cent. VII & VIII. App. pag. 91.* inquiens, citrum multiplici & ſextuplici fœtu prægnans depingit Volckamerus *Heſperid. Noric. Tom. I. p. 173.* Citrum in citro elegantiſſimum Vratislaviæ ſemet conſpexiſſe, teſtabatur Johannes Chriſtophorus L. B. a Rommerskirch, Canonicus Vratislavienſis. De limone citrato

citrato pyriformi Paduano prægnante, alias Bergamotto fœtifero da Padova dicto, ejusque intimiori consideratione, *vid. ibid. p. 92.*

§. 2.

De citro in citro. Rara etiam est observatio Johannis Ludovici Apini de citro in citro *M. N. C. Dec. III. An. 4. Obs. 24. p. 66.* ita scribentis: Citra in citris malis omnibus numeris absoluta, nec minus citri germina in ipsis citro adhuc conclusis seminibus plus semel reperta, nemo est qui non noverit ex curiosorum nostrorum ephemeridibus. Sed ne effœtam putes nostris esse temporibus naturæ vim, en jam sistitur citrus in citro, seu germen citri adeo perfectum & conspicuum, finiente superiore anno in discisso pomo citreo notatum, ut non tam futuræ citri primum germinantia rudimenta, (ut quod adeo rarum esse non solet & sæpius a pharmacopœis & culinariæ deditis observatur) quam potius absolutissimum citri arbusculum me videre existimarem, cujus iconem, cum nullus adhuc dum in Miscellaneis his exter, nunc simul exhibere operæ pretium duxi. Vacua enim jacente siliqua, jamque penitus consumpto utriusque labi seminalis alibili succo, conspiciebam eleganti virore, non pallido, sed plene gramineo, pronascentem plantulam, nonnihil in illa nutricis suæ angustia inflexam, eo vero loco, quam seminalem apicem perruperat, mox in altum tendentem & foliola bina pulcherrime explicantem, cum interim radiculam ex eadem cicatricula emergentem profunde demitteret, ad ipsum citri petiolum; argumento non improbabili, si longius ab arbore pendere licuisset, per hanc viam affluente jugiter humore nutritio, futurum fuisse, ut vegetatione amplius provecta ex hoc tenello germine tandem etiam fructus enascerentur, ut in citreis similibusque pomis exoticis observatum fuisse constat &c.

§. 3.

De malo aurantio. Mali aurantii fœtiferi ex Johanne Baptista Ferrario meminit Johannes Sigismundus Elsholtius *M. N. C. Dec. I. An. 6 & 7. Obs. 80.*

pag.

pag. 115. Mala aurantia fœtifera, quibus confinia lacus Benaci (vulgo *Gard See*) abundant, enumerat Volckamerus, juxta Godofredi Benjam. Preuſſii *l. a. p. 93.* Malum aurantium citro prægnans a patre Boccone depingi allegat Michael Bernhardus Valentini *M. N. C. Dec. III. An. 2. Obſ. 118. p. 182.* Hujus occaſione etiam Valentini reticere non vult recentem eamque curioſiſſimam obſervationem, quæ ſereniſſimo Haſſiæ Landgravio contigit, qui malum Sinenſe aureum (vulgo *Apffel-Sina* dictum) incidens, cavitatem ejus alio & minore malo refertum invenit. Hinc mira novæ & inſolitæ prorſus rei delectatione captus, malum illud cum inciſura fœtum detegente manu artificis depictum in bibliotheca principali Darmſtatina in perpetuam rei memoriam aſſervari juſſit; cujus intuitu & occaſione philiater quidam Darmſtatinus anno 1694. diſputationem publicam de malo Sinenſi aureo Lugduni Batavorum ventilavit. *de malo Sinenſi.*

§. 4.

In pomo communi idem annotavit Michael Dœringius phyſicus quondam Vratislavienſis, qui in epiſtola ad Danielem Sennertum anno 1637. ſcripta ita ait: Rem miram antehac vix viſam vel auditam cape: Puſillum pomum colore, odore & figura majori communi pomo per omnia ſimile, in hujus meditullio ſingulari pediculo enatum dedit unum atque alterum ante menſem pharmacopœus noſter Petrus Callenbergerus. vid. Phil. Jac. Sachs a Lewenheimb *Schol. in Thom. Bartholin. Obſervat. M. N. C. Dec. I. An. Obſ. 36. p. 121.* item Sachſii *Gammarolog. Lib. I. cap. 7. p. 144* Poma Adami prægnantia & pomum citratum cum pediculo (qui ex umbilici centro prodit) & quidem fœtiferum, vel pomum Paradiſi a Judæis vulgo appellatum, ex Volckamero adducit Georgius Benjamin Preuſſius *l. a.* Pomi mirabilis meminit Johannes Olorinus *Centur. Arbor. mirabil. n. 4. p. m. 11.* *In der Provintz Malabar ſtehet ein Baum, welchen die Inwohner Cachi oder Cicara nennen; derſelbige trægt alle Jahr nur einen einigen Apffel, und keinen mehr.* *De pomo communi.* *de pomo Cachi.*

Dieſer Apffel wæchſet nicht wie die andern Aepffel, von den Zweigen, ſondern unten an dem Stamm, und iſt ſo groß, daß ein ſtarcker Menſch gnug daran zu tragen hat. Er hat aber, wie die Tannæpffel, inwendig eine Frucht, in 300. unterſchiedenen Hæutlein, welcher eine iede ſo groß iſt, als unſere Aepffel ſind. Und wiederum ſeynd in dieſen Aepffeln noch andere Aepffel, wie in der ſtachlichten Haut die Caſtanien ſitzen. Hanc relationem ex Joh. Michaele Dilherro recenſet Georgius Francus *Satyr. med. 4. p. m. 80.*

§. 5.

De pyro. Pyrum pyro innatum obſervavit Olaus Borrichius ſecundum Thomæ Bartholini *Act. Hafnienſ. Vol. II. Obſ. 60. p. 163.* ubi inquit: Attulit mihi amicus ex horto Kitzeroviano pyrum ex duobus integris in fructum unum monſtroſe coaleſcens. Cauda cum dimidiato fructu alterum conſtituebat pyrum, ſuperior illa & amplior pars alterum. In medio fructus corpore folia utrinque eminebant, & illa inter ſe ita per harmoniam coierant, ut folium unum diverſis inciſuris diſtinctum apparerent. Interiora ita ſibi cohærebant, ut fructus non niſi unicus videretur, ſed fibræ hinc inde errabundæ & ſemina confuſis diſpoſita locis vitium tacite loquebantur. Item dans le Journal des Sçavans *de l' an 1675. p. 174.* ſecundum obſervationem domini Perault, il y avoit une poire, qui ſembloit en enfanter une autre par ſa tête: car cette tête ſ'ouvrant & ſ'elargiſſant laiſſoit ſortir une autre poire, qui ne ſortoit qu' à demy; & cette ſeconde poire jettoit de ſa téte une brouche & pluſieurs feuilles. Une autre poire plus petite ne produiſoit point une ſeconde poire, mais ſeulement une branche & des feuilles de meme que l'autre. Ces fruits ayant eſté ouverts en long par la moitié, l'on a trouvé, qu'ils n'avoient point de pepins, mais que leur chair eſtoit ſolide par tout, & que les fibres ligneuſes, que la queuë a couſtume de jetter dans l'endroit, ou elle eſt attachée à la chair, continuoient & paſſoient outre au travers de l'une & de l' autre poire, pour aller produire la petite branche & les feuil-

feuilles, qui ſortoient de la teſte dela derniere poire. Ou remarquoit encore la ſeparation dela chair dela premiere poire, qu eſtoit comme la mere, d' avec la chair dela partie poſterieure de l' autre, qui en naiſſoit, & qui n'eſtoit pas entierement ſortie, eſtant encore attachée à la mere. De pyris florentibus vid. Ephemer. Acad. *N. C. Cent. III & IV. Obſ. 155. p. 351 ſeqq. item M. N. C. Dec. I. An 6 & 7. Obſ. 239. p. 347.* De pyro ex alio pyro procreato vid. Joh. Bapt. du Hamel *Hiſtor. Reg. ſcient. Academ. Lib. III. cap. 2. p. 271.*

§. 6.

Dari etiam flores proliferos, variorum autorum teſtantur obſervationes; De roſa enim prolifera ſequentia ſcribit Sigismundus Graſſius *M. N. C. Dec. I. An 4 & 5. Obſ. 94. p. 94.* Roſarum purpurearum ſpecies eſt, quas horticultores vocant Gallicas, *Frantzöſiſche Roſen.* Fruticis ramulos armant ſpinulæ rariſſimæ, ut partim ſint glabri, partim potius hiſpidi, quam aculeati. Ex his una vel altera mihi nata eſt prolifera, ita ut ex medio antheræ croceo propullulaverit cauliculus viridis cum calice roſeo barbato: aliquando etiam caliculus tantum folioſus ſine calice, ſeu ſurculus ad longitudinem digiti foliolis exiguis viridibus ſatis denſe ſtipatus &c Veruntamen non hæc tantum roſa ſuperbit hoc luxu, quamvis forſan frequentius. In ſaccharina pauciflora ſimillimam prolificationis fœcunditatem anno 1672. monſtravit ex hortulo ſuo fautor & amicus quidam, rerum hortenſium cultor curioſiſſimus. Eandem in centifolia Batavica prolificationem exhibuit annus hujus ſeculi ſeptuageſimus tertius; calicem nimirum roſeum e centro centifoliæ natum in Roſeto Petriſylvano vidit, & teſtis oculatus recenſuit aulæ Gelhornianæ præfectus, illuſtr. Baro de Logau. Propaginem autem folioſam digitum longam, ex eadem enatam ipſe reperi in horto amici ſuburbano. Calicem tandem hujusmodi roſeum floris nondum explicati, ex alba roſa luxuriantem in hortulo ſuo ſe decerpſiſſe gloriatur chirurgorum noſtratium

Flores proliferi. Roſæ.

quidam primarius. Hæc Graſſius. Ibidem etiam aliam florentiſſimæ iconem roſæ, quæ Altenburgi in horto Richteriano provenit, inſertam videmus, quippe quæ triplici flore perfecto ſpectabilis fuit. De roſis plenifloris proliferis Reinholdus Wagnerus in *Nov. Literar. Mar. Baltbic. an. 1700. menſ. Februar. p. 52.* ſequentia communicat: Tanta, pluvioſis aſt ſimul fœcundis ſuperioris anni tempeſtatibus, roſarum fuit luxuries, ut non tantum integer frutex proliferis roſis albis in horto illuſtris Dn. Harboe ſuperbierit, ita ut una roſa ex altera, rariſſimo amœnitatis exemplo, ex alabaſtrorum viridium coronis, atque e medio alterius, tanquam matre folioſa, prognata fuerit, quales cum calicibus roſeis ex roſis albis luxuriantes exhibet *Tab. II. Fig. 1.* ſed & prolificationis ſimilem fœcunditatem in roſa rubra florentiſſima animadvertimus, quæ in Tuſculano D. Maſii trium inſtar roſarum, floribus diverſæ magnitudinis & plenitudinis ſe in conſpectum dedit; cujus iconem videre licet *Tab. II. Fig. 2.* Ibidem etiam alius roſæ proliferæ mentionem facit, quam Johannes Nolte, poliater Lubecenſis ipſi obtulit. Roſam triplicatam annotavit Andreas Cnœffelius *ibid. Obſ. 55. p. 46.* Fœcunda, inquiens, tempeſtas 1672. die 20. Auguſti, luxuriantem nobis roſam provincialem, ut vocant, triplicatam, exhibuit in horto proconſulis Eraſmi a *Linden.* Iconem hujus roſæ ibidem reperies. Aliam quoque roſæ, pro multiflora habitæ atque Pragæ in horto P. P. Bernardinorum die 10. Auguſt. anno 1647. repertæ iconem ibidem videbis. Roſæ proliferæ obſervationem ejusque iconem communicat *M. N. C. Dec. III. An. 9 & 10. Obſ. 132. p. 249.* Johannes Henricus Hottingerus, roſa hæc colore ab aliis hujus ſpeciei (fuit ſcilicet roſa rubra pallidior Bauhino dicta) non differebat, paucioribus ornata foliolis, verum latioribus, non ita fortem & ſuavem ac aliæ, ſpirabat odorem; Involucrum ſeu calicem apertum, quo nitebatur, quinque folia conſtituebant, ejusdem ac in caule figuræ; Ex umbilico, ſeu medio antheræ aſſurgebat cauliculus tener, foliolis ſub-

ſubtilibus inſtructus, cui impoſitus calix roſeus, ejusdem albo-virideſcentis cum caule coloris, ex quo rubedo quædam, roſæ nondum evolutæ intus contentæ, emicabat. Aſpectu ſane jucundum! Caulis foliis latioribus gaudebat, ſpinis majoribus carebat, minoribus tamen armatus erat. &c. Partum matri roſæ proliferæ fatalem, edidit Georg. Benjam. Preuſſius *Ephemerid. Academ. Nat. Curioſ. Cent. VII & VIII. Append. p. 83 ſeq.* ubi ejusmodi roſam proliferam prolixe & accurate deſcribit atque depingit. Medio ſcilicet Junii menſe frutex in locum meridianis ſolis radiis, per plures dies continuo pluvias excipientibus obvium transferebatur, interdum per intervalla, & aqua pluviali irrorabatur potius ſucceſſive, quam imbribus committebatur. Quo facto ſignum quaſi ad perrumpenda calicum clauſtra ſubito roſarum agmini, per ſolis activitatem erectum videbatur. Imprimis ſe commendebat ſuticis brevior quidam ſurculus vel caulis ſpinoſo-hiſpidus reliquis craſſior capaciorque. Quatuor foliis fruticis ſubviridibus, profunde laciniatis, ſublongis, mollibus, exterius parum lanuginoſis inſtructus. His valde vicinus aderat nudus & calice deſtitutus globulus, ut ita appellem, roſæ conniventis ſolito capacior, cujus foliola numeroſiſſima arcte invicem compacta & conglomerata velut verticillum repræſentabant; quem in principio folia dicta laciniata loco calicis amplexabantur & leviter obtegebant. Roſa hæc matris proliferæ nomine non immerito inſignienda venit, eo quod ex ejusdem nondum dehiſcentis ſinu & centro prodire & naſci obſervabatur priori continuus cauliculus ad digiti longitudinem protenſus, non ſpinoſus, ſed plus minus lanuginoſus, craſſior molliorque nullis foliis herbaceis ornatus, cujus apex in calicem ſeu globulum roſæ pariter conniventis & plenifloræ plane regularem terminabatur, quem roſæ filiæ, partus velut ex matre roſa producti titulo hic denotandum duxi. Interea ab amplexu foliorum laciniatorum ſponte ſe nunc reclinantium liberatus globulus noſtræ roſæ matris intra ſinum ſuum ſenſibili-

biliter intumeſcere & in amplius ſpatium ſe extendere moliebatur. Foliola erant colore incarnato magis, quam purpuraſcente, odore grato non prorſus deſtituta. Præſertim vero circularem roſæ extremitatem color vividus per viginti circiter horas animabat: minime tamen in majorem ambitum, quam figura ipſa monſtrat, explicabatur verticillatus hic globulus roſeus, adeoque nec diſcum, nec antheram, vel ſtamina & luteos apices, nec ſemen (ob calicis defectum) quod tamen roſis aliis proprium eſt, exhibebat. Vix per dictum breviſſimum tempus mater prolifera vitam & colorem oculis qualitercunque conceſſerat, cum non niſi unica die & nocte tardior roſa filia dehiſcere, odoremque & colorem matre longe perfectiorem præbere obſervaretur. Fatalem en partum! nam quo magis virtute & vividitate per horas ſingulas increſceret, ſe expanderet & augeretur roſa filia, nulli reliquarum amœnitate ſecunda, eo magis per easdem horas & fere momenta roſa mater colore & vividitate decreſcebat, ſe contrahebat & imminuebatur &c.

§. 7.

Caryophylli. Roſis ſuccedant caryophylli hortenſes, quorum dignitas in hortorum regno, cum roſæ purpura certat. Tales caryophyllos anno 1683. præter ſolitum proliferos eſſe factos, erumpente ex medio floris novo calice, refert Güntherus Chriſtophorus Schelhammerus *M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 110. p. 210.* qui non unum tantum, ſed quinque ſex ſeptemve numeravit: verum tunc nullo ex his flore perfecto. Uno vero tantum emergente, non raro ad juſtam magnitudinem pervenit, aut paulo minorem, & in ſerum autumnum floruit. Hoc maxime quidem Schelhammerus in caryophyllo candido maximo, quem Hieroſolymitanum hortulanorum licentioſa etymologia inſignivit, eveniſſe vidit, in aliis tamen etiam. Caryophyllos variarum ſpecierum in hortis olim Vratislaviæ propriis ante plures annos ſe aluiſſe, quorum ex medio unus pluresve calices eruperint, Georgio Benjamini Preuſſio retulit.

retulit generoſus dominus de Baumann, eques Sileſius. v. Preuſſ. *l. a. p. 87.* Caryophyllum ex uno alio enatum annotavit Sigismundus Schnitzerus in Joann. Hornung. *Ciſt. medic. Epiſt. 33. p. 84.* In horto Caſpari Kœllichen enatus eſt flos caryophylleus, varii coloris, qui, cum divideretur, alterum ſimillimum florem gremio ſuo innatum oſtendit, uti refert Olaus Borrichius *Act. Hafnienſ. Vol. I. Obſ. 67. p. 127 ſeq.* Caryophyllum hortenſem prægnantem, ſive ex quo alius ejusmodi flos excreverat, a mercatore noſtrate, Johanne Georgio Schucharto, anno 1718. accipiebam.

§. 8.

Ceraſus. De ceraſo pleniflora prolifera ſequentem obſervationem narrat Sigismundus Graſſius *M. N. C. Dec. I. An. 4 & 5. Obſ. 95. p. 95 ſeq.* Anni 1613. Majo fere finiente cum ceraſus pleniflora jam deflorere inciperet, flores quosdam vegetiores conquirebam decerpendos & amico roſæ albæ loco monſtrandos. Inveni multos, qui e medio novos floſculos e ſuis alabaſtris viridibus læte prognatos, & matre folioſa multo eminentiores, modo unum, modo plures, denſo foliorum ſtipatu unum quaſi florem mentientes exhibebant, cum tamen e pluribus alabaſtrorum viridium coronis, intuenti penitius totidem floſculorum oſtenderent progeniem. Ceraſus hæc, eo quod omnis fœcunditas abſumatur, in flores, aut nullos producit fructus, aut certe rariſſimos, ut oculos ita ſaturet magis, quam palatum. Aliæ autem plenifloræ, in quibus luxuriam hanc prolificantem nondum obſervavi, fructibus abundant ſatis frequentibus, quibus non raro gemelli uni inſident pediculo.

§. 9.

Tulipa. Tulipam ex uno eodemque ſtemmate gemellam, monſtroſtroſa itidem foliorum agglutinatione ac inoſculatione oppido raram a Johanne Noltone medico Lubecenſi ſe accepiſſe refert Reinholdus Wagnerus *in Nov. Literar. maris Balthic. An. 1700. menſ. Februar. p. 52.* Tulipas ob numeroſiſſima folia variegata talem in modum plenifloras, ut propter folia exteriora permulta, mole interio-

teriorum depressa & reclinata deorsum, relicto etiam caulis interstitio satnotabili & distincto, tulipam ex tulipa exacte retulerint, se vidisse refert idem Preussius *l. a. p. 87.* ubi etiam florum papaveris variegatos & proliferos, item jasmini flosculum ex alterius sinu distincte onatum adducit; Scabiosæ quoque proliferæ, quæ ex uno flore medio plures flosculos distinctis invicem pediculis protrusit ex Tabernæmontano ibidem meminit.

§. 10.

Corona imperialis. Coronam imperialem duplicem, sive superiorem ex alterâ inferiore exsurgentem adeoque proliferam, celeberrimus Bosianus hortus anno circiter 1703. 1704. Lipsiæ exhibuit, ab horti præfecto tunc temporis plurimis ostensam. v. G. Benj. Preuss. *l. a. p. 87.* ubi etiam jasmini flosculum ex alterius sinu distincte enatum adducit; item daturam Ægyptiacam flore pleniſſimo triplici, uno ex altero ascendente tam coloribus variegatis, quam altitudine ipsa speciosissimam in icone sistit Volckamerus. Etiam daturæ alia Contareni calicem floreum triplicem, unum ex altero prognatum, necnon in calendula decem flores supra elevatos vidit F. Imperatus &c. *vid. Preuss. l. a. p. 88 seq.*

§. 11.

Causæ. Causas autem ejusmodi vegetabilium proliferorum & foetiferorum perpendens modo allegatus autor *pag. 98 seq.* sequentes adducit 1) Idiosyncrasiam vegetabilium. 2) Tempus anni consueto magis proliferum. 3) Soli & regionis per naturam ad fœcunditatem dispositionem. 4) Nutritionis consuetæ adeoque & nutritionis luxuriosæ sive prolificationis materiam seminosam ab aqueis & terreis particulis simul, ejusque modum per succi ascensionem & circulationem. 5) Efflorescentiæ modum. 6) Causas occultas. 7) Terræ sive agri conditionem, cui vegetabilia immatriculata sunt. 8) Vas circumdans frutices. 9) Aquam naturalem, pluvialem, vel artificialem, irrigationi destinatam. 10) Solem, tam orientalem, quam meridianum, & locum umbro-

broſum pariter ac apricum & lætum. 11) Artem & culturam ſolertiorem, naturæ ſupervenientem vel eam ſtimulantem. De quibus cauſis, & aliis ad copioſum florum & fructuum proventum facientibus ibidem prolixe agit. vid. etiam le Journal des Sçavans *de An. 1675. p. 176 ſeq.*

CAPUT IV.

De Lapidibus prægnantibus.

§. 1.

IN regno denique minerali varii quoque lapides, aliis lapidibus prægnantes, reperiuntur, v. g. ætites, qui etiam, juxta Joh. Laurent. Banſch. *de Lapid. Ætit. cap. 1. p. 15.* lapis prægnans appellatur, vel quod intus, velut in utero, lapillum alterum aut aliud quid, tanquam embryonem vel fœtum, incluſum habeat; vel quod prægnantibus proſit; vel quia, ſecundum Guilielm. Laurenberg. *deſcript. Ætit. lit. B. 5.* alio lapillo quaſi fœcundus eſt; & *lit. D.* certi ætitæ, gemonides dicti, & prægnantes fiunt, & alterum pariunt lapidem; ſiquidem talis lapis in parte latiori nigram habet maculam, cum exigua quadam rimula, cui formæ muliebri non abſimilis membro, per quam etiam ſingulis menſibus fœtum enititur. vid. *lit. E.* Quamvis autem prægnans vocetur, non tamen parit; atque in ætitis cavitate continetur vel lapillus, vel terra vel arena. Lapis variat colore & duritie, aliquando enim eſt ex parte translucens, ex parte colorem nubilum cæruleum oſtentat, quandoque candidiſſimus, quandoque niger eſt. Ratione duritiei talis lapillus interdum eſt friabilis, interdum inſtar ſilicis durus. Scribit etiam Philippus Jacobus Sachs a Lewenheimb *Gammarolog. Lib. I. cap. 8. p m. 145.* lapides inveniri in regno minerali prægnantes. In veteri enim Marchia ad oſtium Tangræ, Chriſtophorus Encelius invenit lapides prægnantes chelonitibus tribus vel quatuor perfectis, tanquam in matrice. Vidit Goropius Becanus in *Ætites.*

silice durissimo Bethunis advecto, quo viæ sternuntur, conchulas totas lapideas & conclusis valvulis integras, ut cemento quasi aliquo compactæ judicarentur. Tales lapides conchites prægnantes creberrime in Alsatia prope Buxovillam inveniri, testis est Salomon Reiselius. Describit etiam Georgius Agricola *de Natur. Fossil. Lib. VII. cap. 17. p. 60. 649.* certa saxa, quæ interdum continent margam, interdum silices, potissimum nigros; qui etiam ipsi ferro percussi exiliunt, interdum lapillos gemmis simillimos, qui ut primo ad ornatum videantur decori, post excidentes saxa relinquunt cavernulis plena. Inquit etiam Johannes Laurentius Banschius *l. a. p. 171.* est, apud nos, circa Svinfurtum Franconiæ, non rarum, saxum quoddam calcarium (*wackestein*) e quo calx conficitur, & quo viæ plateæque sternuntur, cui includuntur, sicut pisa lapidea stalagmiti, lapides opaci, colore cinereo vel subfusco læves, longiusculi, in dorsum elati seu convexi, altera parte magis plani, cuiusque aliquo modo intus replicatum Duritiæ in silicea, cui etiam quoad substantiam similes. Hos ex alveolis extractos vulgus nostrum *Krætenstein* appellitat, argento includit, & ad quem usum nescio) de collo suspendit. Et quamvis lapillos hos saxo, tanquam matrici, inclusos ante oculos habeat & pedibus terat, non tamen animadvertit, sed pro peregrinis aut lapidibus bufonum habet. Copiose quoque reperiuntur hi lapilli in rivulo prope oppidulum Rodach, diœcesis Coburgensis.

§. 2.

Priapolithi. Curiosa etiam est observatio Petri Borelli, quam *Histor. med. Physic. Cent. III. Obs. 85. p. 262 seq.* recenset: Reperiuntur, inquiens, juxta Castrensem urbem lapides subalbi; rotundi & oblongi, figuram penis & quandoque vulvæ habentes, & aliquando, sed rarius, testiculis instructi sunt & balano, in medio vero eorum percurrit vena crystalli purissimi, adeo ut totus lapis, ut cepa cuticulis variis constructus videretur tantum ex ejus impuritatibus & excrementis ejectis vel scoriis constare, ni manifeste percipere-

tur,

tur, lapides illos augeri non ſolum, ſed etiam ſimiles ſibi procreare. Reperiuntur enim primo ſcrupuli magnitudine tantum, ſed tamen non ſunt cryſtallo deteriores; reperiuntur etiam majores, & usque ad craſſitiem fœmoris, ſaxis quandoque inclusi; ſunt autem in monticulo, qui totus iis conſitus eſt, adeo ut nulli illic alii lapides reperiantur. Sed in magnis reperitur aliquoties terra rubra loco cryſtalli parvulis priapolithis intus generatis pleni, adeo ut videantur matres fœtibus prægnantes, & ſi non ante tempus aperiantur, ſponte ſua aperiuntur & quaſi parturiunt. Quod aliquo pacto confirmare videtur, quæ apud multos phyſicos de adamantibus alios adamantes parturientibus leguntur. Memorantur etiam lapides Indici, qui, dum maturantur, crepitu aperiuntur & diſſiliunt gemmas producentes &c.

§. 3.

De lapidibus prægnantibus & gemmis in gemmis ſequentia exempla recenſet Georgius Hieronymus Velſchius *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 32. p. 50 ſeq.* Adamantem in ſmaragdo perquam pretioſum habuit olim Philippus Heinhoferus, patritius Auguſtanus, quem Philippo II. Pomeraniæ duci obtulit. Smaragdum in cryſtallo vidimus Florentiæ in cimeliarcheo magni ducis Etruriæ. Cryſtallos, quarum ventre muſcus & plantæ capillares concretæ apparebant, arena item & ductilibus auri filis per naturam gravidas aliquot poſſedit Ludovicus Guetius Sulcenſis. Malachiten in cyaneo, ovi fere anſerini figura & magnitudine, rariſſima fœtura, miraque in cœruleo faturo viridis coloris gratia apud amicum nobiliſſimum ſæpius vidimus. Corallia in achate, ut vocant ſilveſtri, id eſt, minus puro aut elegante ſervantur in rameotheca Electorali Monacenſi. Nobis ipſis amethyſtus eſt in cryſtallo manus propemodum noſtræ longitudine duorumque pollicum craſſitie inſignis: Et jaſpis Chalcedonius, minor quidem, ſed tricolor pulcherrimus, rotundo ſchemate, in cujus medio Cryſtallus rhomboides incluſa ſpectatur, cujus pars aquam pellu- *Lapides prægnantes.*

pellucidam, reliqua glacialem & anguloſam, tanquam in minimas ſtirias concretam jucundiſſimo adſpectu repræſentat. Si enim natura cryſtalli fuerit, ut omnia omnino hexagona eſſe debeat, hæc ſane non cryſtallus ſed aqua potius in lapidem glaciata vocanda erit. De lapide bezoartico prægnante, item de filicibus in filice, vid. Georg. Franc. *Satyr. med. 4. §. 4. p. 79.*

§. 4.

Calculi humani. Quamvis ſequens obſervatio non ad regnum minerale, ſed potius animale referenda ſit, quia tamen hoc loco de lapidibus prægnantibus egimus, liceat nobis eandem annectere: ſcilicet cum regi Galliæ Carolo tres calculi ſimul extracti, colore albi, ſinguli ovi gallinacei craſſitie, & ſimul duodecim uncias pendentes, oblati eſſent, unum malleolo confregit, in eoque medio alius inventus eſt colore caſtaneo, cæteraque nuci mali Perſici ſimilis, uti refert Ambroſius Paræus *Lib. XXIV. cap. 19. fol. 568.* Plura adhuc alia tam in calculis humanis, quam aliis lapidibus reperiuntur, quæ tamen huc non pertinent; Evolvi interim poteſt Philipp. Jacob. Sachſ. *Gammarol. Lib. I. c. 8. §. 3 ſeq. p. 143 ſeqq.* quo loco primo varia lapidum prægnantium, deinde lapidum animalibus mortuis & vivis prægnantium, item cancrorum, bufonum, ranarum, piſciculorum & ſquillarum in lapidibus repertorum exempla recenſet. Calculum humanum non alio calculo, ſed globulo plumbeo, qualem capere ſolent bombardæ minores, prægnantem, in civis cujusdam Baſilienſis veſica repertum, Georgio Segero oſtendit Johannes Caſparus Bauhinus, vid. Th. Bartholin. *Epiſtol. med. Cent. III. Ep. 35. p. 128* ubi hujus calculi & globuli figuram reperies. vid. etiam *Ephemer. Miſcellan. Natur. Curioſor. Cent. VII & VIII. append. p. 96 ſeqq.*

SECTIO

SECTIO V.

CAPUT I.

De graviditatis ſignis.

§. I.

CUm autem non quemlibet coitum inſequatur conceptio vel feminarum ingravidatio, plerumque feminæ tam nuper maritatæ atque in licito conjugio viventes, quam etiam extra vinculum ſacerdotale coitum illicitum admittentes, de graviditate ſunt ſollicitæ, & quidem illæ ob prolis deſiderium, hæ vere ob furtivi amoris timendam pœnam, modo a medicis, modo a vetulis & obſtetricibus expiſcari nituntur, utrum ipſæ revera gravidæ ſint, nec ne? quanquam aliæ adhuc dentur cauſæ atque occaſiones, ob quas medici de certarum feminarum graviditate ſententiam ſuam ex officio ferre tenentur, ſiquidem ſecundum Fortunat. Fidelis *de Relation. Medicor. Lib. III. Sect. 4. cap. 1. p. 408.* feminas uteri geſtationem diſſimulare, ac deinde alieno ſuppoſito infante partum mentiri, aliquando compertum eſt: ſive ad hoc ſpe futuræ ſucceſſionis, ſive alio ducantur conſilio. Nec minus etiam conſtat, nonnullas, ut tormenta aut commeritas alias pœnas ſubterfugerent, falſo eundem ſtatum ſimulaſſe. Quanquam multæ etiam ſint, quæ, cum utero gerant; id tamen, ut impudicitiæ notam evitent, omnino deteſtantur. Quod autem hoc loco de diſſimulata vel potius de ſimulata uteri geſtatione atque infante ſuppoſititio ſcribit Fidelis, idem ante triginta annos in nobiliſſima quadam uxore de E. accidebat, quippe quæ non modo graviditatem ſed etiam ipſum partum variis aſtutiis, ope cujusdam obſtetricis ſimulabat. De his feminarum aſtutiis ſcribit etiam Nicol. Venette *de la Generat. de l'homme Lib. III. cap. 3. p. 374 ſeq.* Il y a, inquiens, tant de ſuppleſſes parmi le ſexe, qu'il faut eſtre bien fin pour n' y eſtre pas ſurpris, quand il veut nous en impoſer. Car lorſqu'

Graviditatis certitudo indagatur.

ejusdem ſignaſunt indaganda.

ob feminarum fraudes.

Obſervatio.

tibus, se esse vel non esse gravidas. Quodsi proinde medicus nihil mali de tali persona ominans, ab eadem se persuaderi vel etiam imprudenter aut aliquo pretio decipi patiatur, atque per exhibita medicamenta immaturam fœtus exclusionem sive abortum promoveat, magnum sane committet piaculum. Ne proinde medicus impregnatam loco virginis curet, juxta Caspari Theophili Bierlingii *Thesaur. theor. pract. Obs. 37. Schol. §. 4. p. 517.* admonitionem, in titulotenus virginibus magnam circumspectionem adhibere debet, ne ab illis Circis circumveniatur, & loco morbi simulati vitale concreditum pignus exstirpet. Itæ Sirenes dulce quidem canunt, sed mel in ore, fel in corde habent. Multas & multas novi, qui factum constanter pernegarunt, imo juramento confirmarunt, se non esse impregnatas, cum tamen eventus deinde nos aliter informaverit, ut infantes vel interfecerint, vel alio modo ex oculis hominum subduxerint. Illarum enim verbis nulla fides habenda. Talis erat, quæ per plures annos in domo quadam licentiori vita vivebat, quoniam vero plenus venter facillime in libidinem despumare solet, ita & succubæ munere fungebatur. Exinde vero optime saginata, licet ab hera non solummodo, sed & ab aliis de subitanea contracta pinguedine examinaretur, nihil tamen est fassa, sed constanter negative respondit. Insuper etiam, quia in summa heræ versabatur familiaritate, medicos non solum, sed & agyrtos in consilium adhibuit. Omnes tamen, Deo sic volente, nihil effecerunt, donec natura sarcinam deposuit. Quo facto in lucem editum infantem & crudeliter interfectum in cella abscondidit. Ad heram reversa maximo gaudio tripudioque innocentiam suam fluxu sanguinis indicavit. Quæ inde exhilarata magnum triumphum contra inimicos in animo suo concepit, ita ut ad demonstrandam ancillæ innocentiam vicinis & amicis opiparam instituere cœnam promiserit, & autores malæ famæ diris afficere pœnis sibi proposuerit. Ast Deus omniscius justusque judex hanc comœdiam in tragœdiam transfigurabat.

bat. Paulo poſt enim factum divulgabatur, & infanticida a lictore capite mulctabatur.

§. 3.

a Juris peritis. Deinde etiam jurisperiti de ſignis ingravidationis ſunt ſolliciti; ſiquidem ſecundum Paul. Zacch. *Quæſt. med. leg. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. fol. 86.* circa prægnantiam ſæpe in dubium vertere illis occurrit, utrum prægnans mulier ſit nec ne; præſertim cum marito ab inteſtato decedente ac uxore prægnante relicta, vel quæ prægnantem ſe eſſe dicat, proximi in hæreditatem admitti cupiunt ipſius defuncti, quæ tamen, ſi mulierem vere prægnantem eſſe deprehendatur, ad ipſum uterum procul dubio pertinet. *l. cum quidam ff de I. acquir. hæred.* & caſus proponitur a cognato *in l. ſi quis prægn. ff. de reg. Jur. Tom. 3.* Quin etiam ubi torqueri mulierem oporteat, minus illud executioni demandari poteſt, ea gravida exiſtente, *l. prægnantis ff. de Pœnis.* Clar. *in §. fin. Quæſt. 64. num. 22.* Menoch. *de Arbitr. Jud. lib. I. Quæſt. 86. num. 10.* Farinac. *Var. Quæſt. & opin. comm. crimin. Quæſt. 4. num. 78.* quod ampliat, ut neque verbis minitabundis terreri poſſit. *num. 84.* ſic & ubi damnari debeat ad ultimum ſupplicium, vel etiam ad corporalem aliquam pœnam, minus fieri poteſt, quamdiu utero gerit & differri executionem jubent leg. Clar. *ubi ſupra, Quæſt. 57. num. 5.* Covarr. *Var. reſolut. Lib. III. cap. 4. Tom. 2.* Huc pertinet, quod de graviditate ſeu imprægnatione affectata, & ſimulata proponit Hermannus Fridericus Teichmeyerus *Inſtitut. Medicin. legal. Cap. 4. p. 40.* feminas ſcilicet diverſis ex cauſis utero ſe gerere nonnunquam fingere 1) ut ſuppoſito poſtmodum infante, partum mentiantur. 2) ut ſterilitatem diſſimulent. 3) quandoque ſpe ſucceſſionis, imprimis quando maritus ſubito apoplexia vel alio acutiſſimo morbo, mortuus eſt, 4) cum ad hæreditatem proximi admitti cupit 5) ut tormenta & pœnas corporis adflictivas, ultimum imprimis ſupplicium, ſubterfugiant; vel 6) ut poſt divortium ſe ex marito prægnantem affirmet. Cum itaque delictum hoc a JCtis falſi criminibus annumeretur, & capitale dicatur; imo cum præ-

præſumptionibus ſolis fidendum non ſit, medicorum idcirco judicio in auxilium vocant. Quænam autem potiſſimum ſint ſigna, quibus affectata dignoſci poſſit imprægnatio, *l. a.* idem autor pluribus docet. Et Andreas Petermannus *Caſ. med. legal. Decad. II. p. 69.* inquit: *Die Unterſuchung, ob ein Weibes-Bild ſchwanger ſey, iſt ſonderlich von nœthen 1) wenn ſolches ſoll gemartert, oder 2) ihr ſonſten eine* pœna corporis afflictiva *angethan, oder gar 3) ums Leben gebracht werden. Dann auf ſolchen Fall muß alles biß nach ihrer Niederkunfft verſchoben bleiben. 4) Bey angethanen* real Injurien *desjenigen* Conditio *viel* deterior *wird, welcher eine ſchwangere Frau ſchlæget. 5) Bey Erbſchafften.*

§. 4.

Cum vero in his & aliis ejusmodi caſibus domini jurisperiti & qui juſtitiam adminiſtrant, totam quæſtionem, an talis femina de linquens gravida ſit nec ne? medicis ut plurimum decidendam relinquant, maxime ſane neceſſarium atque optandum eſſet, ut in medicina certa & infallibilia conceptus ſive ingravidationis ſigna reperirentur. Quamvis enim tum veteres tum recentiores non pauci, varia atque infallibilia prægnantiæ ſigna adduxerint, v. g. ipſe Hippocrates *de Carnib. Oper. Sect. III. fol. m. 35.* inquit: Liquido conſtat, quod mulier, ubi concepit, ſtatim inhorreſcit, & incaleſcit, ac dentibus ſtridet, & articulum reliquumque corpus convulſio prehendit, & uterum torpor, idque iis, quæ puræ ſunt, accidit. Quæ vero craſſæ & mucoſæ iſtud experiuntur, earum pleræque hoc non ſentiunt. Ac ſane, quantum illæ mihi ita indicarunt, tantum etiam me ſcire profiteor. Huc pertinet etiam quod *Sect. I. cap. IX. §. 12 ſeq.* de conceptionis ſignis inſeruimus: vix tamen hæc ſigna omnibus neotericis videntur ſatis evidentia; unde inquit Fortunatus Fidelis *l. a. pag. 409.* non ignoro, quam difficile ſit, prægnantium feminarum ſtatum certo dignoſcere: ac præſertim, ſi ab invitis extorquere veritatem oporteat. Nam quæ hujus rei propria reputantur, plerumque etiam alias corpo-

Graviditatis ſigna incerta.

ris diſpoſitiones ſequuntur. Etenim & ipſa menſtruæ purgationis interceptio, ventris tumor, turgidæ mammillæ, ac lacte nonnunquam refertæ, motus in utero ac ſimilia quædam non raro in feminis conſpiciuntur, tametſi utero non gerant. Quo circa de his omnibus ita loquar, ut vix per ſe aliquid neceſſarii ſim traditurus, ſed quædam tantum probabilia, & quæ rem ipſam utplurimum aſſequantur, &c. Et Ludovicus Bonaciolus *de fœtus format. cap. 4. p. m. 245.* conceptionis notas vocat falſiſſimas, & quibus minus credendum ſit, quandoquidem complures ac prope omnes, omnem citra graviditatem, menſtruis recrementis ſuppreſſis, evenire queant. Juxta Nicol. Venette *de la Generat. de l' homme Part. III. cap. 3. p. 375.* l' on ne doit jamais affirmer poſitivement, qu'une femme eſt groſſe, puisque tous les ſignes, dont on peut ſe ſervir, ſont incertains, & que la femme meſme, qui en doit plutoſt eſtre le juge que nous, ſ' y trompe fort ſouvent.

§. 5.

Signa a conjugum conſtitutione.

Deſumi autem ſolent imprægnationis ſigna vel a prioribus, vel poſterioribus graviditatis menſibus, quorum illa difficilioris, hæc vero facilioris cognitionis judicantur, vid. Paul. Zacch. *l. a. fol. 87.* Juxta Joann. Riolani *Anthropograph. Lib. II. cap. 34. fol. 176.* in muliere prægnante ex primo conceptu nullum diſcrimen apparet in partibus genitalibus externis, niſi inſtante partu, & poſt partum propter ſummam iſtarum partium dilatationem &c. Inquit etiam Nicolaus Venette *l. all. p. 363.* On ſait, que la groſſeſſe eſt ordinairement de neuf mois accomplis les ſignes pour la decouvrir dans les premiers mois nous ſervent de conjectures, & ceux dans les derniers, nous la rendent plus certaine. Ante omnia autem, circa ingravidationis ſigna, conſideranda erit utriusque perſonæ, tam maris, quam feminæ, ad coitum fœcundum & generationem apta atque conveniens ætas, de qua jam ſectione de conceptione egimus. Quibus annectenda reliqua verba Nicolai Venette, qui *l. a.* inquit: On doit obſerver dans le mary & dans

dans la femme d' autres circonſtances, qui ſervent de conjectures pour établir la connoiſſance, que nous pouvons avoir de la groſſeſſe d' une femme. Car ſi le mary n'eſt ny trop jeune, ny trop vieux, que ſon temperament ſoit robuſte, & ſes parties principales bien ſaines, qu'il ne ſoit ny trop gras, ny trop maigre; & qu'il ait les parties de la generation bien faites & bien diſpoſées: que d' ailleurs la femme ayt auſſi les meſmes diſpoſitions, qu' elle ſoit dans la fleur de ſon âge, & qu'elle jouiſſe d' une ſanté parfaite; qu' elle ne ſoit ny trop grande, ny trop petite, & que ſes regles ayent accoutumé de couler ſelon les loix de la nature: je ne doute point, que ſ' il y a les moindres marques, que la femme ſoit groſſe, on ne doive ſe le perſuader, aprés tant de diſpoſitions d' un coſté & d' autre. Ad conceptionem ſeu ingravidationem a Roderico a Caſtro *de Natur. Mulier. Lib. III. cap. 1. pag. 123 ſeq.* requiritur proba uteri commoderatio, recens menſium purgatio, idonea ætas, appoſitus congreſſus; In viro etiam præcedat oportet bonus corporis habitus, ad calidum præſertim & humidum inclinans, ſeminis prolifici copia valida, & virilis ætas cum robore virium conjuncta, membri genitalis optima ſtructura, concubitus moderatus, & plena victus ratio. Deinde in ipſo coitu ſignum conceptionis peti poteſt ex dolore quodam compreſſivo & contorquente, quem in coitu fœcundo omnes feminæ, præcipue in eo loco, ubi teſtium tubarumque deprehenditur ſitus, notabiliter ſentiunt.

§. 6.

Nonnulli exinde conceptionis & graviditatis ſignum deſumunt, quando poſt coitum partes feminæ genitales ſiccæ deprehenduntur; Inquit enim Ariſtoteles *Hiſtor. Animal. Lib. VII. cap. 3. fol. 434.* Indicium eſt, mulierem jam concepiſſe, cum ſtatim a coitu locus ſicceſcit. Quam partium ſiccitatem inde dependere ſtatuebant veteres, quando ſemen virile poſt coitum non iterum efflueret, ſed pro fœtus materia & formatione in utero retineretur. Unde Hippocrates *de Genitur. Oper. Sect. III. fol. 12.* inquit: *a Siccitate partium genitalium.*

Poſt coitum ſiquidem mulier minime conceptura ſit; ſemen ab utrisque emiſſum, pro more, foras cum volet, profluet; quodſi conceptura ſit, ſemen minime profluit, ſed in ipſo utero manet. Et *fol. 13.* inquit, quodſi mulier partum aliquando experta fuerit & animadverterit, quod genitura non exciderit, ſed intus remanſerit, ſciet, qua die conceperit. Sic quoque ſe res habet. Item Galenus *de Semin. Lib. I. cap. 2. fol. m. 126.* non modo ex aliorum relatione ſed propria quoque experientia & obſervatione docet nullum animal ex his, quæ ſemen excernunt, concipere ſe deprehendiſſe, & omnia, quæ continent, gravida fieri vidiſſe. Signum etiam graviditatis judicatur, ſi obſtetricis manus pudenda contingens non ſolum ſicca offendat, ſed matricis quoq; collum anguſtum & clauſum, & matricem ſurſum retractam vid. Caſp. a Reies *Queſt. 49. n. 3. p. 606.* Secundum verba Nicolai Venette *de la Generat. de l'homme Part. III. cap. 3. p. m. 364.* on a lieu de croire, qu'une femme a conceu, lorsqu' aprés s'eſtre divertie avec un homme, elle demeure ſeche, & qu'elle ne rend point ce qu'elle a receu, & qu' avec cela un homme ſe retire ſans étre beaucoup humide. Et *p. 371.* ait: il y a de ſignes, qui nous rendent plus certains, que les ſigne de l'urine, de la groſſeſſe d'une femme, car la ſechereſſe de ſes parties aprés les careſſes amoureuſes n'eſt qu'une conjécture. Ex hac partium genitalium poſt coitum humectatione concludit Fridericus Ruyſchius, virile ſemen materialiter ad conceptionem concurrere; *vid. Theſaur. Anatom. VI. p. m. 16.* quo loco ſcribit: Cum conſideramus, mulieres affirmare, ſeſe (ſi non ſemper, ſaltem ut plurimum) factas eſſe gravidas, aut concepiſſe, cum ſentiunt ſemen maxima parte remanſiſſe in utero, & contra in coitu improlifico ſemen exitum ſibi quærere, percipiant: Quid hinc aliud concludendum, quam quod non ſolum aura ſeminalis, verum etiam ſubſtantia ipſa ad conceptionem ſit neceſſaria. Dixerit forſan aliquis, reperiri mulieres, quæ dicunt, ſeſe concepiſſe, quamvis ſemen non retinuerint, Reſp. credibile eſſe illas ſaltem

tantum

tantum retinuiſſe ſeminis, quantum requirebatur ad conceptionem prolificam, de qua materia alibi egimus.

§. 7.

Huc pertinet etiam ſtricta orificii uteri interni clauſura. Siquidem, teſte Hippocrate *Aphor. 51. Sect. 5.* quæ in utero gerunt, harum os uteri clauſum eſt. Juxta verſionem Johannis Heurnii *p. 383.* Quæcunque ſunt gravidæ illis os uteri connivet: quo loco hanc addit rationem: ne aer ſubeat & ſemen corrumpat, uterique ne calor evaneſcat, quo utitur potiſſimum ad fœtus conformationem, ſi ſcilicet conniveat ſine dolore & renixu &c. Hinc ait Ludovicus Bonacionus *de fœt. format. cap. 4. p. m. 248.* Mulieris utero gravis vel præcipuum indicium eſt, quoties obſtetrix perſpicaci intelligentia, ſalutarem digitum ſubmittens, vulvæ os pertingens concretum, obſeptum ac denique ſigillatum noverit. At quum hac oris arctatione & uteri moles quæpiam præter naturam indicari poſſit, ejus rei diſcretionem ſcabricie internoſcas. Nam per graviditatem tenerum & molle extat, & modum naturæ modicum obſervat. Quibus vero inflammatio duritudine ſua id infeſtaverit, duriuſculum perſentitur. Sic Fortunato Fideli *de Relat. medic. Lib. III. Sect. 4. cap. 2. p. 411.* ſecundum graviditatis ſignum eſt, ſi internum uteri os arctiſſime claudatur: ne quid nimirum ſeminis inde excidat. Ita enim illud prægnationis tempore connivet, ut ne ſtyli quidem mucronem recipiat: nam & Galenus (*l. 3. cap. 3 de N. T.*) retentricis, inquit, virtutis opus eſt, prægnantium uteros undique contrahere: ut non immerito contrectantibus obſtetricibus os earum connivere videatur. Jam vero pergit Fortunatus Fidelis, prægnantes ipſæ primis diebus, potiſſimumque eo momento, quo ſemen eſt conceptum, moveri, ac in ſeipſum concurrere uterum ſentiunt. Quodſi ambo hæc incidant; ut & os uteri citra phlegmonem, aliumve affectum conniveat, & ſentiatur deinde ſuccedere uteri in ſeipſum motus, jam ſemen a mare cœpiſſe, ſe mulieres exiſtimant & retinere cenſent.

Orificii interni clauſura.

Atque hoc ego ſignum, ut verum, ita obſervatu difficile eſſe arbitror: non enim ſemper promptum eſt, ut obſtetrix, immiſſo digito, interni oris diſpoſitionem explorare ſatis poſſit. Et quanquam ſcio, medicos omnes in exploranda gravidatione rem omnem obſtetricibus committere ſolere: quæ nimirum digiti teſtimonio de re ipſa certiores fiant. Attamen nequaquam id mihi ſemper eſt ſatis: etenim pudendi muliebris longitudo longe cujusvis digiti longitudinem excedit: quare difficulter ad internum uteri os pervenire illum unquam crediderim. Advertit hoc etiam Galenus (*l. 5. Aph. 51.*) aitque, maximum quidem eſſe mulieris, quæ concepit, indicium, ſi obſtetrix potuerit, immiſſo digito, os uteri tangere. Ergo quia difficultatem agnovit, prudenter adjecit, ſi obſtetrix potuerit. Cæterum, fateor tamen, ſi femina, dum ſupina jacet, coxas ſurſum elevet, cruribus interim demiſſis: aut ſi etiam cervice, manibusque terræ innixis, clunes ſuſtollat; hoc ſitu ad exteriora uterum plurimum converti: & exploranti fieri promptiorem: ut hac ratione non inutile, obſtetricis tangendi ſtudium eſſe putem. Atque hoc etiam eſt, quod Lucretius (*Lib. IV. in fine*) talem feminæ poſitionem ad facilio-rem ſeminis in uterum ingreſſum commendat:

\- - - Nam more ferarum,
Quadrupedumque magis ritu plerumque putantur
Concipere uxores: quoniam loca ſumere poſſunt
Pectoribus poſitis ſublatis ſemina lumbis &c.

Et Dominicus Panarolus *Iatrolog. Pentec. III. Obſ. 20. p. 78.* ait: Gravidarum ſigna incerta ſunt omnia, fallacia & varia principio geſtationis. Unum tantum poſt longas obſervationes a nobis factas habuimus, videlicet uteri clauſuram, quæ digito immiſſo ab obſtetrice diligenti & docta in anatomica ſectione, in mulieris vulvam, cognoſci poterit; ſi enim uterus reſeratus eſt, foveam quandam parvam, vel ſinum parvum rotundum in digiti extremo perſentiet; ſi vero clauſus ſit uterus, nulla fovea, nullus ſinus tan-

tangitur. Sed advertendum inſuper eſt, aliquas, non omnes, mulieres primo & ſecundo menſe, etiamſi utero gerant, tamen os uteri clauſum omnino non habere: ſed elapſo ſecundo menſe poſtmodum clauditur, & facillime cognoſci poterit ab ipſamet muliere, præcipue ſi fuerit ex numero earum, quæ judicium & ingenium aliquod habent. Secundum Theodor. Zwinger. *Theatr. Prax. med. Part. prior. p. 437.* uteri cervix in principio imprægnationis percipietur longa & arcte clauſa, in progreſſu nonnihil brevior evadit, in fine tandem, appropinquante partu plana valde, & quaſi una cum utero rotunditas globoſa redditur. De hoc ſigno ita ſcribit Henricus a Deventer *Art. Obſtetric. cap. XV. p. m. 54 ſeq.* Volunt quidam, primo poſt conceptum bimeſtri imprægnatum uterum arctiſſime claudi, unde magis acuminatus, durior & ſolidior evadit; neque tamen ſcirrhoſa durities illa eſt, quæ facile a naturali duritie vel ſolida ſubſtantia poteſt diſcerni: Forma ſimillimum ſenties tum os uteri roſtero catuli recens nati; ad hanc mutationem probe diſcernendam exercitatiſſima manus requiritur, quam tamen nonnunquam adhuc falli poſſe opinor. Interjecto autem tempore, quo magis infans accreſcit partusque appropinquat, eo brevius, planius atque tenuius fit uteri jam intumeſcentis orificium: hoc autem facile dignoſci poteſt, in feminis maxime, quibus frequens eſt facilis partus; his enim os uteri eousque complanatur, molleſcit & attenuatur, ut plerumque ſexto vel ſeptimo poſt imprægnationem menſe dehiſcere incipiat, ex quo fœtum moventem licet perſentire; id quod certiſſimum & infallibile imprægnationis argumentum eſt. De quæſtione, an in gravidis os uteri exacte claudatur, nec ne? ita ſcribit Regnerus de Graaf *de Organ. Mulier. cap. 8. p. m. 236.* Spigelius *Lib. VIII. cap. 23.* confidenter ſcribit, uteri os interius gravidis hiare, tantoque magis, quanto ſunt partui viciniores: cujus opinionem etiam confirmare videtur Hippocrates *Sect. V. Aphor. 51.* quæ uterum ferunt, iis os uteri connivet. Quem locum alii aliter interpretantes,

tes, uterum accuratiſſime claudi ſtatuunt: Sed ut noſtram de hac quæſtione ſententiam paucis exponamus, dicemus, utramque ſententiam maxima probabilitate niti: Hiat enim, quatenus primis geſtationis menſibus eandem apertionem ſervat, & clauditur, quatenus materia inſtar glutinis viſcida quam accuratiſſime obturatur, nec etiam inficias ibimus, os illud poſtremis geſtationis diebus paulatim magis & magis dilatari, quandoquidem illud exploraſſe ſe digitis ſuis cum Spigelio nobis obſtetrices affirmaverunt. Juxta Michael. Ettmüller. *Oper. Vol. II. fol 1073.* in mulieribus non gravidis, dum percutiuntur œſtro libidinis aut fricantur genitalia, aut furore vexantur genitalium, orificium uteri internum ſolet hiſcere inſtar piſi; foveam enim quaſi quandam repræſentat, uterus non clauſus; & ſi non concepit, efformat circa orificium foraminulum, *ein klein Grübgen, wie eine aufgehende Nelcke:* quod ſi vero firmiter claudatur, poſt factam ſcilicet conceptionem, nulla fovea aut ſinus tunc reperitur. Et hoc ſignum fere ex primariis habetur. In gravidis etiam uteri vaginam admodum elongari talemque elongationem in exploratione indice facta inter graviditatis ſigna haberi, docet Fridericus Ruyſchius *Theſaur. Anat. 8. p. m. 9 ſeq.*

§. 8.

Horror, laſſitudo &c.

Porro ab hac uteri ejusque orificii interni contractione in feminis gravidis paulo poſt conceptionem, horrorem ſeu horripilationem, incaleſcentiam, gravitatem ſeu laſſitudinem & alia ſymptomata oriri, docent autores; Inquit enim Hippocrates *de Carnib. Oper. Sect. III. fol. 35.* Liquido conſtat, harum rerum peritis, quod mulier, ubi concepit, ſtatim inhorreſcit & incaleſcit ac dentibus ſtridet, & articulum reliquumque corpus convulſio prehendit, & uterum torpor, idque iis, quæ puræ ſunt, accidit &c. Secundum verba Nicolai Venette *l. a. p. 364.* au meſme temps, qu' une femme a conceu, reſſent comme de petits friſſons ſemblables à ceux, qui nous arrivent aprés avoir mangé. Elle ſouffre quelque

que fois des foibleſſes & des evanoüiſſemens, dans le moment, que la ſemence de l'homme eſt dardée vers le fond de ſa matrice, & qu'elle eſt receuë dans l'une de ſes cornes pour ſe joindre avec la ſemence de cette femme & y faire le conception. La matrice, comme ſi elle avoit de la joye d'avoir receu l'humeur, qui luy eſt propre, ſe reſerre pour la retenir, ce qui cauſe à la femme, je ne ſay, quel mouvement dans ſes parties naturelles, du quel elle reſſent du chatouillement & du plaiſir; & fait, qu'elle recherche alors plus ardemment la compagnie d'un homme. Hoc ſignum etiam approbat Fortunatus Fidelis *l. a. p. 413 ſeq.* quod dum gravida ſit mulier, quidam horror per corpus, ſeſe utero contrahente, manifeſte ſentiatur, neque mirum ſit, ſi contracto utero, neque ex naturæ inſtituto ſeſe dimovente, totum etiam conſentiat corpus: nam uterus per nervos, quibus multis refertus eſt, & cerebro & toti corpori manifeſte conſociatur. Hinc autem rigoris ſenſus vix primum conceptionis diem excedit: diutius tamen durat exiguus quidam dolor circa umbilicum, atque hypogaſtrium: quem illæ præſertim experiuntur, quæ tunc primum prægnantes ſunt: quod ſi manum prementem ægre ferat mulier, ac dolor ob id ingraveſcat, hoc erit inter præcipua indicia, ſi quando exploranda ea eſt gravidatio, quam feminæ mentiuntur. Scribit etiam Galenus *de Semin. c. 2. Oper. Claſſ. 1. fol. 126 ſeq.* Dixerunt mihi mulieres, ubi ſemen conceperint, quandam ſe in vulva motionem ſentire, quæ quaſi convellat, ac paulatim in ſe illam contrahat. Vulvam in conceptione ad ſeſe attrahere ſemen illud complecti ac continere dixit Plato. Id quod etiam viris ipſis non raro contingit evidenter percipere, cum cucurbitulæ medicæ inſtar attrahere intro membrum ſuum illas ſentiunt. Quod præcipue fit, cum modo ceſſarunt menſes, quo maxime tempore genituram uteri concipiunt. Andreæ Ottomaro Gœlicke *Med. forenſ. Specim. IV. p. 49.* ſignum pathognomonicum conſiſtit partim in ſubtili & exquiſito ſenſu horridulo corpus percurſante, quem

poſt congreſſum maritalem & factam inde conceptionem experiuntur ſuo in corpore mulierculæ, partim in ſingulari alteratione, ſenſum iſtum inſequente cum veneris faſtidio, & torpore corporis & animi inſolito, ciborumque nauſea. Sic juxta verba Michael. Ettmulleri *l. a. fol. 1074.* primis poſt congreſſum diebus ſubinde horror aut horripilatio quædam, aut vagus frigoris ſenſus, corpus ſeu potius corporis peripheriam ſine manifeſta cauſa pererrare percipitur: aut ſaltim ipſæ mulieres dicunt, ſe ſentire, neſcio quid? in corpore, *ſie wiſſen nicht, wie ihnen im Leibe oder auf der Haut iſt:* ut plurimum tamen ille frigoris, ſenſus & horror ſeu horripilatio percipitur poſt conceptionem.

§. 9.

a menſium ſuppreſſione.

Ex menſtrui quoque ordinarii emanſione, ſive retentione prægnantiam evidenter dignoſci, veteres defendunt medici, & quidem ex ea ratione, quia ex ſuperfluo hoc, ſive menſtruo ſanguine fœtum in utero materno non modo generari, nutriri atque augeri, ſed poſtmodum etiam editi fœtus nutrimentum ſive lac exinde fieri vel præparari credebant. Quam ſententiam ex recentioribus quoque non pauci defendunt; Gravidationis enim indicia exinde deſumit Fortunatus Fidelis *l. a. p. 414* quod menſtruæ purgationes prorſus retineantur: cum inde nutriendus ſit fœtus. Atque hoc indicium etſi incertum plerumque eſt, ſi tamen illis, quæ legitime ante purgari ſolebant, repente ac ſine alia cauſa ſupprimantur purgationes, magnum hoc fuerit prægnationis indicium, præſertim ſi cibi faſtidium, nauſea ac ſimilia quædam acceſſerint. Quamvis etiam recentiores in ſanguine menſtruo neque fœtus formationem, neque ſuſtentationem quærant, ex ipſius nihilominus retentione ingravidationis ſignum deſumunt. Inquit enim Nicolaus Venette *l. a. p. 366 ſeq.* Si les regles manquent à une femme ſans qu' elle ſoit attaquée par des friſſons, ou par une facheuſe fievre, que le ventre luy deviene plus plat & plus reſſerré, qu' auparavant; ſelon le proverbe des ſages femmes,

en

en ventre plat, enfant y a, que principalement aprés avoir mangé, elle ſoit lente & qu' elle ne puiſſe ſe toucher le ventre ſans douleur, ce ſont auſſi des marques de conception. De cauſa, cur gravidæ catameniis plerumque deſtituantur? prolixe ita ſcribit Gualterus Charleton *de Cauſ. Catamen. cap 2. p. 126 ſeq.* Cum ex provido naturæ inſtituto magna ſucci alimentaris copia in uterum diſpenſetur, in eum ſolummodo finem, ut quocumque tempore concepto fœtui alimentum inde ſuppeditetur; cum in nondum prægnantibus ſuccus ille tamdiu in tubulis uterinis ſenſim congeſtus reſtet, donec ſuo æſtu efferveſcens ac in orgaſmum erumpens, non ſolum illorum, ſed & arteriolarum in iisdem terminatarum oſtiola diſtendendo aperiat unaque cum ſanguine foras extrudatur; cumque in prægnantibus idem ſuccus neque unquam ſtagnet, neque (per conſequentiam) æſtuare acefferveſcere poſſit; indies enim exhauritur, & in fœtus nutricatum impenditur: his inquam, ſerio perpenſis, nil mirum videri debet, quod in gravidis menſtruæ purgationes ceſſare ſoleant. Talibus nimirum deſunt catameniorum & materialis cauſa & efficiens; ſucci nempe nutritii redundantia & ejusdem efferveſcentia. Fieri quidem poteſt, nec raro contingit, ut mulieres in utero gerentes, primis præſertim duobus vel tribus a conceptione menſibus, conſuetas patiantur purgationes. Id vero & ſemper cum permagno ἐκ[ρώματος diſcrimine conjungitur, & præter naturæ leges contingit &c.

§. 10.

Poſt menſium ſuppreſſionem varia in prægnantibus oriuntur ſymptomata, a quibus nonnulli certa graviditatis ſigna petere ſolent; Inquit enim Fortunatus Fidelis *l. a. p. 415*. Quoniam purioremad ſe ſanguinem trahit fœtus, hinc multa etiam indicia de promas licet: nam (ut ait Hippocrates *Lib. I. de Morb. Mul.*) prægnans tota fit cum virore pallida, puriore ſanguine quotidie in fœtus alimentum deſtillante: Et cum paucus in corpore ſanguis ſuperſit, qui nimirum bonæ conditionis ſit: ideo palleſcit femina, ac *a ſymptomatibus ex oculis &c.*

ac debilis redditur, hinc etiam ſaliva plenæ ſunt: Ventri
ſcilicet naturali colore aliqua ex parte deſtituto: item oris ve
morſus, ubique faſtidium apprehendit. Et quia vitioſi ſuc
jam in habitum corporis ac cutaneas regiones ſeſe diffun
ideo maculam quandam ſolarem in facie habere prægnant
ſervavit Hippocrates, nunc autem varos enaſci ſæpe vide
itemque citrinas aut lividas maculas, vel lentigines quoque.
terea diſtrahuntur etiam oculi & caviores fiunt: atque e
candidum in lividius vergit, atque albedinis naturam non ha
Nec mirum eſt affecto utero conſentire oculos, nam & in ver
delectatione manifeſte illi immutantur atque langueſcunt.
juxta Ludov. Bonaciol. *de Fœt. format. cap. 4. p. 246.* & ex hoc
Bravo. de Sobremont. *Conſult. med. Diſp. Sect. V. p. 200 ſeq.* ſi no
buerit, an horda ſit, diligenti adhibito examine cuncta hæc ſc
bere: ſi a conceptu decimo ſole aut ſerius, prout magis min
ex ſupervacua materia tentatur, capitis dolores inquieſque
ſtant, ſi ſupervenit caliginoſa vertigo, oculorum tenebræ, a
betudo, pupillarum immutatio, ampliatio pupillæ, oculi c
turgeant, ſi candicans particula amplior fiat vel flaveſcat,
concaventur, palpebræ molliantur, aſpectus ſit ingratus, ſi i
ctis medicamine oculis ſaliva inficiatur, ſi pannus rufæq; len
læ faciem deforment; ſi inter oculorum angulos & nares ven
conſpicuæ magis appareant, ſi ſub lingua vena vireſcat, ſi
vix calidior, tergus algidius, ſi colli venæ arteriæque extend
& turgeant magis, ſi pectoris venæ nigricent ac tandem vi
glaucæque reddantur; ſi mammæ obdureſcant, extuberent,
doleant; ſi papillarum color in ruborem demutetur; ſi me
aut quæ libuerit algida res epota in mammas recto tramite ca
ſuo illa comitante) interea permeare videatur, dum ſorb
Denique ſi in eduliis ſuperveniat faſtidium, pica, malacia a
pravatus appetitus, vomitus, ructus acidus, aut perturbatu
ſus; ſi ocyſſime lætetur ocyſſimeque triſtetur mulier; ſi a

ac potiſſimum umbilicum tormina fatigent; ſi renum coxendicumque gravitas vexet; ſi ilia pleniora compareant &c. Eadem verba quoque habet Caſparus a Reies *Camp. Elyſ. Queſt. 49. n. 4. p. 606 ſeq.* vid. etiam Dav. Herlic. *de Curat. Gravid. cap. 3. p. 22 ſeq.* Inquit etiam Nicolaus Venette *de la Generat. de l'homme Part. III. cap. 3. p. 364 ſeq.* L'on ne ſe contente pas d'avoir des ſignes communs, on fait encore quantité d'experiences à l'imitation de l'antiquité pour découvrir la groſſeſſe d'une femme. Les uns frottent d'un rouge les yeux de celle, que l'on ſoupçonne groſſe, & ſi la chaleur penetre la paupiere, on ne doute plus aprés cela, que cette femme ne ſoit enceinte: Juxta Michael. Ettmüller. *Oper. Vol. II. fol. m. 1074.* primis menſibus gravitas capitis & vagæ vertigines, imo ſæpe etiam dolor dentium, admodum moleſtus, & ſimilia ſuperveniunt. Item mulieribus, imprimis, quæ aliqualiter ſunt cacochymicæ, vel quæ inclinant ad ſcorbutum, facta conceptione, ſuperveniunt ſæpius hyſterici dicti affectus, licet alias nunquam fuerint obnoxiæ huic paſſioni: adeo ut gravia abdominis tormina cum reſpiratione nonnihil impedita, ac ſuperveniente vomitu & ſimili, poſt partum e contra nihil de affectibus hiſce patiantur: Idque præſertim fit circa primos tantum menſes, quæ tamen ſymptomata poſtmodum circa medium geſtationis tempus ſponte ceſſant. Ibidem loci dictus autor alia adhuc ſymptomata ſucceſſive ſuccedere ait, & quidem circa ſtomachum ac digeſtionem: nempe primo appetitus eſt dejectus, hinc vomitus omni mane, adjunguntur picæ, faſtidium alimentorum, in ſpecie carnis, & nauſea ingens eſculentorum alias conſuetorum, ita ut ne quidem odorem carnis, imprimis coctæ, ſubinde perferre poſſint, *wenns Bier nicht ſchmecket.* In locum hujus appetitus ordinarii deperditi, ſuccedere ſolet pica & appetitus plane inſolitus aut intenſior circa eſculenta ordinaria. Hæc ſymptomata mox primis menſibus ſuperveniunt, non ob ſanguinem menſtruum retentum aut plethoram, hinc incuſandam, ut vulgo exiſtimant, ſed pro-

non concepit. Mulier in lecto reſupina jacens, ſi ambas manus extendat ſuper ventrem lateraliter ab umbilico diligenter, attendens, ſi prægnans eſt, ſentiet ſub manibus ejus motum quaſi araneæ tranſitum & percuſſionem, etiamſi ex modico tempore eſſet prægnans. Cui experimento contradicit Caſp. a Reies *l a. p. 607.* Aliis conceptus facti ſignis, apud autores legendis, ſolum addit Johannes Jacobus Franciſcus Vicarius *Baſ. Univerſ. Medicin. Lib. I. cap. 3. p 31.* quod mulieres a conceptione facta non raro inſigniter toto corpore alterari videantur, eo quod non tam ſanguis, quam etiam ſpiritus multum (forte etiam a cicatricula ovarii, & devolutione ovi maturi fœcundati ſubſequente) alterentur a ſemine virili, non mutuus & corporeus omnino ſeminum amplexus fiat, neceſſe eſt, ſufficit tamen etiam, ſi ſpirituoſa pars communicatur.

§. 12.

ab urina. Sicuti etiam in omnibus fere morbis tum medici, tum medicaſtri certum ſibi ſignum ex urina promittunt, ita pariter ex eadem imprægnationem dignoſci poſſe ſtatuunt. e. g. Johannes Fernelius *Pathолog. Lib. VI. cap. 17. p. m. 205.* inquit: Urina citreo aut ſublivido eſt colore, craſſiuſcula ac ſubturbida, quæ leviter concuſſa bullulas vel granula e ſumma corona demittit: in hac quod per quietem ſubſidet, innatatve, craſſiuſculum eſt & male cohærens, carptæ lanæ non abſimile: Urina vini albi permiſtione ſimilis evadit elixarum fabarum juſculo. Juxta Lud. Bonaciol. *de Format. fœt. cap. 4. p. 251.* lotium alii triduo vitreo vaſculo apprime obſepto in umbra aſſervari volunt; exinde perpurgato linteo ſubcolari. Quodſi minutiſſima animalia pediculis ſimilia in eo offenderis, conceptum plane præmonſtrant: quæ ſi rufa extiterint, marem, candicantia, feminam indicant: Simili modo & acum æreo malluvio matulave urinæ collectæ per noctem infundunt, quæ ſimul atque pernoctaverit, ſi minutiſſimas notulas (orbiculorum inſtar) puniceas contraxerit, mulier gravida eſt: ſin ærugo inceſſerit, minime. Sunt qui chalybeam novam acum patinæ novæ

§. 11.

Alia adhuc pro meliori conceptus cognitione experimenta alii commendant, ipſe ſcilicet Hippocrates *Sect. V. Aphor. 41.* inquit: Mulierem ſi velis cognoſcere, an prægnans ſit, ubi dormitura eſt, (incœnata,) aquam mulſam bibendam dato. Et ſiquidem tormen habeat circa ventrem, prægnans eſt: ſi vero minus, prægnans non eſt. Eſt autem mulſa vel mulſum mixtura ex melle & aqua, vel vino vid. Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. fol. 91.* Johannes Michael Savonarola *Pract. canon. do Urin. Rubr. 10. pag. 688.* inquit: Mulierem ſi vis ſcire ſi conceperit, melicratum da ei bibere, verbi gratia R. Aqu. pluvial. ℥ viij. Mell. ℥ iiij. bulliant ad conſumptionem tertiæ plartis. Et cum mulier vadit dormitum, da ei bibere uncias ſex. Si itaque ſentiat dolorem fortem & torſionem in ventre, judicium erit de imprægnatione: ſi vero non, non. Et Theodorus Zwingerus *Theatr. Prax. medic. Part. prior. p. 437.* ait: nonnulli medici ex Hippocrate didicerunt, feminam, ſi cubitum itura cochleare plenum mellis in aqua pluviali ſolutum deglutiat, ac poſtridie mane nauſea, vomitu, torminibus atque tenſione abdominis affligatur, certo gravidam eſſe. Juxta Nicol. Venet. *l. a. p. 365.* il y a, qui donnent à la femme, que l'on ſoupçonne groſſe, à boire cinq ou ſix onces d'hydromel ſimple ou aniſé, en ſe mettant au lit, & ils jugent de la conception par les trenchées, que cette boiſſon cauſe à la femme. D'autres luy donnent encore une ou deux onces de ſuc de Seneçon melé avec un peu d'eau de pluye, & s'imaginent, qu'elle eſt groſſe, ſi elle ne la vomit point. Sequentia conceptionis ſigna refert Petrus Bayrus *Venimec. Lib. XV. cap. 4. p. 434 ſeq.* Si capitella mammillarum ſuffuſa & amplexata videantur, ipſa quoque colore variato, oculis profundis, acie oculorum acuta, albugine plena atque turgida: hæc prægnantem declarant. Item, extrahantur ex dextro latere mulieris duæ vel tres guttæ ſanguinis & poſitæ in aquam fontis vivi, ſi petant fundum, ſignum eſt, quod conceperit: ſi vero non, non

a mulſa.

§. 13.

a varicibus &c. Poſt priores quatuor graviditatis menſes alia adhuc ſuperveniunt ſymptomata, ex quibus nonnulli non ſine ratione certiora prægnantiæ ſigna deducunt. A ſuperfluo enim anteque conceptionem menſtruo tempore ordinarie evacuato, tunc autem retento ſanguine vaſa ſanguifera hinc inde magis magisque expanduntur, ut quibusdam in locis ſanguis ipſe ſtagnet, vel ex eodem ſerum vel alius liquor ſecernatur, indeque in gravidarum pedibus & cruribus modo varices, modo etiam, imprimis in gemellos gerentibus, tumores ad partum usque appareant. Inſuper etiam in mammis ſenſim indureſcentibus tumor doloroſus, demumque lactis ſecretio ſeu elaboratio atque effluxus a prægnantibus obſervatur; & in ipſo gravidæ utero atque abdomine, a medio prægnantiæ tempore indies fere increſcens, ipſiusque intumeſcentia fœtus primo lentus ſenſimque auctus motus in utero materno, ab ipſa matre ſentitur, ab adſtantibus autem admota manu explorari poteſt.

§. 14.

a ſanguine & pulſu. Quod autem modo de ſanguine dixi, idem confirmat etiam Nicolaus Venette *l. a. p. 367.* Le ſang, inquiens, qui croiſt tous les jours dans les venes d'une femme groſſe, pour l'uſage de l'enfant, qui en a alors plus de beſoin, leur apporte pluſieurs petites deſordres, qui nous inſtruiſent de l'eſtat, où elles ſont. Il ſe jette ſur la gorge, & leur cauſe, aux unes plûtoſt, & aux autres plus tard, des douleurs, & de duretés aux mammelles, lorsque le lait commence à s'y former, & que le mammellon avec ſon cercle devient rouge aux blanches, & noir aux brunes. Leur voix commerce alors à devenir plus groſſe par la chaleur naturelle, qui ſe multiplie, & leur ſalive eſt plus abondante: car on n'a jamais guére vû de femmes groſſes, au moins de celles, qui jouiſſent d'un embonpoint, qui ne fuſſent de grandes cracheuſes. Il paroiſt meſme aux jambes & aux cuiſſes des plus ſanguines des veines enflées de diverſe

diverse couleur, que nous appellons varices, car on les remarque bleuës aux blanches & noires aux brunes, par la varieté de leur temperament. De pulsu etiam gravidarum, ita scribit idem autor *p.369.* si l' on observe le pous des femmes grosses, on trouve qu' il est beaucoup plus prompt & plus eslevé, que dans un autre temps, aussi ont elles alors du sang & de la chaleur avant que deux personnes, & des medecins peu experimentés à toucher le pous de ces femmes s' imagineroient aisement, qu' elles ont la fievre.

§. 15.

Ex mammis lacte turgentibus desumptum graviditatis signum non solum obstetricibus, sed nonnullis quoque medicis adeo firmum videtur, ut in quacunque femina lac repererint, eandem vel adhuc gravidam esse, vel proxime ante peperisse statuant. Cui sententiæ affirmativæ favere videtur Aristoteles *Histor. Animal. Lib. III. cap. 20. fol. m. 383.* nulli, inquiens, fere animalium lac fieri solet, antequam uterum ferat. Quem Aristotelis locum explicans, Jacobus Hasebardus scribit: videte, quam arcte hæc philosophus inter se conjungat, lac generari & uterum ferre, ut vel invitus quivis statuat necesse, lac ut verum conceptionis sit κριτήριον, ita & læsæ virginitatis esse signum. vid. Thom. Bartholin. *Cist. Medic. Locul. 23. p. m. 243.* Idem Hasebardus *l. a.* verba Hippocratis: ἐν τοῖσι τυϊθοῖσι γάλα οὐκ ἐκγίνεται, in mammis lac nullum generatur, ita explicat: perinde est, quasi diceret; si cuiquam mulierum uterum intumescere videas, neque alia conceptionis indicia appareant, mammillas illius, an lac habeant, explora; id si expresseris, uterum eam ferre, verum est argumentum, sin minus, nihil præter molam. Et secundum Andr. Laurent. *Histor. Anat. Lib. IX. Quæst. 2. fol. 341.* lactis generatio certissimum est Hippocrati veræ conceptionis signum; hincque vulgares logici conclusiones suas hauserunt; Lac habet, ergo peperit, aut saltem cum viro rem habuit. Secundum Baldum, femina præsumitur esse prægnans, si habet lac. vid. Henric. Kornmann. *de Virginit. cap. 9. p. m. 43 seq.*

a lacte & mammis.

quo loco ipſe autor eandem ſententiam fovet, amplius, inquiens, haud virgo cenſenda, in cujus uberibus lac invenitur, dura etenim & tenuia virginum ubera eſſe convenit. Indicium enim eſſe putant corruptæ feminæ, gravidæ aut puerperæ, ſi lactarias habet mammas. Lactaria enim mammæ certum dicuntur indicium, corruptam eſſe feminam & gravidam, & puerperam, nec amplius virginem; cum lactis effectus ſit defloratæ, vitiatæ & gravidæ feminæ aut puerperæ. Ab aliis quoque jureconſultis lac in mammillis & earum tumefactio pro ſigno graviditatis habetur, vid. Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. Lib. I. Tit. 3. Quæſt. 1. n. 20. fol. 88.* quo loco etiam Georgius Francus plures autores allegat. Secundum Joh. Bened. Sinibald. *Geneanthrop. Lib. IV. Tr. 2. cap. 6. p. 465.* non ſolum lac in virginum mammis collectum, ſed mammas ipſas nimium protuberantes volunt multi defloration em atteſtari, illud quidem ſcientifice, ſeu demonſtrative, has vero contingenter & probabiliter. Nituntur autem non alia ratione probare ac fulcire ſententiam, quam ipſa rei experientia, qua, ut ajunt, manifeſte apparet, neque lac in mulieribus, neque earundem luxurioſas fieri mammillas, quamdiu penis expertes exiſtunt & ab omni virorum voluptuoſo commercio & familiaritate vivunt alienæ. Mammas etenim tunc extuberare ajunt, cum in venereis amplexibus attrectantur laſciveque tentantur; & ratio eſt in promptu, quoniam laſciva manu prolectantur ad mammas & ſpiritus & ſanguis, quibus luxuriari contingit easdem. Lac vero tunc ſolum congeri exiſtimant, quando uterus incipit ſemine reſpergi: & ratio peti poteſt ex eo, quo manifeſtum eſt, nullas omnium animalium feminas ante coitum, immo etiam ante conceptionem vel partum lac in mammis geſtare.

§. 16.

ab Uteri intumeſcentia.

Maximum etiam prægnantiæ ſignum ab uteri intumeſcentia vulgus atque obſtetrices deſumere ſolent, imprimis cum nulla detur gravida femina, cui non ultimis menſibus uterus cum abdomine,

mine, ob fœtus & placentæ quotidianum incrementum magis magisque intumeſcat, quanquam in nonnullis etiam feminis talis tumor circa medios geſtationis menſes obſervetur. Siquidem in S. Scriptura *Geneſ. cap. 38. verſ. 18 & 24.* juxta verſionem vulgatam legimus, quod Thamar ad unum coitum conceperit, ipſique poſt tres menſes uterus intumuerit. Verba autem ſic ſonant: Ecce autem poſt tres menſes (a coitu) nunciaverunt Judæ dicentes: Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumeſcere. Quod B. Lutherus reddidit: *Deine Schnur Thamar hat geburet, dazu ſehe, ſie iſt von Hurerey ſchwanger worden.* Talem abdominis intumeſcentiam ad prægnantiam & partum præſupponit etiam adoleſcens quidam, Dinarchus, apud Plaut. *Truculent. Act. I. Scen. 2. p. m. 818.* inquiens:

Quid ais tu? quæ nunquam fuit prægnans, quî parere potuit?
Nam equidem uterum illi nunquam extumere ſenſi.

Et juxta Caſp. Brav. de Sobrem. *Conſult. med. Diſp. apolog. Sect. V. Reſolut. 8. p. 198.* idem confirmat communis experientia, quæ nobis in prægnantibus commonſtrat ventris intumeſcentiam, convincit ratio: quia cum ſuperaddatur in augmento fœtus novæ cauſa, ut venter augeatur, illius augmentum ſignum manifeſtum debet judicari fœtus & prægnantiæ. Juxta Johannis Juncker. *Conſpect. Medicin. Tab. 112. p. 699.* eſt ventris intumeſcentia non complanata nec inæqualis, ſed globoſa, & præcipue circa umbilici regionem ſummitatem hæmi ſphærii efformans. Placidum & ſucceſſivum hujus intumeſcentiæ augmentum, pedibus a tumoribus liberis: rariſſime enim morbidus tumor in abdomine directe incipit. Inquit etiam Michael Ettmüllerus *Oper. Tom. I. fol. m. 593.* Sunt qui inſtituunt δοκιμασίαν, pro cognoſcenda femina, ſi habeat tumidum abdomen, an gravida ſit, vel non; propinant enim haurtum vini, infuſum per diem & noctem ſuper quatuor vel quinque baccas lauri, & dicunt, quod, ſi vomat, ſit ſignum, quod ſit gravida; ſi vero non vomat, illam non eſſe gravidam perhibent. Hy-

dropica quædam femina, cum in utero & circa uterum turgentia quædam cum gravitatis ſenſu oriretur, decepta eſt, ut ſe concepiſſe putaret, & eo magis, quia venter ab umbilico infra extendebatur, quod præ ceteris uti certæ gravidationis ſignum a multis ſtatuitur; juxta Georg. Franc. *Annot. in Paul. Zacch. Quæſt. med. leg. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. n. 17. fol. 87.*

§. 17.

ab Utero & fœtus motu.

Certiſſimum denique graviditatis ſignum tam ipſæ prægnantes & obſtetrices, quam medici a fœtus in utero motu ſibi promittunt. Inquit enim Johannes Fernelius *Patholog. Lib. VI. cap. 17. p. m. 205.* poſtremum & minime fallax indicium eſt, quum jam fœtus loco dimoveri cœperit, quod vel tardiſſimum accidit medio prægnationis tempore. Moveri autem incipit, non ut mola, gravi moleſtoque pondere, non rugientis aut evagantis flatus ſpecie, ſed leni, blando ordinatoque impulſu, aut quaſi muſcæ volatu, quem ſæpe calens manus impoſita animadvertit. Johannis Junckeri verba *l. a.* hæc ſunt: Motus fœtus circa vigeſimam circiter ſeptimanam contingens luculentiſſimum eſt ſignum, modo a borborygmis & aliis flatulentis volutationibus perite diſtinguatur, ſenſu ſcilicet ſub hypogaſtrio altiore. Diſſimulante autem matre, manus aliena, bene calida tepido ventri, vel frigida calenti impoſita motum quidem fœtus aliquando percipere, rem tamen certius definire non poteſt. Sic etiam in tali caſu femina quædam perita, oculari ventris inſpectione, majorem vel minorem probabilitatem detegere valet. Et Michael Ettmüllerus *Oper. med. Part. II. fol. m. 1074.* ſcribit: Circa medium geſtationis tempus tertio & quarto menſe percipitur motus infantis, isque modo in hac, modo in iſta parte, præſertim quarto, aut in principio quinti menſis; qui motus eſt in principio ſaltem obſcurus & ſubſultorius, ſucceſſive tamen magis fit manifeſtus. Secundum Nicol. Venett. *de la Generat. de l'homme p. 368.* aprés tout, l'un de ſignes les plus aſſurez, qui non peuvent decouvrir la groſſeſſe d'une fem-

me, c'eſt le mouvement de l'enfant; car ſi l' on met la main ſur ſon ventre, & qu'on l'y tiene fort long-temps, l'on ſ' apperçoit, vers le quatrieme ou le cinquieme mois, d'un mouvement doux, & ſur la fin de la groſſeſſe d'un mouvement un peu plus fort, qui vient de haut en bas, & vers le devant du ventre de la femme, quand elle eſt couchée. Le fardeau ne ſe meut point de la ſorte, il ſuit le mouvement du corps, & il tombe comme du plomb du coſte, qu' il ſe panche. Les vents ont auſſi un mouvement different. Ils ſe font ſentir inegalement tantoſt d'un coſté & tantoſt de l' autre, & leur mouvement ne ſe fait pas vers le devant du ventre, comme dans une veritable groſſeſſe, mais on le ſent le long de boyaux, que l' on entend quelque fois gronder.

CAPUT II.

De dubiis contra hæc ſigna.

§. 1.

OMnia tamen hucusque ex autoribus recenſita graviditatis ſigna aliis minime ſufficientia ſatisque robuſta, quartove modo prægnantiæ propria, ſed incerta ſaltemque probabilia judicantur, quorum rationes eadem ſerie adducemus. *Contra externam conſtitutionem.* De maris enim atque feminæ ad generationem apta ætate aliisque diſpoſitionibus & circumſtantiis non ſemper ab externo aſpectu judicari poteſt; ſiquidem multi, alias ſatis robuſti, eorumque partes genitales externæ ad opus matrimoniale optime conſtitutæ videntur, quorum tamen omnis labor atque conatus, ex alia & inviſibili impotentiæ cauſa, plane fruſtraneus eſt; & ita pariter de feminis, in quibus quandoque occulta ſterilitatis cauſa latet. Deinde dolor compreſſivus & contorquens, quem a feminis in coitu circa ovariorum tubarumque regionem ſentire poſſe nonnulli ſtatuunt, in actu venereo ob ejusdem dulcedinem vix attenditur.

§. 2. Quod

§. 2.

Dubium contra ſignum a ſiccitate partium genitalium.

Quoad graviditatis ſignum ex partium muliebrium genitalium ſiccitate & humiditate deſumendum, reſponderi poteſt, quod licet, ſecundum Ariſtotelem, ſtatim a coitu feminæ locus ſicceſcere dicatur, utplurimum tamen, ſecundum Fortunat. Fidel. *de Relat. medic. Lib. III. Sect. 4 c. 2. p. 411.* labitur & defluit ſemen: quod quidem ſi in ſeptimum diem intus permaneat, conceptum jam eſſe, certum eſt: nam quæ effluxiones vocantur, infra tot numero dies fieri ſolent. Quare neceſſaria hæc fuerit prægnantium affectio, quamvis non ita ab omnibus deprehenſa: Ergo hactenus incertum etiam hoc ſignum fuerit: eoque magis, quod Hippocrates morboſas aliquas uteri conſtitutiones meminit: in quibus & contineri genituram, & nullam tamen prægnationem reſultare ait, ſtomacho ſcilicet uteri præter naturam hiante: unde & plures menſes, quam convenit, & humidiores prodire affirmat: quapropter & id, quod a femina prodit ſemen, ad fœtificationem non concipitur: & uteri genitura inſuper accedens corrumpitur. Et Paulus Zacchias *Queſt. med. legal. Lib. I. Tit. 3. Queſt. 1. n. 46. fol. m. 91.* inquit: etiamſi vulva a concubitu ſicca remanens fidem facere poſſit jam celebratæ conceptionis, ſcimus tamen, conceptionem non niſi tunc vere poſſe dici factam ex Hippocrate. cum ſemen in uteris ſeptem diebus permanſerit: plurimis enim ac pluries uterus a coitu ſiccus remanet, & ſemen quidem attractum retinetur, quod tamen non multo poſt foras prolabitur. Cauſa autem, cur partes genitales muliebres, juxta veterum ſententiam, poſt coitum fœcundum credantur ſiccæ, poſt infœcundum autem humidæ, absque dubio hæc eſt, quod imprægnationem a ſeminis virilis in uteri cavitatem injectione ejusque cum ſemine muliebri, ſic dicto, ibidem facta commiſcela derivarint, ſicque ſemen virile, tanquam fœtus materiam, pro congreſſu fœcundo in utero manere autumarint. Quamdiu proinde hoc ſemen poſt coitum in utero maneret, tamdiu etiam feminæ partes genitales depre-

deprehenderentur ſiccæ; ſimulac vero ſemen hoc iterum elaberetur, tunc etiam ab ejusdem effluxu dictæ partes irrigarentur. Cum vero, ſecundum recentiores phyſiologos, viri ſemen ad ingravidationem non materialiter, ſed potius virtualiter, ſive per vim plaſticam ſive ſpiritum vitalem in ſemine latentem, concurrat; atque rariſſime ſubſtantialiter in uteri cavitatem injiciatur; ſed plerumque in vagina uteri per tempus remaneat, interdum etiam paulo poſt cohabitationem iterum prolabatur; ſane dubitandum non eſt, ipſo coitus momento per ſpirituoſam rejecti feminis partem ovulum in ovario imprægnare poſſe, ut adeo nihil referat, ſive ſemen hoc citius ſive ſerius ex uteri vagina relabatur. Deinde quoque notum eſt, liquorem a feminis poſt cohabitationem excretum, non ſolum viri vel feminæ ſemen eſſe, ſed commiſceri ſimul ſerum quoddam, ex glandulis dictæ vaginæ, ejusque lacunis exſudans, quod non modo in ipſo congreſſu, ſed aliquando etiam a laſciva recordatione vel titillatione, magna ſæpe copia excerni ſolet, atque veteribus ſemen muliebre dicebatur. Ut proinde ex hujus ſeri vel etiam feminis retentione ſive excretione nullum graviditatis infallibile ſignum deſumi poſſet. Quod confirmat Nicolaus Venette *l.a. p. 372.* ſi nous, inquiens, examinons en particulier tous les ſignes, que l'on croit être les plus propres à nous rendre certains de la groſſeſſe d'une femme, nous verrons clairement, qu' ils ſont tous douteux ou equivoques: car de demeurer ſeche aprés avoir eſté embraſſée, cela peut venir de la complexion de la femme & de la chaleur exceſſive de ſes parties.

§. 3.

Orificium uteri internum in gravidis claudi vel connivere equidem ſupra ex Hippocrate vidimus, rationem vero quam ibidem Heurnius addit, nimirum ne aer ſubeat & ſemen corrumpat; ſufficiens mihi non videtur, quia, ſecundum paragrapho antecedente dicta, fœtus non ex ſemine formatur, ſed ex & in ovulo, quod primis diebus nondum eſt in utero, ſed ſeptimo demum vel

Contra uteri orificio clauſuram.

octavo poſt conceptionem die, ex ovario per tubas Fallopianas ad uteri cavitatem protruditur. Hanc etiam uteri clauſuram nullum graviditatis præbere ſignum, exinde patet, quia etiam in virginibus orificium uteri internum connivet; deinde, quia interdum proxime poſt conceptionem vel etiam poſt aliquod temporis ſpatium nova accidit conceptio ſeu ſuperfœtatio. Inquit enim Johannes Heurnius *in Aphor. Hippocr. Sect. V. Aph. 51. pag. 383.* ubi de omnimoda uteri occluſione, tanquam ſigno conceptionis, agit: Sed quæres, cum conſtet ſuperfœtationes fieri, an igitur poſt conceptum uterus aliquando aperiatur? Maxime id evenit primis menſibus, cum uterus avidiſſime alterum ſemen excipit. Cæterum hoc ſignum intelligitur de illis mulieribus, quæ operam dant liberis, nam in virginibus etiam connivet. Repeti hoc etiam poteſt. quod ſupra ex Domin. Panaral. *Pentecoſt. III. Obſ. 20. p. 78.* adduximus, nimirum aliquas tantum, non omnes mulieres primo & ſecundo menſe, etiamſi utero gerant, tamen os uteri clauſum omnino non habere: Sed elapſo ſecundo menſe poſtmodum claudi, & facillime ab ipſamet muliere cognoſi poſſe. Inſuper etiam quandoque uterini orificii clauſuræ proba ſeu cognitio difficilis atque incerta eſt, cum interne interdum adeo lateat, ut digito non ſemper attingi queat. Licet enim os uteri in conceptionis principio facile tangatur & absque manifeſta duritie connivere videatur: ſuccedente vero tempore, juxta Paul. Zacch. *l. a. Qu. 2. n. 16. fol. 94.* difficilius ac multo magis, quam extra prægnantiam, uteri os tangere licet, remanente quippe ad ſuperiora utero & circa conceptum fœtum ſeſe recolligente. Quandoque etiam in ſterilibus internum uteri orificium penitus eſt occluſum, unde ait Nicolaus Venette *l. a. p. 373.* il y a des femmes ſteriles, qui ont naturellement la matrice fermée, & il ſ'en trouve d'autres, qui ont ſon orifice dur & calleux, qui ne ſont pas groſſes pour cela.

§. 4.

Imprimis autem circa graviditatis ſigna menſtruorum fluxus obſer-

obſervari, atque mulieribus noviter maritatis & ipſorum defectu, ſtatim imprægnatio, ab apparentia autem contrarium, uti paulo ante dictum a vetulis & obſtetricibus prænunciari ſolet, absque tamen fundamento, ſiquidem non modo virginibus illibatis, ſed etiam uxoribus tale tributum lunare absq; conceptione emanere vel ſupprimi poteſt, imprimis quarum maſſa ſanguinea eſt nimis craſſa & viſcida, unde menſtrua ſanguinis turgeſcentia vel motus impeditur; quod malum etiam plerumque a diæta & rebus non naturalibus, non rite obſervatis, contrahitur. A cibis enim crudis, craſſis, fumo induratis, a piſcibus & lacticiniis ſuppreſſos menſes annotavit Baldaſſar Timæus a *Güldenklee Lib. IV. Caſ. 8. p. 205.* a lacte, tempore menſium fluxus, aſſumpto v. Caſp. Theoph. Bierling. *Adverſar. curioſ. Caſ. 39. p. 71.* a devoratis magna copia prunis, v. Joh. Schenck. *Obſ. med. Lib. IV. fol. 631.* Ab eſu placentæ ceraſorum adhuc calidæ tempore primæ menſtruationis a virgine comeſtæ. v. Caſp. Theoph. Bierling. *Theſaur. theor. pract. Obſ. 82. p. 1043 ſeq.* a pane calido. v. Joh. Michael. *Prax. Clinic. Part. I. Lib. V. cap. 26. p. 238.* Simon. Paul. *Quadrip. Botanic. Claſſ. 3. p. 484.* Item a potu frigido poſt nimium motum & ſudorem v. Bald. Tim. a *Güldenkl. l. a.* a potu e vino aqua diluto cum ſaccharo & citro, limonade dicto, poſt choreas immodicas, ingurgitato. *v. M. N. C. Dec. II. An. 3. Obſ. 11. p. 49.* a medicamentis refrigerantibus v. Rod. a Caſtr. *de Morb. Mul. Lib. I. cap. 4. p. 14.* a refrigeratione. v. Foreſt. *Obſ. med. Lib. XXVIII. fol. 627.* ab animi affectibus. vid. *Hiſtor. Morb. Vratislav. an. 1702. p. 68 ſeq.* Lazar. Rivet. *Obſ. med. Lib. IV. p. 32. M. N. C. Dec. III. An. 7. & 8. Obſ. 34. p. 56 ſeq.* Paul. Spindler. *Obſ. 70. p. 130.* Wolffg. Gabelchov. *Curat. Cent. I. Cur. 81. Annot. p. 156.* Amat. Luſit. *Curat. med. Cent. 7. Cur. 44. p. 744.* ab iracundia. v. Nicol. Tulp. *Obſ. med. Lib. I. cap. 28. p. 61.* a viſo funere. v. Ehrenfr. Hagendorn. *Hiſtor. med. phyſ. Cent. II. Hiſt. 85. p. 264. M. N. C. Dec. II. An. 9. Obſ. 37. pag. 72.* ab odore lupuli. *Ibid. An. 8. Obſerv. 87. p. 200.* ab amore. *Ibid. Dec. I. An. 9 & 10. Obſ. 58. p. 147 ſeq.* Unde ad quæſtionem, an perſona

Contra menſium ſuppreſſionem.

cœlebs, cui menſes deficiant, & quæ craſſa in corpore appareat & ſine magno impedimento negotia ſua perficere poſſit, prægnans æſtimanda? certi medici requiſiti, ita reſpondent; non ſtatim ex deficientibus menſibus imprægnatio eſt judicanda, quia id ipſum etiam illibatis perſonis, quæ a ſanitatis ſtatu deflectunt, & quæ impuram matricem ſanguinemque craſſum & impurum habent, accidere poteſt, quæ retentio menſium deinceps coacervationem materiæ vitioſæ in corpore cauſatur, a qua ad ipſum tumeſcit, & pro ratione complexionis unam & alteram magis minusve afficit, ita ut quædam in lecto decumbant, aliæ vero morboſæ in ædibus oberrent &c. vid. Eberh. Gœckel. *Conſil. & Obſerv. medic. decad. ſex. Conſ. 18. p. 194 ſeq.* Quamvis autem a menſium ſuppreſſione non ſtatim ad graviditatem ſit concludendum, ſuſpectæ tamen ejusmodi cælibes ratione imprægnationis eſſe poſſunt, hinc juxta autorem allegatum p. 197 ſeqq. medicis inferendo judicio aliæ adhuc ſunt obſervandæ circumſtantiæ. Ad propriam experientiam provocat Andreas Ottomarus Gœlicke *Medicin. Forenſ. Spectm. V. §. 4. p. 83.* ſancte, inquiens, teſtor, quamplurimas ſuſpectas puellas de menſtruorum ſuppreſſione me conſuluiſſe, de quarum conditione, ut certi quippiam determinarem, ſæpiſſime hæſitavi, dubius, an ita menſium emanſio graviditatem, ut alias ſolet, comitaretur, an vero a quacunque alia cauſa ſuam derivaret originem. Imo novit etiam Guilielmus Harveus (*de Part. p. 506.*) matronam nobilem, quæ plus decies enixa fuerat, quamque menſtruorum ſuppreſſio citra prægnationem nunquam fefellerat. Poſtea autem alteri denupta, præter alia ſigna ſolita, ex motu quoque (quem ipſa ſororque ejus juxta cubans, ſæpe noctu ſentiebant, ſeſe gravidam judicabat; neque ab ea opinione ullis argumentis dimoveri poterat: donec tandem ſpes omnis in flatum & pinguedinem faceſſeret.

§. 5.

Neque etiam ab omni modo menſium defectu ſemper ſterilitatis

tatis ſignum deſumi poteſt, ſiquidem apud autores varia leguntur exempla feminarum, quibus neque a pubertate ut virginibus, neque etiam in matrimonio jamjam viventibus, menſes unquam comparuerunt, quæ tamen nihilominus aliquoties conceperunt, nonnunquam etiam ſine lochiorum evacuatione pepererunt; qualia conceptionis ſine ullo menſium fluxu factæ exempla plurima in *Parthenol. Sect. II. cap. 7. §. 6. p. 193.* item ſupra *Sect. I. cap. 8.* recenſuimus, quæ prolixitatis vitandæ gratia hoc loco repetere nolumus. Liquet proinde, juxta Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. Lib. I. Tit 3. Quæſt. 1. n. 28. fol. 89.* defectum menſtruorum pro ſigno graviditatis adductum omnium eſſe fallaciſſimum; ſiquidem non ſolum ex menſtruorum defectu non poſſit certo affirmari, mulierem in utero habere, ſed neque ex eorum apparentia pro certo dijudicari poſſe, illam utero non gerere, cum & quædam ſint, quæ & prægnantes menſtruantur; & vice verſa aliæ ſint, quæ nunquam aut raro menſtruantur & concipiunt. Juxta Caſp. Brav. de Sobremont *l. a. p. 199.* neque ex ſupervenientibus menſtruis infertur defectus prægnantiæ, nec ex illis deficientibus prægnantia patet. Sic Nicolaus Venette *de la Generat. de l'homme Part. III. cap. 3. p. m. 373* circa hoc conceptionis ſeu graviditatis ſignum ita ſcribit: Les regles manquent ſouvent aux filles, ſans aucune ſoupçon, qu' elles ſoient enceintes. Il y a de femmes groſſes, qui ſont reglées les premiers mois de leur groſſeſſe, & j'en connois meſme, qui l' eſtoient regulierement pendent presque tout le temps, qu' elles eſtoient enceintes: Et d'autres, qui ne le ſont, ny avant, ny aprés la conception, comme il arriva a la femme de Gorgias, ſelon le temoignage d'Hippocrate, qui n' ayant point ſes regles, ne laiſſa pas de devenir groſſe, & d'en manquer aprés, comme avant la conception.

Contra omnimodum menſium defectum.

§. 6.

Circa prægnantes itaque ratione menſtruationis porro notandum, quod, quamvis ordinario menſes a tempore conceptionis

Contra menſium ceſſationem.

nis ceſſent, hæc tamen obſervatio, juxta Michael. Albert. *Introduct. in univerſ. Medicin. cap. 2. §. 75 ſeq. p. 37.* etiam in multis feminis variat, ut videlicet quædam poſt conceptionem ſemel aut bis adhuc menſtruum fluxum experiantur. vid. etiam ejusdem Alberti *Jurispr. Med. cap. IV. §. 13. p. 87 ſeq.* Fallit itaque interdum hoc ſignum, quando ab hac menſium ceſſatione conceptionis tempus computare & ad partus tempus calculare volunt feminæ. Quod confirmat etiam Mich. Ettmüll. *Op. Part. II. Coll. pract. f. 1073 ſe. 1.* dantur, inquiens, exempla mulierum, quibus etiam primis geſtationis menſibus menſes adhuc ordinario fluxerunt; nempe ſanguine ſeroſiore, item copioſiore & ſpirituoſiore abundantibus, quin & quibusdam toto geſtationis tempore menſes fluxiſſe, obſervatum eſt. Non autem ſolummodo prioribus graviditatis menſibus, ſed etiam poſterioribus, imo per totum prægnantiæ tempus menſes ordinario in quibusdam feminis recurrere, multis exemplis in Muliebr. *Part. I. cap. 5. § 3. ſeq.* monſtravi, vid. etiam Georg. Franc. *Alleg. in Paul. Zacch. l. a.* quo loco Zacchias ſequentem obſervationem recenſet: Mulierem, inquit, tractavi, quæ ſeptem filios peperit; hæc multum purgabatur & aſſidue, tamen non concipiebat, niſi per tres aut quatuor menſes illi menſtrua deſtitiſſent, tunc concipiens filios obeſulos carnoſosque edebat, & nono quidem menſe vere pariebat; nam a defectu menſtruorum ſemper ad diem partus duodecim aut tredecim menſes intercedebant. De prægnantibus menſtruatis inquit etiam Nicolaus Venette *l. a. p. 373.* Il y a des femmes groſſes, qui ſont reglées les premiers mois de leur groſſeſſe, & j'en connois meſme, qui l'eſtoient reguliere-ment pendant presque tout le temps, qu' elles eſtoient enceintes. v. etiam Caſp. a Reies *Qu. 49. n. 28. p. 614.*

§. 7.

Contra hæmorrhagiam. Quamvis autem in gravidis, præſertim ultimis geſtationis menſibus, ejusmodi menſium fluxus vel hæmorrhagia uteri tam matri, quam fœtui, ſæpiſſime fatalis eſſe ſoleat, & quidem juxta Hippo-

Hippocratis *Sect. V. Aphor. 60.* ſi mulier in utero gerenti purgationes prodeant, fœtum ſanum eſſe impoſſibile, vel juxta Joh. Heurnii verſionem: ſi mulier gravida ſit menſtrualis, non poteſt fœtus eſſe ſanus. Nihilominus tamen, juxta hactenus allegata exempla, gravidæ nonnunquam modo prioribus, modo poſterioribus graviditatis menſibus atque per totum geſtationis tempus, modo cum, modo etiam ſine matris & fœtus detrimento menſes ordinarie patiuntur. Imo nonnullis etiam feminis, imprimis plethoricis ab initio imprægnationis fluunt, quæ juxta Georg. Philipp. Netter. *Phyſiolog. cap. 4 Membr. 4. Art. 2. p. m. 187.* bona admodum hinc fruuntur valetudine; cum e contra reliquæ, quæ tale quid non experiuntur, ab initio variis malis, tamdiu durantibus, affligantur, donec fœtus grandior redditus majorem nutrimenti copiam poſtulet, & hoc ipſo plethoram imminuat & varias ſtagnationes ſanguinis impediat. Sic, juxta verba Lucæ Schroeckii, in plethoricis ex tali menſium extraordinaria excretione nulla in embryonem noxa redundat, ſed potius in ipſius ſalutem, a copia ſanguinis alias facile ſuffocandi aut alia in graviſſima ſymptomata conjiciendi. vid. Joh. Hellwig. *Obſ. 141. Schol. p. 383.* Et Michael Erneſtus Ettmüllerus *Ephem. Acad. N. C. Cent. I & II. Obſ. 45. p. 116.* inquit: quotidiana docet experientia, ſolvere quasdam mulieres tributum lunare, non primis ſolum menſibus, ſed per totum quandoque geſtationis tempus, absque ullo tamen abortus metu. Tale exemplum recenſet Thomas Bartholinus *Hiſtor. Anat. Cent. III. Hiſt. 13 p. m. 32.* his verbis: Novi ego mulierem juvenculam, Hafnienſis mercatoris uxorem, quæ, quoties uterum gerit, ordinarios patitur menſium fluxus adeo copioſos, ut lecto affixa imbecillitati ſuæ conſulat. Subſiſtit is ſtato tempore, nec a primo conceptionis menſe ad ultimum ſtatas vices intermittit. Fœtus nihil inde mali patiuntur, quos maſculos & robuſtos feliciter ſolet eniti. Et *pag. 34* pergit idem: Novi quam plurimas prægnantes, quæ modo ter, modo bis, modo ſemel expurgantur, ſine fœ-

tus

tus detrimento, & id pro certo conceptionis signo interpretantur. Curavit etiam Paulus Zacchias juvenculam satis venustam, Juliam nomine, cujusdam scribæ vel tabellarii uxorem, quæ, cum antequam conciperet, non bene purgaretur, dehinc utero gerens indefinenter purgabatur, ita ut quotidie, & non menstruatim, ut in cæteris, sanguinem, atque illum quidem non improbandum ab utero redderet. Est autem temperamento prædita [illegible] puella vero, quam ex ea prægnantia peperit, bene compacta & obesula est, & bene valet, ita ut hinc colligere facile liceat, quam [illegible] gravidatis præsumptio, quæ ex defectu menstruorum [illegible]

[illegible]

exſpiraverit, juxta Paul. Spindler. *Obſ. 67. p. 125.* Anno 1669. Lugduni Batavorum plurimis matribus, ob peculiarem ſiderum aut athmoſphæræ καῦσωνα toto graviditatis tempore menſes fluebant, ſed æquo ordine, nonnullis etiam paucis ante partum menſibus. Illæ autem feminæ, quæ ſic affectæ erant, a morbo epidemio, qui eo anno luctuoſiſſimo totam urbem ſine diſcrimine vaſtabat, degebant immunes, cum alias ejus ſexus fere omnes laborarent, annotante Johanne Nicolao Pechlino *Obſ. phyſ. med. Lib. I. Obſ. 36. p. 84 ſeq.* vid. etiam *M. N. C. Dec. I. An. 9 & 10. Obſ. 29. p. 86.* Præcipua etiam matrona, extra Hollandiam degens, plethorica admodum & corpore tenui, ab ipſo usque imprægnationis initio, continuo ſanguinis fluxui fuit obnoxia, qui ſingulis itidem menſibus novo augebatur genitali effluvio. Plurimi itaque conſulti medici gravidam non credidere: ipſa tamen paulo poſt ſeptem menſium fœtum edidit, juxta Corn. Scalp. van der Wiel *Obſ. rar. Cent. prior. Obſ. 76. p. 332 ſeq.* Cum autem ab ejusmodi gravidarum fluxu menſtruo vel hæmorrhagia uterina, ſecundum hoc exemplum, maxime metuendus ſit abortus, non immerito medici practici, pro impediendo hoc infortunio, mature gravidis, imprimis ſi fuerint plethoricæ, venæſectionem in brachio ſuadent; de qua alibi, de abortu, plura videbimus.

§. 8.

Nonnunquam etiam occurrunt exempla mulierum, quæ nunquam, niſi gravidæ fuerint, menſtruum fluxum ſunt expertæ. Scribit ſcilicet Henricus Snelle *Theor. mechan. Delineat. Part. II. p. m. 106.* imprægnatas & lactantes mulieres ſemper deficere in menſtruatione, falſiſſimum eſt; plurimæ enim ad ultima usque partus inſtantis tempora hoſce patiuntur fluxus, perſtante fœtus & matris integerrima ſanitate, adeoque falſus eſt Hippocratis *Aphoriſmus 60. Sect. V.* Imo aliquæ menſtruis ſuppreſſis detentæ præter morem vulgarem, tunc & non ante hæc admittunt, poſtquam imprægnatæ fuerint, ut mihi retulere viri in re medica verſa-

Menſes non nunquam niſi in gravidis.

illiud. Tale exemplum refert etiam Christophorus Rœslerus *Mi. Nat. Cur. Dec. I. An. 8. Obſervat. 138 p. m.* 155 Nimptſchii, molitoris uxor, ſtaminum vigintiquatuor, ea hoc anno 1597. octo annos habuit maritum, & illi nunquam fluxerunt menſes, niſi cum prægnans eſſet, & cum fluere inciperent, jam certa erat, quod eſſet prægnans. Aliud exemplum generoſæ matronæ, tanquam de infallibili impraegnationis ſigno, communicat Johannes Georgius Hoyerus *Sylloge. Ephemerid. Med. N. C. Cent. I & II. Obſerv. p.* 330. Fe-

[illegible]

[illegible]

obſtructione, ventriculi vitiis, cachexia &c. laborantibus vulgaria eſſe ſoleant. His ſignis annumerantur maculæ in facie, ephelides dictæ; quod ſignum inter potiora a Cagnolo relatum, juxta Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. n. 32. fol. m. 90.* ſi quod aliud vanum ac fallaciſſimum eſt, & quod non modo certi aliquid promittere non poteſt, ſed neque quicquam probabilis; cum & plurimæ gravidarum tales maculas non habeant, ut quæ mares gerunt, imo neque omnes quæ femellas in utero habent; & multæ non prægnantium iis maculis deturpentur, præſertim quæ aut non debito modo, aut non ſufficienter purgantur. Et ſecundum Georgii Franci *Annotat. in h. l.* recte hoc refutat Sanctorius, cum ſignum hoc neque omnibus, neque ſemper competit. & per conſequens nullum nexum neceſſarium & per ſe cum prægnantibus habet. Quare cum lentigines nunc ſint in prægnantibus, nunc abſint, nunc invadant mulieres ob retentos menſes, nunc cacochymicas & melancholicas tantum, nexum neceſſarium cum utero gerente habebunt, quantum luna cum cruſtaceis. Item Caſparus Bravo de Sobremont *l. a. p. 200.* inquit: Hippocrates aſſerens, non reperiri tales maculas, dum fœtus eſt maſculus, comprobat, non eſſe neceſſarium prægnantiæ ſignum, & quod in ſanis, & non redundantibus cacochymis ſuccis adhuc nec in femellis accidat, & quod ſuperveniat ex ſuccis cacochymicis in obſtructis viris & feminis, & in valetudinariis ſine prægnantia, & cum fiant a pravis humoribus maculæ, ſicut & vitiligo & alii faciei mutati colores, dicendum non eſſe accidens quarto modo prægnantiæ proprium, ſed ob alias cauſas commune. Nec minus ventriculi vitia, parva digeſtio & vomitus, rerum incongruarum appetitus ſeu pica & malacia, nauſea & antipathia, faciei color albidus &c. fallaciſſimum ſunt imprægnationis ſignum, quia talia ſymptomata non ſolum puellis ante menſtruationem, ſed etiam virginibus illibatis, poſt menſium ſuppreſſionem & chloroſi laborantibus, quandoque etiam ipſis maribus, poſt ſtomachi totius ve

ve corporis morbos ob venire ſolent ſuperveniente nunc horrore, nunc incaleſcentia, cum gravitate capitis & variis ſupra recenſitis ſymptomatibus, quæ etiam nec ſolis, nec omnibus gravidis feminis, ſed iis tantum feminis ac maribus, in quorum ventriculis varii vitioſi humores ſunt collecti, obſervantur.

§. 10.

Contra mulſam. Neque ex Hippocratis pro agnoſcendo graviditatis ſigno propinata mulſa certum ſignum deſumi poteſt, quia flatus & tormina in inteſtinis excitat, quod periculoſum eſt; hinc ſcribit Paulus Zacchias *Quæſt. med. legal. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. n. 49. fol. 91.* hoc experimentum, ut cæteris quibusque ſecurius, a cæteris omnibus poſterioribus proponitur, cum tamen adeo incertum & fallax ſit, ut in non aſſuetis mulieribus, & in iis, quæ obſtructione laborant, facillime tormina provocare valeat, præſertim ſi a cœna propinetur, ut jubet Hippocrates. Præterea quam periculoſum ſit, tormina in prægnantibus excitare, vel ipſæ obſtetriculæ noverunt, cum ex his facili negotio ſubſequi poſſit abortus. Adde quod mulſa per ſe etiam menſtrua provocat, nam & urinam ciet; quæ vero urinam cient, etiam menſtrua provocare poſſunt, & quæ menſtrua provocant, abortum absque dubio cauſare ſolent.

§. 11.

Contra urinam. Quantum pro ſigno prægnantiæ ſupra ex urina deſumptis experimentis fidendum ſit, menſtrat Ludovicus Bonaciolus *l. a. p. 251.* His ego, inquiens, experimentis ſæpius egregia hercle fruſtratione uſus (vel quia indiligenter exercuerim, vel forte, quia res ita ſeſe habet) irrita fallacioſaque comperi. Quæ & alia pleraque, quanquam in univerſum omnibus horis hominis vita crediderit (nec credere ſenſerit) viritim tamen ſapientiſſimi cujusque fides plane reſpuit. Johannes Varandæus *de Morb. Mulier. Lib. II. cap. 2. Oper. fol. m. 584 ſeq.* de dubio hoc ſigno ſequentia habet: Urina ex Avicennæ placito primis quatuor menſibus cruda, aquoſa vel decolorata profunditur; ſequentibus vero ſpiſſa, colorata & quaſi

quaſi ignita. Practici ſuperioris ævi, quibus cura fuit ex urinarum contemplatione omnia augurari, imprægnationem ſtatim deprehendunt ex urina albicante, in cujus medio apparet nubecula ſubalbida vel ei inſperſa ſunt velut fragmenta & floſculi bombacis vel lanæ recens carptæ. Alii dicunt in ſummo urinæ apparere circulum verſicolorem inſtar iridis &c. Sed hæc cum multis affectibus poſſunt eſſe communia. De quæſtione, an ex urina poſſibile ſit, gravidam eſſe mulierem, certo agnoſcere? prolixe agit, variis tamen rationibus atque autoritatibus negativam defendit Caſparus a Reies *Camp. Elyſ. Queſt. 49. p. 605. 612 ſeqq.* Secundùm Nicol. Venette *l. a. p. 37 ſeq.* L'urine ne nous peut donner tout au plus, que des marques de l'eſtat des parties, d' ou elle vient, & dela diſpoſition de celles, par où elle paſſe. Comme elle ne traverſe pas la matrice, & qu' elle ne fait, qu' effleurer ſon cou, quelles conjectures peut-on faire par cet excrement, ſi ce n'eſt dela diſpoſition de la veſſie, des reins & des parties ſuperieures? Toutes les experiences, que l' on fait ordinairement avec de l'urine, ſont ſuperſtitieuſes, tout ce que l' on met dans la matrice, eſt dangereux, &c. Et *p. 370.* inquit idem: de tous les ſignes il y en a de tré-legers & de tres ridicules, car de penſer, que l'on puiſſe découvrir la groſſeſſe d' une femme par ſes urines, c' eſt ce que je ne ſaurois me perſuader. Je ſay bien jusques où l' avarice des hommes a pouſſé cette curioſité, mais les differentes opinions, où ils ſont ſur ce ſujet, me font juſtement douter de la verité de leurs experiences. Ad quæſtionem, an uromantæ graviditatem ex urina videre poſſint? ita reſpondet Theodorus Craan *Tr. de Homin. Cap. 162 p. 715.* Graviditatem uromantæ ex urina noſcere & prædicere ſe poſſe non parum gloriantur, ſi autem partes conſideramus, ex quibus urina provenit, nec non particularum diverſitatem, ex quibus conſtat, ejusque ſeparandi modum, impoſſibile eſſe putamus, ut graviditas ex ea noſci poſſit; alia deprehenditur via eſſe, quæ ad veſicam, alia, quæ ad uterum tendit; non attingit

urina partes generationi inſervientes, nec cum iis ullam communionem habet, quomodo igitur poteſt urina indicare graviditatem? Ex noſtris principiis poſſet ſignum peti, propter ſpiritum ſeminis maſculini, ſanguinem feminæ imprægnantem, qui aliquam poſſet in urina differentiam ponere, ex qua poſſet ſignum graviditatis peti, ſed dicimus, exiguam quantitatem ſpiritus ſeminis maſculini diſtributam per totam maſſam ſanguinis feminini, lege circulationis, non poſſe craſſis oculis uromantam in urina conſpicere: illi inſpiciunt quaſi urinas, per totum graviditatis tempus etiam redditas, ex iisque hoc concludunt, ſed quomodo hoc fieri poteſt, cum tam exigua copia ſpiritus ſeminis maſculini non poſſit tam diu urinas inficere, ut inde ſignum petant de graviditate? Sed quid multis opus eſt? experientia ipſos ſatis confundit, nec non pudore ſuffundit. Fatetur equidem Georgius Francus, ſe multoties in gravidarum, cætera ſanarum, urinis, maxime poſterioribus menſibus, obſervaſſe, quod ſuperficiei in urina corona quaſi quædam pinguior & oleoſa innataverit: Id quod ipſum raro fefellerit &c. vid. ejusdem *Annot. in Paul. Zacch. Quæſt. med. leg. Lib. I. Tit. 3. Qu. 2. n. 25. p. 95.* quo loco tamen ipſe Zacchias ita pergit: De urinarum fallacia pluribus agere, inanis opera eſſet, veluti inane eſt, quicquid ex earum qualitate deprehendendum nobis promittunt nonnulli auctores; non minus enim ex urinis prægnantem eſſe mulierem, quis unquam cognoſcet, quam ſi ex iisdem urinis intimas atque occultas ejusdem mulieris cogitationes expiſcari velit; & deridendi ſunt tanquam falſi impoſtores, audaces illi ac omnino imperiti medici, qui ex urinæ ſolius inſpectione tale quid ſe conjicere jactant; quibus tamen ſi neſciis urinas virorum aut brutorum conſpiciendas objicies, prægnantiam etiam in viris aut brutorum maribus præſentem eſſe judicabunt. Utrum ex urina conceptus, uti vulgo creditur, poſſit dijudicari? contradicit Felix Platerus *Quæſt. medic. parod. Semeiot. n. 69. p. m. 106.* vid. etiam Franc. Valleſ. *Controv. med. Lib. III. cap. 28. fol. m. 168 ſeq.*

Cont.

Conr. Barthold. *Behrns Tr. de Conſtitut. Rei med. Lib. III. Tit. 2. p. 167 ſeq.* Joh. Chriſt. Bitterkrauts *Klag-Thræn. der Artzney-Kunſt. cap. 10. p. m. 300 ſeqq.*

§. 12.

Lac in mammis pro ſigno prægnantiæ vulgo haberi, ſupra adduximus, cui tamen ſententiæ a veteribus & neotericis medicis contradicitur, & quidem ex ea ratione, quia interdum etiam feminæ illibatæ, multóque minus utero gerentes, lac in mammis habere deprehenduntur. Primó enim ex infantium utriusque ſexus recens natorum papillis aquoſum lac ſæpe numero exſtillare præter experientiam docet Thomas Cornelius, Conſent. *Progymn. phyſ. 6. p. m. 222.* De lacte puellulæ papillis emulcto refert Joannes Rhodius *Obſ. med. Cent. II. Obſ. 37. p. 72.* quod anno 1624. calendis Februarii in Theatro anatomico, Spigelii juſſu obſtetrix puellæ octo dies natæ papillis lac expreſſerit. Julius Cæſar Baricellus in duobus filiis ſuis, in primis diebus a partu obſervavit, ab obſtetrice mammillas contrectatas lac impulſu (magno multorum ſtupore) emiſiſſe: Idque in aliis etiam obſervavit, *vid. ipſius Hortul. genial. p. m. 323 ſeq.* Prodeuntes nuper infantes ſeroſum liquorem lacteum ex papillis profundere, ſcribit Thomas Bartholinus *Anatom. renovat. Lib. II. cap. 1. p. 333.* Mulieris cujusdam puellum enixæ, qui per menſem integrum plurimam lactis copiam turgidis papillulis reddebat. ex Cardano meminit idem Bartholinus *Epiſtol. med. Cent. III. Epiſt. 38. p. 142.* Filiolæ duarum ſeptimanarum papillæ per octo & amplius dies album præbebant liquorem lactis æmulum, teſte Johanne Schmidio *M. N. C. Dec. I. An. 8. Obſ. 86. p. 144.* Sequentem obſervationem refert Daniel Crügerus *M. N. C. Dec. II. An. 9. Obſ. 139. p. 241.* Vocatus ſum nuper ad mulierem quandam infantem ſexus feminei lactantem, ut infantem hanc curarem, quæ & ipſa lac copioſum in mammis habebat; mammæ hujus infantis pomum Borsdorfianum magnitudine æquabant, equibus ſponte ſua quotidie lac promanabat, imo

Contra lac,

quia reperitur in infantibus.

ſi ſubſiſteret, coacti ſunt illud exprimere, & quidem ad uncias tres vel quatuor; Infans erat octodecim ſeptimanarum, imo mater ſæpius lac in adſtantium faciem petulanter ejaculabatur. In infantulis recenter natis ex uberibus lac effluxiſſe, ſibi obſtetrices retuliſſe, ait Johannes de Muralt. *in ſuo Vademec. Exercit. I. p. 15.* item Joſephus Lanzonus *M. N. C. Dec. II. An. 10. Obſ. 144. p. 231.* Femina quindecim annos ſterilis infantem maſculum peperit, qui primo menſe lac copioſum e papillis emiſit, quod obſtetrices, dum inepte repellentibus avertere tentarunt, per vomitum eduxerunt, uti ex Cardano refert Olaus Wormius in Thom. Bartholin. *Cift. med. Locul. 23. p. 251.* Inquit etiam Jacobus Primirosius *Deſtruct. Fundam. medic. Plemp. Sect. III. cap. 4. p. m. 58.* ſe in pueris guttulas, quæ colore, conſiſtentia, ſapore fuerint verum lac. Et Antonius Deuſingius *Diſſert. de Lact. Sect. I. §. 17. p. 326.* ait: Notum quoque eſt, infantibus recens natis, non femellis modo, ſed & maſculis, lac in uberibus per aliquot dies quandoque ſeptimanas colligi, quod niſi recte curetur, quandoque gravia ſymptomata, inflammationes vel ſuppurationes aliaque incommoda infert: ut non ſemel mihi obſervare contigit; ac præterito quidem anno in filiola recens nata, cui ex lacte in mammilla reſtagnante ſuppuratione gravi oborta univerſa mammilla glanduloſa ſubſtantia periit.

§. 13.

In virginibus. Deinde etiam adultiores puellæ ſive virgines, quæ neque coitum neque conceptionem ſunt perpeſſæ, lac in mammis habuiſſe ſunt obſervatæ. Miraculis enim annumeratur in vita S. Chriſtinæ, quod, cum a neceſſariis contemneretur, hique ipſi cibum negarent, propriis ab uberibus, tametſi virginalibus lacte ſe nutrierit, neque in parvo temporis intervallo, nam ad hebdomadas novem ſuo hujusmodi virginali & admirando lacte alita eſt, uti ex Surio recenſet Simon Majolus *Dier. Canicul. Colloqu. IV. fol. m. 50 ſeq.* Extra miraculum, & quidem a menſium ſuppreſſione in virginum mam-

mammis lac generari, concedit Hippocrates *Sect. V. Aphor. 39.* Si mulier, inquiens, quæ nec prægnans eſt, nec peperit, lac habeat, ei menſtrua defecerunt, vel juxta Heurnii verſionem: ſi mulier neque prægnans neque puerpera lac habeat, huic ſuppreſſa ſunt menſtrua. Ex eo lacte, pergit Heurnius, *p. 370.* ſignificatio eſt boni ſanguinis & integræ mammarum partis, quæ lac facit. Bonus is eſt ſanguis, qui eſt dulcis, purpureus, mediocriter craſſus. Hinc adeo accidit, ut ſi virgines hujusmodi ſanguine abundent, & ab ea ſanguinis copia menſes ſupprimantur, niſi ejusmodi plethora aut ſanguinis emiſſione, vel vomitu, vel per hæmorrhagiam, aut per hæmorrhoides, vel per dyſenteriam haimatoden excernatur: & ſi his mammæ calidiores fuerint & atterantur, eo aliquando is poterit decumbere & in lac converti. Quin interdum attritu papillarum viris lac etiam naſcitur, ubi ea ſanguinis ſupellex. Nam lac ſolum eſt elegantior pars ſanguinis, quæ a glandulis mammarum in alborem abit. Sed non ita copioſum id lac manat, quod mulieribus extra graviditatem ac lactationem evenit. Quod tamen rarum eſt in virginibus, nam providentia naturæ (quæ vis quædam eſt a Deo inſita) gignitur lac in mammis, fœtus cauſa. Hippocrati conſentit etiam Avicenna, qui ſecundum Caſpar. de Sobremont *l. a. p. 199.* & Caſp. a Reies *Quæſt. 47. p. 575.* inquit: Quandoque aggregatur lac in mammillis puellarum absque imprægnatione, & absque eo, quod genuerint, & hoc proprie, quando retinentur menſtrua. Aſt ſecundum meam editionem verba Avicen. *Lib. III. Tom. XII. cap. 3. fol. 287. b.* ita ſonant: quandoque aggregatur lac in mammilla, absque prægnatione, & proprie, quando retinentur menſtrua.

§. 14.

Quoad exempla virginum, quarum in mammis lac deprehenditur, refert Alexander Benedictus *de Partib. Corp. human. ſive Anatom. Lib. III. cap. 4. Oper. p. m. 595.* ſe vidiſſe mulierem, cui etiam, cum virgo eſſet, quoniam infœcunda erat, menſes ſubſti- *Exempla.*

inde graviſſimam & brevi ex ileo lethalem accerſivit, teſte Ambroſio Stegmanno *M. N. C. Dec. III. An. 4. Obſ. 107. p. 225 ſeq.* Isbrandus de Diemerbroec *Anatom. Lib. II. cap. 2. fol. m. 249.* inquit: Laſcivæ & prurientes nonnullæ virgines, libidinoſis cogitationibus totæ intentæ atque hinc mammas ſuas ſæpe contrectantes, ac cum titilloſo pruritu fricantes, interdum virginitate illæſa, lactiferæ evadunt, quales indubitatæ pudicitiæ lactiferas virgines mihi bis videre contigit. Absque dubio etiam tempus, & orgaſmus menſtruationis absque graviditate ad lactis generationem aliquid contribuere poteſt; uti ex Johannis Ludovici Hannemanni obſervatione de periodica lactis in mammis mulierculæ non gravidæ, neque lactantis, præſentia colligere licet. Mulier ſcilicet quædam marito juncta vivebat, ex quo ante quinquennium puerum ſuſceperat & enixa erat. Hæc quoties menſtruorum patiebatur fluxum, etiam mammæ ejus magna lactis copia turgebant, ut illud exinde in longum ſpatium ejaculari ac emulgere quiret. Menſtruorum autem fluxu deſinente, & ille lactis fons exareſcebat, vid. Nov. Literar. maris Balthic. *An. 1700. menſ. Februar. p. 55.*

§. 15.

in vetulis. Vetulas etiam quandoque, quibus prolem ſuſcipiendi nulla ſpes ſupereſt, per ſuctionem iterum lac in mammis recipere, ita ut etiam infantibus illud præbere poſſint, autores annotarunt. Inquit enim Ariſtoteles *de Hiſt. Anim. Lib. III. cap. 20. f. 383.* non prægnantibus aliquando, ſed raro, edullis quibusdam efficitur, ut lacteſcant, etiam quibusdam mulieribus natu majoribus, ſuctu frequentiore lac prodiit & copia tanta, ut infantem enutrire potuerint. Id quod etiam recentiores autores confirmant. Teſte etiam Henrico ab Heer *Obſ. 14. p. 146.* femina quædam Odo Joſaii in tertio partu extincta vivum pupillum relinquebat. Johanna Odæ mater, quinquagenaria major, miſerata nepotulam ejulantem, aridas jamdudum ab undecim annis mammas ori ejus applicat, ſugit infans, cum immani omnium ſtupore, lactis magnam copiam elicit,

elicit, idque multis poſt menſibus continuat, dum adoleſceret, commodeque alios cibos potumque admitteret. Vianæ in diverſorio ante portam ſito, cui caput porcinum pro inſigni eſt, mulier caupona, non diu poſt obitum mariti, peperit, atque brevi poſt puerperium extincta eſt, ſuperſtitem relinquens infantem ſuum ſanum: Cumque illi res anguſtiſſima domi ſupereſſet, ejus mater, nominata Johanna Vuyltuyt, etſi & ipſa egena præ paupertate nutricem conducere non poſſet, tamen infantis filiæ ſuæ miſerta, eundem enutriendum ſuſcepit ætatis ſuæ anno ſexageſimo ſexto: cum autem eum vagientem, ſumma cum miſeratione, mammis ſuis aliquoties appoſuiſſet eique papillam ſugendam obtuliſſet, per fortem illam imaginationem, & deſiderioſam de nutriendo infante cogitationem, mammæ lac dare cœperunt, idque paucis diebus tanta copia, quæ nutriendo infanti abunde ſufficeret, ita ut vix aliis alimentis indigeret: atque ſic cum omnium admiratione infans lacte hujus vetulæ (cujus mammæ a plurimis annis exaruerant & conciderant, jamque rurſus, tanquam juvenculæ, de novo intumuerant) optime nutritus fuit: Cujus rei memoria hodie apud multos dicti oppidi cives ſupereſt; uti refert Isbrandus de Diemerbroec. Amato Luſitano *Curat. medic. Lib. I. Cur. 47. fol. m. 81.* viſæ ſunt mulieres, quibus menſes ob ætatem grandiorem ſuppreſſi erant, & tamen illis lac copioſiſſimum ad mammillas devenit, ſolo puerorum ſuctu, quos poſtea lactarunt, & ad annum & plus, ac ſi pepererint, eos tractarunt. Ex iis autem mulieribus una Ferrarienſis ætatis quinque ſuper quinquaginta annorum fuit; altera vero nobilis apud Luſitanos Santarenenſis, nata annos prope ſexaginta. De lacte ſolius ſuctus ope in mammas excito ſequentem obſervationem refert Franciſcus Bouchardus *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 10. p. 14* Sunt aliquot anni, cum in vico ruſticana quædam, ac certe piiſſima vidua, prope ſexagenaria, bimeſtris infantuli repertitii nutricationem apud ſe motu charitatis aggreſſa, ſuas quondam flaccidas, ad ejus ſedandos

vagitus, primis diebus accommodarat ita mammillas, ut lacte paulo poſt frequentis & avidi ſuctus occaſione tandem excito, ſeptem illum ad hebdomadas aluerit, & plures, opinor, ad menſes aluiſſet, alienigenum niſi caſus alumnum ſubmoviſſet. Meminit etiam Johannes Muraltus *Colleg. Anat. Lect. 3. p. m. 55 ſeq.* ſe noviſſe feminam ſexaginta quatuor annorum, quæ quotidie in conſpectu hominum ex mammis ſuis lac exprimere non erubeſcebat. vid. etiam *ejusdem Hippocrat. Helvet. p. 317.* Cognovit etiam Julius Cæſar Baricellus mulierem, Victoriam nomine, eamque honeſtam & bene morigeratam; huic in anno quadrageſimo quinto menſtrua ceſſarunt, & ipſa fauſta valetudine vixit. Cum autem ſexageſimum fere annum attingeret, ecce illi menſes rubei bonique coloris rediere; uberaque, quæ prius flaccida erant, more virginum, turgidula facta ſunt lactisque tanta copia impleta, ut impulſu ferretur: quare ut puerulum filiæ ſuæ lactaret a Baricello admonita eſt. *vid. ejusd. Hortul. genial. pag. m. 349 ſeq.* In Loyſe Bourgeoiſe *Hebammen-Buche Part. I. cap. 1. p. m. 26.* mentio fit feminæ quinquagenariæ, per totam vitam nunquam gravidæ, lac nihilominus in mammis habentis. De avia quadam, quæ mortua filia neptem uberibus admovit ſugereque permiſit, ac tandem nutrivit abunde, cum tamen admodum vetula & ſicciſſima eſſet, uti ex Bodino refert Caſparus a Reies *Quæſt. 47. n. 6. p. 576 ſeq.* v. etiam Steph. Blancard. *Collect. Cent. II. Obſ. 83. p. 245.* De lacte ex mammis non gravidæ, nec puerperæ nec lactantis obſervationem communicat Ehrenfried Hagendorn *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 136. p. 246.*

§. 16.

in maribus. Imo non ſolum in mulierum non gravidarum vel parientium, ſed etiam in viroum diverſæ ætatis mammis lac apparere præter exempla de infantibus maribus, lac habentibus, varii teſtantur autores: Vidit enim Hieronymus Cardanus Jannæ Antonium Benzum ex oppido portus Mauricii, annum agentem trigeſimum quartum pallidum, barba rara, pingui habitu, e cujus mam-

mammillis lactis tantum profluebat, ut infantem ferme lactare potuiſſet: nec ſolum effluebat, ſed impulſu ferebatur. Miles hic erat, & non levia tota vita paſſus incommoda, uti refert Cardanus *de Subtilit. cap. 12. fol. m. 366.* In maribus etiam lac fieri poſſe, ſcribit Ariſtoteles *de Hiſtor. Animal. Lib. I. cap. 12. fol. 357.* De juvene, cui mammillæ præter ſexus naturam adeo turgebant, ut quandocunque libuerit, merum lac ex illis guttatim exprimere potuerit, vid. Johann. Helwig. *Obſ. 135. p. m. 369.* & Lucas Schrœckius in ſcholis ejusdem obſervationis, obeſi & quadrati habitus juvenem in academia Salana noſſe refert, qui prominentibus e mammis ſuis lac exprimere poterat. Alii ſtudioſo & quidem medicinæ fere per anni ſpatium e ſiniſtræ mammæ papilla lacteus liquor quotidie ſine ullo dolore & acrimonia ſponte exſtillabat, quod Simon Scholzius oculis ſuis vidiſſe teſtatur, *v. M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 135. p. 218.* & Theoph. Bonet. *Medicin. ſeptentr. Part. II. fol. 163.* Vidit etiam Johannes Schmidius tale exemplum in juvene quodam τετραγόνῳ, Joachimo Chriſtophoro Riccio, cognato ſuo, cui mammæ protuberantes compreſſæ lac reddebant copioſum, aquoſum tamen; ſæpius etiam ſpontaneo fluxu induſia madefaciens. *vid. M. N. C. Dec. I. An. 8. Obſ. 86. p. 143.* de viro quodam mammoſo Tubingæ lac emittente, vid. Georg. Hieron. Velſch. *Exotic. Curat. Chiliad. II, Obſ. 302. p. m. 325.* Refert etiam Emmanuel Stupanus *Aphor. phyſiolog. pag. m. 53.* ſibi quoque ſedecim circiter annorum fuiſſe fratrem, cui, per certa intervalla, ex mammillis, leviuſcule compreſſis, lacti ſimillima profluxerit ſubſtantia, albida copioſa. Et Petrus Borellus ait *Hiſtor. med. Cent. I. Obſ. 49. p. 55.* ſe agnoviſſe hominem, qui lac e mammis coram ſe effuderit. De quibusdam, qui purgationes muliebres ordinata viciſſitudine patiebantur ac lac in mammillis gignebant, vid. Thom. Bartholin. *Cent. V. Hiſt. 33. p. 55.* Lac nonnullis viris poſt pubem exprimi & per ſuctum frequentiorem crebramque ac multam contrectationem prodiiſſe, non ſemel ſe conſpexiſſe ait Andreas

dreas Veſalius *de Corpor. hum. Fabric. Lib. V. cap 18. fol. m. 424.* Syrum quendam, cui filius infans mortua conjuge ſupererat, ubera ſæpius admoviſſe, ut famem filii vagientis fruſtraret, continuatoque ſuctu lacte manaſſe papillam, quo exinde nutritus eſt magno totius urbis miraculo, ex traditione M. Maripetri ſacri ordinis equeſtris, recenſet Alexander Benedictus *de Part. Corp. hum. Lib. III. cap. 4. Oper. fol. m. 395.* Exemplum etiam viri lactiferi, qui ſatis obeſus & pinguis continua preſſione mammarum ita easdem aſſuefecit, ut lac funderent, quoties voluerit, ſæpe cum adſtantium muliercularum riſu & admiratione, refert Abrahamus Cyprianus *Epiſtol. de Fœt. tubar. p. m. 23.* Accepit etiam Santorius a Quinto Bononianne, præceptore ſuo, ſe noviſſe quendam Calabrum, qui mortua uxore, cum præ inopia nutricem non valeret conducere, ſuo lacte prolem propriam aluit. vid. Albert. Kyper. *Anthropol. ſive univerſ. Medicin. contract. Lib. I. p. 490.* Et Isbr. de Diemerb. *Anat. Lib. II. c. 2. f. 249.* In tota quadam proſapia in Dania tam viros, quam virgines copioſum lac ex mammis fudiſſe, ex Thoma Bartholino refert Theodorus Craan *de Homine cap. 165. p. 727.* vid. Th. Bartholin. *Hiſt. anat. Cent. I. Hiſt. 27. p. 333.* Vidit etiam Hieronymus Eugubius aliquando viros, qui in uberibus habebant lac, quod exprimendo emittebatur, uti ex ejusdem libello de lacte allegat Antonius Deuſingius *Diſſert. de Lact.* §. *19. p. 327.* Commemorat etiam Petrus Laurenbergius *Acerr. Philolog. Cent. III. Hiſt. 82. p. m. 489.* ſe anno 1610. Pariſiis contubernalem quendam Gallum habuiſſe, qui ex mammis ſuis, quoties ipſi placuerit, tantam albi atque perfecti lactis copiam exprimere poterat, quanta ad aliquot vaſcula ſtannea minora, *Commentchen* dicta implenda requirebatur. Fortaſſe eſt eadem obſervatio, quam refert Johannes Helwigius, *Obſ. 135. p. 369.* inquiens: Cum Monſpelii in Gallia ſtudio medico vacarem, narravit mihi Gothofredus Zehmen, Schleuſingenſis, vir juvenis doctus pius & fide dignus, quod Pariſiis juvenem viderit, cujus mammillæ præter ſexus naturam adeo

eo turgebant, ut &, quandocumque libuerit, merum lac ex illis guttatim expreſſerit. Et Nicolaus Venette *de la Generat. de l' homme Part. II. Art 3. p. m 90 ſeq.* idem confirmat his verbis: J'ay demeuré plus de quatre ans a Paris avec un honnete homme medecin, qui s' appelloit Roinette. Il étoit ſanguin de temperament, & il étoit agé d' environ 30. ou 35. ans. Quand il preſſoit la mammelle & le mammelon, il en faiſoit ſortir de cueillerées d'une humeur blanchâtre & laitée, qui euſt peu ſans doute nourrir un enfant, ſi elle eut eſté ſuccée. Judæo cuidam, cum, uxore mortua, nutricem ob pauperiem conducere nequiret, ex ſpeciali gratia Deum proprias mammas lacte ſufficienti impleviſſe, ex Buxtorfio refert Roſinus Lentilius *Jatromnemat. Part. II. cap. 23. p. 489.* Quendam militem in oppido *Wansleben* infantem, mortua conjuge, lactaſſe, ex relatione Andreæ Erneſti Evers communicat Johannes Ludovicus Hannemannus *M. N. C. Dec. II. An. 5. Obſ. 120. Sch. p. 239.* Et de ſexagenario lactante ſequentem hiſtoriam *ibid. App. p. 60.* recenſet Chriſtianus Franciſcus Paulini; ſcilicet Parochus quidam paganus, vir devotus, ex nundinis hebdomadariis aliquando rediturus, prope pagum ſuum, ſub crepuſculo, retro dumetum audiit vagitum infantis. Acceſſit propius &, Chriſtiana miſericordia tactus, expoſitum puſionem tollit, reus, forte a puellis, quarum curæ commiſſus, ludos inter, ex negligentia derelictum eſſe. Fama ocyus omnes caſas pervolitante mater deſiderabatur. Altero die de cathedra publice annunciat ſuis, monens, ut vicinos interrogent, quo ſuæ redderetur matri. Bonus interim ſenex de alimento puellæ pie ſollicitus, obteſtatur quasdam lactantes in villa feminas, ut & miſellæ huc & famelicæ ubera charitatis alternatim præberent. Volentes nequibant, quæ poterant nolebant. Sic ipſe, ut poteſt, lacte caprino nutrit alumnam ſuam, & aliquando noctu in lectum ſinum reponit flentemque more mulierum pectori admovet. Infans papillas ſenis ſentiens fugit, omni vagitu ceſſante, ſubridens ille crebrius hoc

ſtrategemate vagientem permulcet. Tandem creberrimo ſuctu lac ſatis copioſum provocatur, non ſine ſingulari providentiæ, quæ cuncta gubernat. De viris mammoſis, & lactantibus Johannes Rhodius *Not. ad Scribon. Larg. Compoſit. med. p. 143.* ita ſcribit: Naturæ portento. Viri quandoque mammoſi, qualem mihi adoleſcentulo ſub philoſophiæ mitioriſque litteraturæ tirocinio Cantabrigiæ hoſpitem videre licuit ætatis mediæ fuſcum ac troſſulum. Viros etiam lactantes in Ægypto conſpexit Veslingius, dum Cairi quinquennium commoraretur. Hæc & alia virorum lac in mammis habentium vel etiam lactantium exempla allegant etiam Thomas Bartholin. *Vindic. Anat. p. m. 32. item Anatom. Lib. II. cap. 4. p. 333.* Joh. Helwig. *Obſ. 135. p. 369.* Gualter. Charleton. *Oeconom. animal. Exercit. 3. p. 32.* Joh. Schenck. *Obſ. med. Lib. II. f. 305.* Marcell. Donat. *de med. Hiſtor. mirab. Lib. VI. cap. 2. p. 610.* J. C. *Bitterkraut Threnod. Medic. cap. 10. p. 312.* Georg. Franc. *Annot. in Paul. Zacch. Queſt. med. leg. Lib. I. Tit. 2. Qu. 1. f. 88.* Joh. Bened. Sinibald. *Geneanthrop. Lib. IV. Tr. 2. cap. 6. p. 456 ſeq.* Caſp. Brav. de Sobremont *Conſult. Diſp. apolog. p. 199.* Caſp. Theoph. Bierling. *Adverſ. curioſ. Caſ. 34. p. 64.* Caſp. à Reies *Comp. Elyſ. Qu. 47. p. 578 ſeq.* Chr. Franc. Paullin. *Cynograph. Sect. I. cap. 3. p. 52. M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 135. Schol. p. 218 ſeq.*

§. 17.

In viris in novo orbe.

Imo in novo orbe & in regionibus orientalibus Africæ ſecundum quorumdam hiſtoricorum relationem totæ gentes reperiuntur, apud quas omnes pene viri magna lactis copia abundant, ideoque propriam prolem lacte ſuo alere ſolent, vid. Gualth. Charlet. *Oeconom. anim. Exercit. 3. p. 32 ſeq.* Inquit etiam Johannes Jonſtonus *Thaumatograph. natural. admirand. homin. cap. 5. Art. 2. p. m. 465.* qui novum luſtrarunt orbem, narrant, viros pæne omnes maxima lactis abundare copia. vid. etiam Andr. Laurent. *Anat. Lib. IX. Qu. 2. f. 341.* Et ſecundum Nicol. Venett. *de la Generat. de l'homme Part. II. cap. 1. Art. 3. p. m. 90.* dans l'Orient d'Afrique du côté de Mon-

Monomotapæ & du pays des Caffres, si nous en croyons les historiens, plusieurs hommes nourissent leurs enfans du lait de leurs mammelles. In quadam Brasiliæ provincia, Cunucajatam gentem virorum esse tam amplis mammis lacte turgentibus præditam, ut infantibus alendis lactandisque sufficiant, mulieribus illorum econtra parvis virilibusque mammis donatis, ex Cysato refert Casparus à Reies *l. a. p. 579.* quod etiam ex Jacobo Carpensi ibidem confirmat: ex Brasilicis nostris literis cognovimus gentem quandam inventam, ubi viri, non feminæ lactant infantes; his enim mammas esse parvas & vacuas, illis magnas & lactis plenas. vid. etiam *Bitterkraut l. a. cap. 14. p. 34.* item Rosinus Lentilius *Istromnemat. Part. alt. cap. 23. p. 489.* qui tamen non immerito de ejusmodi historicorum relatione dubitat: talia certe, inquiens, qui prodere non erubescant, in urbe Mentiris dignitatem consulatus jam diu pro meriti sunt. Cur enim moderna itineraria de his taceant? Denique tradant alii, quod sine risu (at, ubi, non recordor) legere non potui, monialem carceri inclusam exsuctis propriis mammis per tempus bene longum servatam fuisse. Citius asinos volasse crediderim &c.

§. 18.

Non autem tantummodo in viris & juvenibus hominibus, sed etiam in maribus brutis interdum lac deprehensum legitur. Catulos enim duos, ex genere, quos ἰχνευτὰς græci vocant, id est, indagatores, frequenti suctu, ex grandioris canis maris papillis lac evocasse, ita ut ille non sine magna omnium admiratione matris vice educationis munere perfunctus sit, uti ex Cælio Calcagnino refert Marcellus Donatus *de Med. Histor. mirab. Lib. VI. cap. 2. p. 611.* Canis Anglicæ virginis, quæ non prægnans lac habebat, quod ipsa exsugebat, meminit Sigismundus Schmitzerus in Epistola ad Andr. Libavium, in Joann. Hornung. *Cist. medic. Epist. 45. p. 152.* Cui Libavius *Epist. 47. p. 155.* ita respondet: Historiola canis Anglica- *in maribus brutis. in canibus.*

ne, ſeipſam lactantis ſui virginis lacte placet. Virginibus eu-chymis & bene habitis multum crebro id contingere notum eſt. Canis illa ſua ubera ſugendo lactis materiam attraxit, & forte ab his, in quorum deliciis eſt, ſæpius eſt attrectata, cumque affluxum congeſtionem ſenſit, tanquam ſeipſam curaturæ, quod glutit. Narrat etiam Regnerus de Graaf *de viror. organ. p. m. 93.* hiſtoriam decane admodum pingui, ex cujus mammis felis per aliquot annos lac exſuxit tam copioſum, ut inde fere nutriretur, idque per multos annos, abſque quod unquam generaſſet, imo, quod magis eſt, coiviſſet; nam toto tempore, quo eadem coitum appetere animadverterent, illam diligenter cuſtodiebant: nihilominus tandem aliquando canis aliquis domum intrans cum illa coivit, & ab illo tempore felis nunquam lac, quemadmodum antea, ex mammis exſugere voluit. Sequentem obſervationem de lacte in canicula virgine reperta refert Theodorus Kerckringius *Spicileg. Anatom. Obſ. 21. p. m. 50.* In domo alicujus mihi cognatæ alebatur, ut fit, ad delicias canis quædam Melitæa, forma inter paucas commendata; huic, ut ſic dicam, coalumna erat felis domeſtica, quæ quotidiana conſuetudine caniculæ facta familiarior, dum, cum illa petulanter ludit, cœpit ore papillas ejus apprehendere, ſugere, & eo ſe luſu ſæpius de die oblectare. Canicula omnium, qui in domo erant, teſtimonio, nunquam mater, nunquam gravida fuerat, & tamen quotidiano iſto ſuctu (quis credat, niſi viderit? ego vidi & ideo narro) papillæ tandem manare cœperunt lacte candidiſſimo, quo ſe felis quotidie paſcebat, tanta inter utrumque animal petulantia, ut oculi domeſticorum caſtiores diutius non ferentes ſitus & geſtus, quo ludebant, laſciviam, utrumque e domo ejecerint. Prodibat tandem lac iſtud tanta copia, ut quilibet emulgere digitis e papillis poſſet; Erat autem guſtui, quod curioſitatis cauſa expertus ſum, non ingratum lac iſtud virgineum. Simillimum huic exemplum caniculæ Italicæ, adhuc virginis, felem parvam lactantis, ante viginti aliquot annos apud

Obſervatio

mer-

mercatorem Dresdenſem, nomine Thile, obſervare mihi licebat, hac tamen differentia, ut felis ſive catellæ pili, antea admodum tenues atque, pro more, molles poſt aliquot ſeptimanas admodum ſpiſſi & craſſi, inſtarque pilorum caninorum evaderent.

§. 19.

De capris lac in mammis habentibus hinc inde etiam fit mentio, ſiquidem juxta Ariſtotel. *de Hiſtor. Animal. Lib. III. cap. 20. fol. m. 383.* in Lemno inſula capro ex mammis, quas geminas juxta genitale gerit, tantum lactis emulgebatur, ut coloſtra inde conficerent; quod idem etiam proli maſculæ capri illius eveniſſe accepimus. Nec ab Ariſtotele tantum narrata hæc audimus, quippe, ſecundum Caſp. a Reies *Camp. Elyſ. Queſt. 47: p. 580.* Franciſcus Xaverius Societatis Jeſu fidelis & veridicus teſtis, & ex eo Aldrovandus refert, in India Orientali apud Ambrinum ſuis ſe oculis conſpexiſſe hircum lacte ſuo parvos alentem hædos, & ex ubere, quod unicum habebat, tantum reddebat lactis quotidie, quantum ſcutella capere poſſet; addit, honeſtum quendam Luſitanum hunc hircum eo conſilio ſecum aſportaſſe, ut in Luſitaniam mitteret. Tres hircos uno eodemque tempore in Bohemia diverſis in locis repertos fuiſſe, qui ex uberibus lac copioſum reddiderint, ad Caſparum Peucerum ſcripſit Petrus Andreas Matthiolus *Epiſtol. Lib. III. fol. m. 141.* Juxta Caſpari Schwenckfeld. *Theriotroph. Sileſ. p. m. 98.* anno 1602. villicus quidam in pago *Fiſchbach*, hircum aluit, qui lac ex ubere reddidit papillis duabus. Idem etiam in Pleſwiz accidiſſe, ſimul commemorat. Refert etiam Johannes Ludovicus Hannemannus, conſiliarium quendam regni Suediæ aluiſſe hircum, qui tantum fudit lactis, ut mulgere fuerit neceſſe; ex lacte eo curavit confici caſeum, quem ſuis hoſpitibus, tanquam rarum aliquem cibum, in conviviis dabat comedendum. *vid. M. N. C. Dec. II. An. 8. Obſ. 91. p. 206. ubi pag. 207.* addit, Johannem Sophronum Kozack Dresdæ vidiſſe hircum, cujus teſtibus adnata fuerint ubera lac copioſius ſtillantia. Annectere adhuc liceat

in capris.

verba Thomæ Bartholini, *Epiſt. medic. Cent. III. Epiſt. 38. p. m. 142 ſeq.* ruſtici, inquientis, cujusdam mei pullus equinus lac tanta copia profundit, ut pro ipſo alendo ſatis eſſet. Item, in ovilibus noſtris res notiſſima eſt, frequenti contrectatione papillas agnellos mulgeri poſſe.

§. 20.

Lactis præſentia nullum ſignum. Cum proinde ſecundum hactenus dicta tam in non gravidis, quam prægnantibus feminis, item in maribus diverſæ ætatis, imo in infantibus utriusque ſexus, quandoque lactis copia mammas impleat, ejusdem ſane præſentia pro ſigno violatæ pudicitiæ maxime fallaci merito habenda erit; hinc etiam Paulus Zacchias *Queſt. med. leg. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. n. 23. fol. 88.* inquit, ex his patet, conjecturam, quæ ex collectione lactis in mammis ſumitur, eſſe ſatis fallacem & nulla ex parte certam. Olaus Wormius ad quæſtionem: an lac in mammis mulierum ſit ſufficiens conceptionis indicium Jacobo Haſebardo ita reſpondet: Cum & ratio & autoritatum majeſtas & infallibilis experientiæ momenta abunde evincant, tam in virginibus, quam in mulieribus ſterilibus, tam in maſculis rationalibus, quam irrationalibus, lac copioſum exiſtere poſſe, & extitiſſe, quis unquam ſanus pro infallibili conceptus ſigno illud acceptavit? v. Thom. Bartholin. *Ciſt. med. Locul. 23. pag. 251.* Et *pag. 256.* addit: nemo ſanus verum lac eſſe, quod infantes nutrire poteſt, lactis veri habet ſubſtantiam, qualitates & vires, negabit unquam: nemo cordatus illud, quod exſtringi pro lubitu in aſſidentium faciem poteſt, & infanti nutriendo & educando ſufficit, parcum eſſe affirmabit. Sic Caſparus Bravo de Sobrem. *l. a. pag. 198.* ait: Licet naturali inſtituto lac fiat in prægnante, dum ſanguis ad mammas recurrit, ut lac generetur & tempore perficiatur, ut poſt partum valeat ſtatim fœtum alere, nec ſine fine & neceſſitate, niſi in gravidis illud ante partum præſtaret natura; poteſt tamen a præternaturali ordine everti ordo, & redundans ob alias cauſas ſanguis refluere in mammas. Andreas Laurentius

Hiſtor.

Hiſtor. anat. Lib. IX. Qu. 2. fol. 341. duplicem lactis differentiam facit demumque concludit, lac verum & exquiſite coctum ante conceptionem generari non poſſe; crudum vero & dilutiſſimum ex reliquiis alimenti proprii confectum, interdum poſſe. Quid jam olim de hoc graviditatis ſigno ſenſerit facultas medica Haſſnienſis, Andreas Ottomarus Gœlicke *Medicin. forenſ. Specim. IV. §. 6. p. 53.* adducit: quandoquidem experientia demonſtret; & multis variorum exemplis oſtenſum ſit, quod non in pueris tantum utriusque ſexus in mammillis poſſit lac album obſervari, ſed etiam in puellis, de quibus nulla dubitatio fuit, imo etiam in viris tam abundans, ut infantes eo lacte potuerint nutrire, & faciem eorum conſpergere, qui aſſidebant; Præterea & Hippocrates & alii medici antiqui ſatis probarint & explicarint, quomodo id fieri poſſit: Non poſſumus non perſpicere, qua ratione poſſit hoc ſignum pro indubitato cenſeri, quod femina vel prægnans ſit vel pepererit. De lacte in feminæ cujusdam, a conſanguineis falſo pro gravida habitæ, mammis propullulante obſervationem refert Georgius Dethardingius *M. N. C. Dec. III. A. 5 & 6. Append. p. 147.*

§. 21.

Sine lacte graviditas.

Sicuti autem lactis in virginum & viduarum mammis præſentia nihil certi de earundem prægnantia promittit, imprimis cum etiam in ipſis gravidis lac ordinarie non ſtatim prioribus ab imprægnatione menſibus, ſed poſtremo tempore demum appareat; in multis etiam mulieribus nec ultimis geſtationis temporibus lac inveniatur, nec niſi poſt tertium a partu diem, ante quod tempus, juxta Alberti Kyperi *Anthropolog. Lib. I. p. 490.* ſæpe nec infantem ad ſugendum apponunt, nec alii mammas ad ſugendum præbent, ita pariter ex lactis abſentia ſeu defectu, nec primis nec ultimis geſtationis menſibus, certum aliquod ſignum, quod nimirum talis femina utero non gerat, deſumi poterit; ſiquidem interdum etiam neque in gravidis, neque puerperis mammæ lacte repletæ, ſed vacuæ penitus deprehenduntur, & quidem vel ob materiæ chyloſæ in ſanguine penuriam, vel ob totius maſſæ, vel mam-

mammarum earumque glandularum atque porulorum vitium; plures enim uxores mihi notæ fuere, quibus neque tempore geſtationis, neque poſt partum ne guttula quidem lactis in mammis apparuit, neque ex illis exprimi potuit. De lactis defectu ex animi mœrore obſervationem recenſet Guilhelmus Fabricius Hildanus, *Obſerv. Chir. Cent. IV. Obſ. 27. p. 310.* de matrona Hildenſi, cui juvenculæ adhuc in primo puerperio, cum propter res adverſas in ſummam triſtitiam & mœrorem incidiſſet, mammæ ita exaruerunt, ut ne guttulam quidem exſugere poſſet infans. De muliere ſatis extenuata & graciles mammas habente, ex defectu lactis laborante, v. Petr. Foreſt. *Obſ. med. Lib. XVII. Obſ. 17. fol. m. 122.* Uxor Henrici Lewis, militis prætoriani, Hermentiæ van Boom vocabulo Belgico appellata, annos circiter triginta duos nata, & ceſſantibus menſtruis jam tertium imprægnata ad nonum usque menſem ſe experta eſt quoad omnia ingravidationis ſigna in eodem ſtatu, ac dum alias utero gereret, hoc uno excepto, quod toto illo tempore nihil lactis in mammis apparuerit &c. v. Abrah. Cyprian. *Epiſtol. de Fœt. tubar. p. 5 & p. 16.* Ante triginta circiter annos carpentarii aulici, uxor, poſtquam jam tres a ſe editos infantes ſuis mammis lactaſſet, quarta vice gravida omnia equidem imprægnationis ſigna in ſe obſervans ultimis geſtationis menſibus de graviditate ſua fere dubitaſſet, & quidem ex ea ratione, quia ex mammis ſuis ſenſim flaccoſcentibus, contra conſuetudinem, ne guttulam quidem lactis exprimere valebat; Et quamvis poſtmodum legitimo tempore dicta femina fœtum enixeretur, pariter tamen quoque poſt partum eundem lactis defectum experiebatur, neque fœtui, ut antea, lac præbere poterat. Quem lactis defectum dicta femina, poſtmodum ter adhuc gravida facta, tam ante quam poſt partum ſemper patiebatur, nec unquam amplius lac in mammis habebat. Aliud exemplum anno 1723. in cujusdam colonelli locumtenentis uxore, annum circiter trigeſimum octavum agente, obſervare mihi contigit. Poſtquam enim antea

Obſervatio.

alia obſervatio.

jam

jam ſeptem liberos enixa fuerat, a frequentibus maximisque terroribus, mœrore atque excandeſcentis, varia ſymptomata febrilia cum ſummis anxietatibus, frequentibus lipothymiis & menſium ſuppreſſione incurrebat; ex quibus ingravidationem ipſi prædicebam; quod ipſa vero primo tempore non ſolum negabat, ſed poſtmodum etiam, cum poſt dimidium ſolitæ graviditatis tempus, nec in utero motum infantis, neque etiam in mammis, antea ſemper admodum turgidis, lactis indicium ſentiret, ſed has potius indies ſenſim detumeſcere & exareſcere obſervaret, nihilque lactis ex ipſis exprimere valeret, minime credere volebat, imprimis cum poſterioribus menſibus, nocte quadam, audito prius ſonitu, ac ſi membrana in ipſius abdomine diſrumperetur, magna aquæ copia ex utero ipſius evacuaretur; qualis evacuatio poſt quatuor circiter hebdomadas, & quidem multo largior atque ad cantharos circiter quatuor vel quinque, ex improviſo & unico quaſi impetu iterum proruebat, unde tam ipſa gravida, quam obſtetrix atque adſtantes de vera ingravidatione dubitabat, cum præſertim etiam poſt tantam aquæ effuſionem in utero nullus fœtus motus ab ipſa femina ſentiri neque etiam a marito & obſtetrice tactu explorari poſſet. Licet etiam obſtetrix aliquot ante partum dies, digito in feminæ uterum immiſſo, ſe nullum infantem ejusve caput, ſed tantummodo aliquid molle, inſtar membranæ vel pulmonis cujusdam tangere ſerio affirmaret, paulo tamen poſt vivum ſequioris ſexus fœtum, cum ingente mola, magnisque congrumati ſanguinis fruſtis, enitebatur, quem partum ſecunda & tertia ſeptimana variæ membranæ minores & majores ſequebantur. Unde ſane, neque lactis præſentiam neque defectum certum graviditatis ſignum, indicare liquet.

§. 22.

Porro ad reliqua graviditatis ſigna ut progrediamur, neque etiam ex abdominis vel ipſius uteri intumeſcentia, certum prægnantiæ ſignum deſumi poteſt, quia talis abdominis intumeſcentia *Dubium contra abdominis intumeſcentiam.*

tia in ſtatu quoque feminarum morboſo, v. g. a menſium defectu vel ſuppreſſione, cachexia, Hydrope, a flatibus, ab induratione glandularum atque membranarum, vel alia ingravidatione falſa oriri poſſe confirmant autores Inquit enim Caſparus a Reies *Camp. Elyſ. Qu. 49. n. 19. p 614.* Ventris tumorem & menſium retentionem plures decipere, cum in hydropem flatuoſum ve alium tumorem ſæpe deſinant & aliquando in matricis aut alterius partis apoſtema. Poteſt etiam mulier juxta Zacch. Luſit. *de Prax. med. adm. L. 2. Obſ. 148. f. 79.* geſtare molam, ventum, aquam, pus, mucorem fœtidum, viſcoſam lentamque pituitam, & vi caloris in utero globi inſtar duratam, quæ omnia uterum elevaſſe, & poſtea excreta fuiſſe, citra ſperatum fœtum, auctorum lectione comperimus. Et ſecundum Caſp. Brav. de Sobrem. *l. a. p. 198.* hoc ſignum nihil convincit neceſſario: nam poteſt intumeſcentia ab aliis cauſis fieri: & ideo nec eſt ſignum nec accidens quarto modo proveniens a prægnantia &c. Poteſt enim hæc intumeſcentia fieri ex retentis menſtruis, ex morbo, ex hydrope, ex flatibus. Item Paulus Zacchias *Quæſt. med. leg. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. n. 17 & 18. fol. 87.* idem confirmat, quod ventris turgentia ex aliquo morbo, & præcipue ex menſtruorum retentione, ex hydrope, ex ventoſitate, facile provenire poſſit. Quamobrem merito a cæteris D.D. hoc ſignum reſpuitur, neque ex eo probari poſſe prægnantiam aſſerunt Neque dicat quis hanc ventris tumefactionem diverſo penitus modo fieri ab ea, quæ ex morbo cauſatur, & viſu etiam apparere diverſam, quia in prægnantia paulatim, & ordine quodam procedit venter indies creſcendo, in morbo vero vel affatim, vel nullo ſervato ordine; & in prægnantia quidem tumorem apparere non durum ut ex viſcerum ſcirrho, non mollem, ut in hydrope, ſed modice renitentem, neque expanſum & diffuſum, ut in aquoſo, vel ventoſo tumore, ſed leviter acuminatum. Nam hæ tam ſubtiles, immo potius tenues ſpeculationes, ac animadverſiones bene quidem in libris explanantur, in practico tamen actu omnino in auras, ob eorum tenuitatem, evaneſcunt; non ergo hæc aliquid certi

certi promittere poſſunt, nec illud operari valent, ut indubitato ſententiam noſtram de ea re proferre liceat. Quinimo in concluſione uteri tam ſimilis eſt hæc tumefactio ventris ei, quæ ex prægnantia provenit, ut Hippocrates ventrem non ſolum intumeſcere dixerit. Sed pro temporis ratione, ut in prægnantibus fieri ſolet, increſcere, quod ad ſeptimum vel octavum etiam menſem mulieres fallere conſuevit; inexpertæ enim, ut ipſe dicebat, ex hoc utero ſe gerere credunt. Juxta Andr. Ottom Gœlicke *Medic. forenſ Spec. IV. p. 51.* intumeſcentia & detumeſcentia abdominis hydropico laſciticis & tympaniticis & diuturna menſtruorum ſuppreſſione laborantibus communis eſt, & aliis quoque de cauſis, facta ſcilicet humorum hucusque retentorum evacuatione remittere ſolet. Inquit etiam Michael Alberti *Jurispr. med. cap. IV. §. 14. p. 89.* Succeſſiva ventris intumeſcentia omnino graviditatem comitari ſolet, licet illam aſtutiores feminæ ſæpe ſub laxioribus & amplioribus veſtimentis, præcipue *unter denen Reiff-Rœcken* celare queant, quæ tamen intumeſcentia iterum a morboſa ventris inflatione diſtinguenda eſt, ut interdum ipſæ feminæ, quæ ſibi perſuadent gravidas ſe eſſe, cum illo ſigno decipiantur; quare nonnulli doctores hoc ſignum propter ſuam æquivocationem reſpuere ſolent. Quodſi vero hæc intumeſcentia provide inquiratur, tunc omnino prægnantiæ teſtimonium perhibet: Specialiora vero hujus protuberantiæ ſigna ſunt 1) ut ſucceſſive increbeſcat, 2) quo eminentes deſint cauſæ morboſæ, 3) ut ab imo ad ſummum vergat & circa umbilicum ſe exſerat, 4) quo ſit æqualis, 5) ut lumbi una attollantur, 6) ut tumor ſit colore & denſitate naturalis a flatulentis & humidis expanſionibus liber & modice renitens, 7) ut ſit circa umbilicum leniter acuminatus, 8) ut nunquam remittat, ſed indies accreſcat, 9) ut aliis imprægnationis reſpondeat, 10) neque moleſtæ gravitatis ſenſum cauſetur. Secundum facultatis medicæ Halenſis reſponſum, *kan eine Frauens-Perſon, die noch niemahls gebohret hat, allein auf die Dicke des Leibes und Regung in dem-*

ſelben, daß ſie ſchwanger, nicht unfehlbarlich verſichert ſeyn, wenn ſie ihre Menſes darbey, ordentlich, beſtændig und genugſam hat. So ſie aber ſolche unbeſtændig und wenig, oder doch allein wenig hat, auch concubitus ſich bewuſt iſt, ſo kan zwar auch ſie oder iemand anders nicht unfehlbar verſichert ſeyn, iedoch ſehr wahrſcheinlich deſſen vermuthen ſeyn, und thut ſolchen falls nichts darzu, daß ſie auch niemahls gebohren, indem ſie desgleichen ſich leicht erkundigen kan. vid. Frid. Hoffmann. *Medicin. conſuli. Part. II. Caſ. 5. p. 39 ſeq.* De veræ & falſæ graviditatis ſigno a ventris intumeſcentia &c. deſumpto ita ſcribit Dionis *des Accouchem. Lib. II. c. 1. p. 125.* dans une bonne groſſeſſe le ventre de la femme ſe ſoutient, ſa groſſeur eſt éminente & ſe porte en devant; le nombril eſt elevé & fort en dehors; ſi l'on touche l'orifice interne de la matrice, on la trouvera humectée & d'une ſubſtance ſouple & mollaſſe ſans durete, & les mammelles ſ'empliſſent de lait, qui eſt un temoignage aſſuré de la bonne groſſeſſe. Dans la fauſſe groſſeſſe le ventre eſt egalement tendu de tous côtez; ſi la femme ſe couche ſur un côté, ſon ventre tombe une boulle peſante du meme coté; elle a ſon nombril enfoncé, & l'orifice interne de la matrice eſt dur & petit; il ne ſe porte point à ſes mammelles du veritable lait, ce n'eſt qu' une ſeroſité provenant de la ſuppreſſion de ſes menſtruës, & quoy qu' il ait pluſieurs mois qu' elle ſe croye groſſe, parce qu' elle n'eſt point reglée, elle ne ſent rien remuer. vid. etiam paulo infra *Cap. V. §. 3 ſeq.*

§. 13.

Contra motum fœtus. Non autem ſolummodo abdominis intumeſcentia, ſed ipſius quoque fœtus in abdomine vel utero perceptus motus incertum graviditatis ſignum exhibet, cum talis motus non ſemper a fœtu, ſed ab aliis quoq; cauſis & quidem vel in utero ipſo, v.g. a mola &c. vel in abdomine tantum exiſtentibus falſamq; conceptionem ſeu graviditatem cauſantibus dependeat; Quamvis etiam talis motus revera a fœtu oriatur, non tamen eodem geſtationis menſe vel tempore a gravida ſentitur. Unde etiam ſcribit Michael Ettmüllerus

lerus *Oper. Tom. II. fol. m. 1074.* Motus hic non ſemper ſucceſſive magis fit manifeſtus; ſunt enim mulieres; quæ motum percipiunt citius, & aliæ, quæ tardius: Sic quædam tertio menſe, quædam nono ſaltem menſe, fœtus motum demum percipiunt, & nihilominus tamen brevi poſt feliciter pariunt. Contingit hoc imprimis iis, quæ ſunt feroſiores & aquoſiores, in quibus copioſus chylus nutritivus transcolatur per uterum. In his ex abundantia talium aquarum uberiorum, ut vocant, ſeu liquorum, quibus fœtus includitur, quarum copia uterus ita impleri & diſtendi poteſt, ut mater motum fœtus non percipiat; imprimis ſi hic ipſe forſan ſimul debilior paulo fuerit; Tale exemplum in femina in paragrapho paulo antecedente de lacte, adducta obſervare mihi licuit, quippe quæ per totum geſtationis tempus ne minimumquidem fœtus motum ſenſiſſe ſancte affirmabat, ante partum autem magnam aquæ quantitatem excernebat. Secundum Mich. Albert. *Jurispr. med. cap. IV. §. 15. p. 90.* diſcernendus eſt embryonis motus a flatibus vel manifeſtis vel obſcuris, a ſpasmis, menſium vitia comitantibus, a motibus hyſtericis, nec non a commotionibus irregularibus uteri molam proſequentibus &c. Embryonis motum etiam a febre retardari docet Thomas Bartholinus *Hiſtor. anat. Cent. I. Hiſtor. 96. pag. m 136 ſeq.* Tardius; inquiens, movetur in utero fœtus, ſi uterum gerens prægnans febre corripiatur. Motum enim celerem vires utriusque promovent, in febre fractæ. In vicinia noſtra febricitabat gravida mulier, jam hebdomadæ ſeptem & viginti effluxerant flaccido ventre & ſine ullo concepti fœtus certo motu, ut ſenſim de graviditate cœperit dubitare. Exinde tamen obſcurus embryonis motus deprehenſus ad ſeptimam usque hebdomadam, qua tenerrimum in lucem edidit puerulum, anguſtæ manicæ includi aptum. Fœtus tamen vitali luce donatus & bene antea nutritus videbatur & motus tarditatem poſtea expeditiori compenſavit. In feminis etiam pinguibus accidit, ut motum fœtus minus vel tardius percipiant, uti refert idem Thomas Bartholinus *l. a. Cent. V. Hiſtor. 78. p. m. 155.* ſub-

inde, inquiens, fœtus, licet vivat & bene valeat, ante partus horam, non movetur, quod pinguiusculis feminis notavi accidisse. Idem Bartholinus etiam *Tract. de insolit. Partus viis Cap. 2. p. 16.* inquit, sibi Hafniæ notas fuisse gravidas, quæ ante imminentem partum nullum embryonis motum observarint, adeoque se uterum gerere ignorarint, priusquam utero exortis doloribus Lucinæ opem implorarent: Quantum autem autorum de signo, ex fœtus motu in utero desumendo sententiam attinet, scribit Paulus Zacchias *l. a. fol. 90. n. 36 seq.* Ultimum signum, cui plurimum tribuit Cagnolus, est, quando mulier sentit fœtum in utero moveri; ac bene quidem se res haberet, si mulier certa esset, motum illum a fœtu excitari, sed de hoc quomodo certa esse potest? Motus enim in utero aliquando ex humoribus, ex ventositate, ex mola excitari potest. Jure ergo Fortunatus Fidelis etiam hunc motum in utero factum, pro infallibili graviditatis signo respuit: neque enim certam habet significationem: unde inter alia, quæ ipsas prægnantes mulieres non modo, sed & obstetrices ac medicos decipere solent, hic motus est, teste Hippocrate *2. Præd.* At quæcunque, inquit, se concepisse existimant, neque conceperunt, & multis mensibus decipiuntur, quod menstrua non compareant, & venter turgescere ac moveri videatur &c. quod quidem in mola fit: Præterea absque eo, quod quicquam tales motus persentiat mulier, interdum gravida est, & plures indies cernuntur, quæ etiam septimum mensem prætergressæ adhuc se gravidas esse non didicerunt; imo & non postremis mensibus. Et licet sciam, non parum differre motum fœtus ab eo, quem excitat mola, vel ventositas; nam ventositatis motus neque continuus est, neque ordinatus, & mola non movetur ex se, sed ad motum mulieris, & in summa non minima intercedit differentia inter unum & alium motum, ut docet Fernelius, tamen ego experientiæ majorem fidem adhibeo, cum viderim doctissimos, ac primi nominis medicos atque chirurgos; & expertissimas obstetrices in ea re falli non se-

ſemel aut bis, & tamen cum principibus perſonis agebatur. Quod abeque dubio indubitatam fidem nobis facere debet, tale prægnantiæ ſignum eſſe, ut reliqua omnia, dubium ac fallax. Talem motum cum graviditate fruſtrata annotavit Georgius Hannæus in puella, nondum viginti annos nata, ſed Pamphili compreſſu gravida, jam ante biennium facta. Hæc circa feſtum Martini anno 1684. obſervavit in alvo ſuo volutari globoſum corpus, magnitudine pomi decumani. Quatuor ante Paſchatos feſtum 1685. quaſi in furias acta delirare cœpit cum tremore & ferali cordis coarctatione cum aliis ſymptomatibus. Interea pendet natura inexpectatum lunare tributum, novem ante Paſcha diebus, ipſa autem feria ſecunda factus eſt maximus aquarum (quales profundunt parturientes) æſtus; inſequentibus intenſiſſimis doloribus. Neque tamen ſua levata eſt ſarcina infelix iſta, ſed cœpit ab eo tempore liberius reſpirare. Tandem rediit quodam die curſus menſtruus, & proxima luce fudit novum laticem amnios, per novem dies continuos, ſed nullus ſive fœtus, ſive molæ, conſecutus eſt exitus. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 5. Obſ. 167. pag. 342 ſeq.* Cum femina quædam leproſa tumorem in ventre haberet, qui prægnationem oſtendere videretur, & accederet motus interior ventris talis, qualis in vera imprægnatione adeſſe ſolet, embryone in utero ſeſe primo movente, judicatum fuit, gravidam eſſe hanc; Tandem in demortuæ cadavere uterus ab aqua tumidus deprehendebatur. vid. Theoph. Bonet. *Sepulchret. Lib. III. Sect. 24. f. 1140.* Inquit etiam Nicolaus Venette *de la Generation de l' homme Part. III. cap. 3. p. 374.* le lait & le mouvement de l'enfant, qui ſemblent eſtre les marques les plus aſſurees de la groſſeſſe, ne le ſont pas plus, que les autres. Le mouvement, qu' elles ſentent dans le ventre, peut-eſtre excité par des vents ou par des humeurs: & les exemples des femmes, qui ſ' y ſont trompées, ne ſont pas rares, quelques ſavans medecins y ont meſme eſté ſurpris. vid: etiam Caſp. Brav. de Sobremont *l. a. p. 200.* item Thom. Bartholin. *de inſolit. Part.*

viis cap. 2. p. 14 seq. Guil. Harv. de Part. p. m. 506. Falsum graviditatis ex fœtus motu desumptum signum paulo infra cap. IV. §. 8. ex Harveo reperies, & §. 10. ex Heerii Obs. 14. aliud exemplum videbis.

§. 24.

non ex reliquis signis. Quoad denique reliqua graviditatis signa, quæ v.g. a pica, nausea seu fastidio, capitis dolore; vertigine caliginosa, flavedine oculorum, vario faciei colore, venarum tumore & nigredine, item a torminibus circa umbilicum, tumore crurum, pulsusque mutatione &c. desumi solent, non a sola ingravidatione, sed etiam a mensium suppressione, ventriculi vitio, cachexia, febribus &c. oriri possunt. Ex lipothymiis equidem & vomitu certum facti conceptus signum statuit Theodorus Craan *Dissert. de Homin. cap. 64. p. m. 722 seq.* quæ tamen etiam in plurimis affectibus occurrunt, ut adeo ex prædictis Paulus Zacchias *l. a. fol. 91 seq.* optime concludat, quod certa prægnantiæ cognitio ex nullis signis indubitato haberi possit, sed bene conjecturalis ac dubia; nullum enim signum tam proprium prægnantiæ habemus, quod ex aliqua alia præternaturali causa originem habere non possit, neque ullum tam certum ac tutum experimentum, ut illi indubitatam fidem præstare liceat. Hæc autem omnia universaliter sunt intelligenda, nam bene in casibus particularibus usu venit, ut certo certius prægnantia deprehendatur. Sed ex particularibus non possunt elici conclusiones universales: itaque universalia eorum plurima, quæ diximus, veritatem habent. Imo omnia adducta signa esse falsissima, testantur etiam observationes de ingravidatione falsa paulo post sequentes.

§. 25.

non ex simul junctis. Statuunt etiam nonnulli, quod horum quidem signorum singula per se sint absque dubio incerta ac fallacia simul tamen juncta possint plenam ac infallibilem prægnantiæ probationem facere, his tamen Paulus Zacchias *l. a. fol. 90. n. 42.* respondet, sciendum esse,

eſſe, omnia hæc ſimul juncta cum aliis quam plurimis ab aliis relatis ſignis poſſe ex morbo ac præternaturali cauſa originem habere; nam pone mihi mulierem, cui menſtrua ex alia cauſa, quam ex prægnantia aut ætate defecerint, huic profecto & ciborum poterunt eſſe faſtidia & proclivitas ad vomitum, & ventris tumefactio, & lac in mammillis, & maculæ in facie & motus excitatio in ventre & color totius corporis pallidus, & ſi quæ alia referri poſſunt pro ſignis prægnantiæ: omnia enim ac ſingula communia ſunt tam prægnantiæ, quam menſtruorum retentioni. Et Nicolaus Venette *l. a. p. 371 ſeq.* ita loquitur: Si la matrice eſt fermée, que les regles ſoient retenuës, que le ventre ſ' applatiſſe d' abord, & qu' il ſ' enfle dans la ſuite, que l' on ſ' apperçoive du lait, qui ſe forme dans les mammelles, & qu' enfin on ſente dans ſon flanc un mouvement, qui ne peut venir, que de l' agitation de l' enfant, qui eſt, ſi je puis parler ainſi, une partie des entrailles de ſa mere: tous ces ſignes dis-je joints enſembles paroiſſent d' aſſez fortes preuves pour nous perſuader, qu' une femme eſt groſſe. Mais, à dire le vray, il n'y a pas plus d' aſſurance à la croire groſſe, qu' à deviner, ſi elle à une pierre dans la veſſie lorsqu' on a quelques marques. Tant de ſignes qu' il vous plaira de la groſſeſſe d' une femme, ce ne ſont pourtant que des conjectures, qui nous peuvent quelques fois tromper, & que des moyens de confuſion pour un medecin, qui ſ' y aſſure avec trop de confiance. J' avouë que l' on eſt aſſuré de la pierre, quand on la touche avec la ſonde; & que l' on eſt auſſi perſuadé de la verité de la groſſeſſe, lorsque l' on touche de la main la teſte d' un enfant, qui eſt dans le pas. Et quanquam Andreas Ottomarus Gœlicke *Medicin. forenſ. Specim. IV.* §. *15. p. 60.* exiſtimet, quod ſi omnia enarrata indicia non ſeorſim ſed collective ſumantur, imprimis vero cum ſignis pathognomonicis conjungantur, non ſit dubitandum, quin de prægnantia mulieris medico conſtare poſſit: Tanto magis, ſi indicia quædam concurrant, ex ipſa oculari corporum inſpectione haurienda. Et §. *29. p. 73.* ſcribit

bit 1) falli, quotquot prægnantiam mulierum nullo unquam tempore per certa, infallibilia, pathognomonica ac vere demonſtrativa indicia cognoſci poſſe exiſtimant; atque adeo in meras tandem conjecturas atque probabilitates univerſum negotium reſolvunt. 2) cauſam incertitudinis prægnantiæ non latere in re ipſa, ſed tantummodo in incuria & inadvertentia mulierum; Alias enim ſequeretur, naturam femellas humanas præ illis brutorum in longe infeliciorem conditionem detruſiſſe, cum his imprægnationis tempus exactiſſime cognitum atque perſpectum ſit; Nam ex quo conceperunt, nullum amplius maſculum non tantum non admittunt, ſed & vi quadam a ſe depellunt. Sequeretur etiam, mulieres juvenculas noviter nuptas in dijudicanda prægnantia doctiores eſſe illis, quæ jam aliquoties peperere, cum rariſſime, gravidas ſeſe judicando, fallantur. Maxime tamen dubiam adhuc Gœlickianam hanc ſententiam reddit praxis quotidiana; licet enim ingravidationem citius & melius ipſis prægnantibus feminis, quam viris & medicis innoteſcere, ab illis etiam interdum ob varias rationes quocumque modo & aſtutia negari & occultari concedamus, ſæpiſſime tamen etiam tam noviter nuptæ, quam aliquot jamjam fœtus enixæ, præſertim primis graviditatis menſibus, ſtatus ſui ſunt incertiſſimæ, niſi forſitan aliquæ certum quoddam ſibique proprium prægnantiæ ſignum aliquoties jamjam obſervaverint; ut adeo etiam medici, quorum quandoque judicium de hujus vel illius feminæ ingravidatione a magiſtratu requiritur, ab aſtutis feminis facillime decipi queant. Et juxta verba Guilielmi Harvei *de Part. p. m. 506.* interdum certiſſima gravidationis ſigna non modo ignoras mulieres, ſed obſtetrices expertes, & peritos etiam medicos atque attentos fefellerunt. Quapropter, cum præter dolos muliebres varia ſint prægnationis falſa indicia, de partu inordinato ante ſeptimum menſem, aut poſt undecimum haud temere ſtatuendum eſt. De incerto ingravidationis ſigno vid. etiam Mich. Bernh. Valentin. *Pandect. med. leg. Part. I. Sect. 1. Caſ. 15. pag. 44 ſeq.* §. 16.

§. 26.

Dari autem quandoque certa ſigna, quibusdam individuis propria & peculiaria, ex quibus imprægnationem certo ſibi promittere poſſunt, teſtantur autores, quale certum & infallibile imprægnationis ſignum communicat Michael Erneſtus Ettmüllerus *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. I & II. Obſ. 45. p. 114.* Anna Maria, Pauli *Heerbecks*, calceis reſarciendis operam navantis, uxor, quoties-cunque concepit, & antequam alia ingravidationis ſigna compareant, ſanguinem ex bregmate ſiniſtro exſtillare percipit, qui fluxus licet ſat copioſus ſit, innoxie tamen eundem ad partus usque tempus fert, ubi ſponte ceſſat. Prægnantiæ ſignum infallibile in nobili quadam muliere obſervavit Dominicus Panarolus *Pentec. V. Obſ. 46. p. m. 173.* in hac ſcilicet muliere, quoties utero gerebat, ſtatim primis menſibus, vena tumens in femoris interna parte, prope genu apparebat, ex compreſſione forſitan venarum ab utero facta, ex qua ſimilis vena tumorem elevabatur. Paulus Zacchias, uti *Queſt. med. legal. Lib. I. Tit. 3. Qu. 2. n. 14. fol. 93.* refert, mulierem vidit, quæ, cum antequam utero gereret, vinum, ut aliæ facitant, amaret, prægnans facta ab eo ita alienata eſt, ut jam per multos annos ne odorem quidem illius perſentire valeat. Aliam novit, quæ omnia ſalita odio habebat, cum tamen in prægnantia non niſi ſalitis cibaretur. Diarrhœam ſingulis menſibus in gravida innoxie recurrentem annotavit Petr. Rommelius in mercatoris Ulmenſis uxore, quæ trium jam prolium mater, præ aliis feminis hoc peculiare habebat, quod gravida facta, ſtatim a primo conceptionis menſe usque ad ultimum geſtationis diem, ſingulis menſibus, diarrhœa & quidem diuturna ac vehementiori corriperetur, cum doloribus & torminibus ventris ſat gravidis atque moleſtis. Poſtea tamen menſtruam hanc diarrhœam ſemper & ſibi & fœtui innoxiam fuiſſe experta eſt, eamque jam pro indubitato graviditatis ſigno habebat, ſi nempe menſtruo ſpatio exacto loco catameniorum, alvi profluvium adveniret, quod deinde

Dantur ſigna propria certa.

Vena tumens.

Diarrhœa.

singulis mensibus stato tempore rediens septem vel octo subinde diebus continuis durare solebat, illamque singulis diebus vicies, ad minimum vero quatuordecies vel quindecies ad sellas patroclinias secedere ibidemque copiose alvum exonerare cogebat. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 5. Obs. 149. p. 304.* Mulieri cuidam tum sæpe somnus meridianus conceptionis signum erat, ut eodem nolenti obrepente de certa conceptione amplius nunquam dubitaret, juxta Viti Riedlin filii, *Obs. 98. p. 229* Sutoris Quedlinburgensis uxor sana & vegeta, ubi corpus a motu vel assumpto sudorifero calefiebat, in singulis sinistri lateris partibus a capite ad calcem usque sudorem profundebat largissimum; in dextro vero latere ne minima sudoris gutta nec mador unquam erumpebat, quod nunquam aliter contigit. Quoties vero hæc femina ex marito concipiebat, statim toto gestationis tempore sudor per corporis partes in utroque latere ordinarie prorumpebat. Exantlatis vero partus laboribus, eo ipso momento dextri lateris pori concidebant, ac firmissime iterum claudebantur, adeo ut ipsa sudorem totius corporis pro infallibili conceptionis indicio haberet, & quasi pro pathognomonico imprægnationis signo in se jam agnosceret, secundum observationem Jacobi Schmidii *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obs. 126. p. 287.* In femina quadam robustæ constitutionis gravida ptyalismum observavit Johannes Georgius Hoyerus. v. *M. N. C. Dec. III. An. 3. Obs. 50. p. 57.* Femina quædam præcipuæ conditionis, incipientibus singulis imprægnationibus, præter alia molestissima symptomata, conflictabatur crebris vomitionibus: quæ sequentibus & partui propioribus mensibus quotidie exasperabantur, adeo ut nonnunquam diei noctisque spatio ad quindecim vel viginti vices plus minus vomitionibus affligeretur, atque non sine maxima angustia, summo conatu, & suffocationis periculo, atque intolerabili stomachi sive superioris orificii ardore. Materia illarum vomitionum purpureo erat colore, subcrassa & copiosa, sic ut pelvim mediocrem vel etiam duas una vice repleret &c. Quæ vomi-

Somnus meridianus.

Sudor unius lateris.

Ptyalismus.

vomitiones dies noctesque continuabant, donec ipſa concepto fœtus onere liberabatur; tuncque omnia, confeſtim & quaſi in momento cederé conſueverint, ſecundum obſervationem Philippi Salmuthi *Obſ. med. Cent. II. Obſ. 54. p. 82 ſeq.* De nobiliſſima quadam femina, quæ quoties uterum gerebat, hanc autem ſingulis annis tumentem habebat, toties primis menſibus vel lienis obſtructione & dolore vel ophthalmia laborabat, cum ſternutatione ſingulis diebus repetente. vid. Thom. Bartholin. *Cent. VI. Hiſt 31. p. 254.* Herniam uterinam graviditatis tantum tempore manifeſtam tandemque lethalem in piſtoris cujusdam uxore annotavit chirurgus quidam Saulſelius, vide Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gallic. An. 3. Menſ. April. Obſ. 2. p. 52.* Nobilis quædam Baſilienſis, quoties uterum gerebat, in aſcitem incidebat, & paulo ante deſtinatum partus tempus abortiebat. Tandem cum illud quater quinquiesve factum fuiſſet, in abortu extinguebatur, teſte Felice Platero *Obſ. Lib. III. p. m. 638.* Mulieris gravidæ antipathiam cum anguillis annotavit Joſephus Lanzonus *M. N. C. Dec. II. An. 9. Obſ. 208. p. 379.* inquiens: eſt hic Ferrariæ uxor cujusdam civis, annorum triginta trium, quæ dum utero gerit, ſtatim antipathia cum anguillis laborare incipit, ita ut hoc ſolo ſigno ſe gravidam eſſe judicet. Tunc enim nec edere nec videre anguillas poteſt, ad earum ſolummodo præſentiam in vomitum incidens. Poſt partum autem hæc ceſſat antipathia, imo eisdem coctis, tandem delicato ferculo ipſa utitur. Idem etiam in juvencula primipara, cujusdam fabri uxore, ſe obſervaſſe ſcribit dictus autor *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 103. p. 171.* Et Joſephus Lanzonus *l. a. An. 10. Obſ. 89. p. 160.* alius uxoris Ferrarienſis meminit, quæ, quotiescumque gravida erat, ſontica paſſione afficiebatur bis in menſe, transacto autem nono menſe & partu finito, ab epilepſia liberabatur; ipſique pro ſigno infallibili novæ conceptionis ſpes erat epilepticus inſultus &c. De femina ſex liberorum matre, quæ quoties gravida erat, hoc ſibi proprium habebat, ut circa

antipathia cum anguillis.

epilepſia.

quartum vel quintum geſtationis menſem levi de cauſa, in planitie etiam prono lapſu in terram decidebat, alioquin nec epilepſiæ nec lipothymiæ obnoxia, v. Ehrenf. Hagendorn *Hiſtor. med. phyſ. Cent. II. Hiſt. 91. p. m. 269.* Honoratiſſima femina, quoties utero gerebat, hactenus ſex liberorum mater, hoc ſibi proprium habebat, ut circa quartum & quintum geſtationis menſem levi de cauſa, nihil tale cogitans, in planitie etiam, prono lapſu in terram decideret, alioquin nec epilepſiæ, nec lipothymiæ obnoxia; Quæ ipſa aliquando gravida in cubiculo ſua munia exercens ex improviſo in terram concidebat attonita quaſi, unde brachio alterutro in repoſitorium, quo aquæ deſtillatæ aſſervabantur quædam, incidens, ſua & mariti fortuna, vitrum aqua apoplectica plenum fregit, cujus odor fragantia ſua nares cum feriret, expergefacta quaſi ad ſe rediit, ut aſſurgens domeſticos vocare poſſet in adjutorium, referente Ehrenfrido Hagendorn *Hiſt. med. phyſ. Cent. II. Hiſt. 92. p. 269 ſeq.* Novit etiam Joannes Fernelius non paucas mulieres, quæ quoties uterum geſtabant, crebro epilepſia corruebant, expeditæ vero nunquam. v. Fernel, *Pathoſog. Lib. V. cap. 3. p. m. 72.* Sicuti pleriſque feminis ſanis menſium ſuppreſſio certiſſimum graviditatis ſignum eſſe ſolet, ita econtra aliæ quandoque obſervantur, quibus nunquam, niſi poſt conceptionem menſes fluunt, uti jam ſupra *ex M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 348. p. 555.* de molitoris uxore, quæ ex ſola menſium apparitione impregnationis certa erat, adduximus. Quemadmodum etiam noviter maritatæ plerumque poſt conceptionem de dentium dolore conqueri ſolent, ut etiam odontalgia a medicis inter ſigna conceptionis numeretur; ita econtra in uxore Johannis Ludovici Hannemanni, quæ dentium tortura, quando non gravida erat, plurimum laborabat, gravida facta, dolor hic evaneſcebat, neque prius redibat, quam quando pepererat. vid. Thom. Bartholin. *Act. Hafnienſ. Vol. III. Obſ. 1. p. 30.* Refert etiam Dominicus Panarolus *Pentec. III. Obſ. 9. p. 68.* ſe mulierem vidiſſe inter plurimas, quæ tantum conſilio & mente vale-

valebat, quantum in utero gerebat, tunc etenim cum prudentia & pudore maximo exemplar aliarum erat. Sed elapſo puerperio non multo poſt illecebroſior & laſcivior fomenta libidinum impudiciſſima mente quærebat, donec iterum utero gereret, quo facto mens & ratio ad ſuas ſedes regrediebantur. Mulieris, quæ ſemper melancholia uterina laboravit; ſimul vero atque concepit, etiam iſta melancholia ceſſavit, ex Amato Luſitano meminit Michael Ettmüllerus *Oper. Tom. II. fol. 1073.* Mulierem quandam continuis cephalalgiis vexatam ab iisdem extitiſſe immunem, ubi conceperit, ex Ballonio refert Michael Erneſtus Ettmüllerus *Ephemerid. I. a. Schol p. 116.*

§. 27.

Cum proinde, ſecundum hactenus adducta, graviditatis ſigna adeo ſint incerta atque fallacia, nihilominus tamen meretricio quæſtu viventes mulieres ſæpiſſime a medicis ſub menſium ſuppreſſorum prætextu remedia ſollicitent, quibus poſtea embryonem abigere tentant, cautus hac in tentatione ſit medicus, atque in ſuſpectis perſonis imprægnationis veritatem aſtutia quadam detegere ſtudeat, qualem modum per uromantiam & venæſectionem Johannes Petrus Albrecht *M. N. C. Dec. II. An. 8. Obſ. 165. p. 395 ſeq.* communicat. Quintus, inquiens, jam agitur annus, quo ruſticus cum filia viro ſatis apta meas ædes intrabat, obnixe petens, ut hujus urina examinata, idoneis medicamentis ipſius morbo ſubvenirem. Relicta filia in muſeum intromittens ſolum patrem, cum ex fallaciſſimo lotio, uti fieri ſolet, nihil certi determinare poſſem, inſtabam, ut ad nonnullas quæſtiones reſponderet, ſed irrito valde conatu. Ipſe namque me ex urina cuncta melius perſpecturum eſſe, quam ſuis verbis proferre poſſet, regerebat. Neſcio, quomodo factum, quod lotio ſatis naturali apparente forte fortuna de obſtructione menſium facerem mentionem; quo facto ille ſtatim, morbum me bene divinaſſe, aſſerebat: ſed cum ulterius, anne cum ſervo familiariter filia hactenus vixiſſet? quærerem,

Impregnatio aſtutia detecta.

rerem, ille me omnia ex lotio videre putans, ſummopere meam ex hoc divinandi peritiam admirabatur. Sed ego, heus amice! inquiebam, tua filia eſt gravida, neque alio morbo, quam quem ex concubitu cum ſervo contraxit, tenetur; utque ſcias, non gratis me de ea tale quid dicere, ipſius propriam confeſſionem tuis percipies auribus. Dato igitur campanula ſigno ipſam filiam adduci curabam, quam in præſentia patris ita alloquebar: quænam, amica, te cauſa movet celandi illud, quod medico data ipſi poteſtate inſpiciendi urinam, ignotum amplius eſſe nequit? Ad quæ verba ſæpius ingemiſcentis facies rubore ſuffundebatur inſigni, pulſusque, quem veritatis indagandæ cupidus ſtudio attingebam, talis ferme erat, qualis in Antiocho, cum amore uxoris Seleuci captus eſſet. Sed quænam, pergebam, hæc tua eſt audacia, qua parentes, imo ipſum medicum eludere conaris? O ſtulta, ſi me tuam prægnantiam complexusque venereos, quibus ſervo patris tui juncta es, latere voluiſſes, cur tuæ mihi conſpectum conceſſiſti urinæ, quæ talia me ignorare amplius non ſinit? Hiſce a me dictis, quanquam ita timidam obſtupefaceret pudor, ut vix cogitata proloqui poſſet; nihilominus, ſe neque cum ſervo, neque cum alio unquam rem habuiſſe, conſtanter negabat. Mihi tum forte ad manus erat capſula quædam luſui infantum inſerviens, in qua teſtudo artificialiter facta, ad quemvis levem impulſum caput pedesque tremulo motu concutiens, deliteſcebat. Arrepta hac occaſione acriter negandi ejus pertinaciam deteſtabar addens, ſi ſponteneam confeſſionem ulterius recuſaret, hujus animalculi ope veritatem facile detectum iri: Quod cum attonito vultu ſuis oculis ſubjiceret, neſcio quid mali inde ſibi ominans victas dabat manus, defloratamque a ſervo virginitatem ultro & propriis verbis confitebatur &c. Sic memini ante aliquot annos ancillam quandam chirurgum venæſectionis adminiſtrandæ gratia adiiſſe: Ille ſecta mediana ſanguinis quantitatem emittit. Tempore pomeridiano ancilla revertens ex chirurgo quærit, quid de ſanguine emiſſo ipſi videa-

videatur? Hic nescio qua suspicione commotus audacter eam utero gerere asserit multisque ejus impudentiam increpat verbis, dicens, si antea ejus impregnatio sibi fuisset nota, nunquam ad venæsectionem hoc in casu illicitam se manus adhibiturum fuisse: Quinimo ad majorem verbis fidem conciliandam petit, ut nulli hominum anicilla de venæsectione instituta quicquam aperiat, famæ alias se jacturam insignem pati posse, &c. Ad quæ verba illa statim effatur: Bone Deus! esne possibile, te tuique similes ex conspectu sanguinis impregnationem mulieris detegere posse? Verum est, cepit usuram corporis mei amicus: Tuum erit, ut erga nullum de hocce meo statu verba facias, qui suo tempore sufficienter in apricum veniet &c. Addo & hoc, pergit Albrechtus, me utplurimum, si ejusmodi suspectæ personæ sub prætextu obstructi mensium fluxus meum auxilium implorant, neque adeo certa prægnantiæ indicia sese offerunt, præscriptis initio aliquot confortantibus, talem vel similem loquendi formulam superaddere: En! amica, quanquam, quare tuis verbis fidem denegem, non habeam, necesse tamen judico, ut scias, ordinata medicamina, si ex vera præternaturali mensium suppressione labores, magno usui tibi futura esse; Si vero, de quo tamen dubitare me cogit pudicitiæ tuæ fama, cum viro accubasti, venereaque voluptate fruita es, te non ignorare velim, pharmaca alias salubertima veneni induere naturam satisque & jam a me consignata virium habere, ut in lethalitatis periculum te conjicere queant. Quibus verbis non raro id effeci, ut medicamentorum in pharmacopolio præparationem studio neglexerint, satis firmo indicio, eas non extra omnem lesæ virginitatis suspicionem positas esse.

CAPUT III.

De ſignis ſexus in utero.

§. 1.

An detur ſigna ſexus in utero?

NOn autem ſolummodo graviditatem ſed ipſius quoque fœtus, in gravidæ matris utero adhuc contenti, ſexum an ſcilicet mas vel femella fuerit, ex certis ſignis diſtinguere atque prædicere allaborant, utplurimum autem ejusmodi ſigna pro maribus a gravidæ latere dextro, pro femellis a ſiniſtro, vel ex aliis ſignis deſumere ſolent, uti ex quibusdam autoribus videbimus: Inquit ſcilicet Ludovicus Bonaciolus *de Fœt. format. cap. 4. p. m. 252 ſeq.* an mas an femina fuerit partus, exquiſite explorandum eſt. Quamobrem neminem lateat, marem ferenti dextri oculi celeritudinem vividumque colorem ineſſe. Cui etiamnum mamma dextra impendio major, pbdurior ejusque papilla ocyus, quam lævæ a colore evariat. Eidem lac præcox, quod ab ubere mulctum vitreo umboni injectum ſolique per horam expoſitum in orbiculum inſtar margaritæ fulgore micantis conglobatur; quod inſuper in ejusdem mulieris, a qua mulctra facta eſt, lotio fuſo partem imam recto viæ itinere petit, ſal illi adjectus neutiquam colliquatur. Quin & aſſidue, quæ marem gerunt, facilius exigunt, & coloratiores, dextra potiſſimum mala, ſunt minusque pallent. Nec minus profecto admiratione dignum eſt, mulierem itione perpetuo dextrum pedem præferre, ac exurgentem manui dextræ potius, quam lævæ inniti: Dexter pulſus eidem plenior. Contraria omnia in altero ſexu. Ariſtolochiæ pulviſculus ex melle confectus, lanaque obvolutus, per tempus vulvæ impoſitus, mari aut feminæ inchoatæ argumento eſſe poteſt. Nam ſi ſalivam edulcaverit, mas procul dubio conceptus eſt: ſin amarorem allectet, femella &c. Mulier prægnans ſi quidem marem geſtat bene colorata eſt; ſin vero feminam, male colorata, juxta Hippocr.

Sect.

Sect. V. Aphor. 42. Quem Aphorismum Johannes Heurnius *pag. 374.* ita reddit & explicat: Mulier gravida ſi quidem marem concepit, colore eſt vivido; ſin autem feminam, fœdo, hoc eſt, eſt coloratior cum mare, quam, cum femellam geſtat, eſſe ſolet. Cum femina non tam bono eſt colore, ac cum marem geſtat, & lentigine obſidetur facies. In mare autem ſæpe oculi dextri pupillam majorem ac nitidiorem eſſe, & dextras arterias turgidiores & commotiores, venas ſub lingua dextras tumidiores, ut etiam mammam dextram uterique dextras partes. Secundum Roder. a Caſtr. *de Natur. Mulier. Lib. III. cap. 7. p. m. 123 ſeq.* in ætate florentes feminæ utplurimum mares geſtant, novellæ aut ſeneſcentes femellas, propter dejectum in his vegetiorem calorem in illis, quæ inſuper maſculum geſtat, coloratior eſt, ac moderati vultus, læta, agilis, velox, & utero gerentium ſymptomatibus minus affligitur; quod adhuc minus certum eſt, quia ſunt robuſtæ mulieres, quæ melius ſe habent, dum femellam geſtant, quam aliæ delicatiores geſtantes mares, quare potius de muliere ad ſeipſam collata, non ad aliam, hæc veniunt intelligenda, nigricantes enim ac tumeſcentes in dextro inguine venæ marem portendunt; in ſiniſtro femellam. Ad hoc ſi mulier ſtans ambulare velit, ac primum dextrum pedem moveat, maris indicium eſt, item oculus ejus dexter lætus magis & velocioris motus, alvus rotunda & in dextra parte magis elata, mamma dextra tumidior, & ejus papilla coloratior, gravedo, pondus ac ſæpe motus ſentitur in latere dextro; nam mares plerumque in dextris, feminæ in ſiniſtris concipiuntur; qua etiam ratione e dextro teſte avulſum ſemen maſculinum magis, ex ſiniſtro femineum eſt; pulſus item dexter major, manumque dextram porrigit primum. E converſo autem quæ mulier feminam concepit, primus ſe ipſa colorata apparet, quoniam femina mare frigidior eſt &c.

§. 2.

De ſignis maſculinitatis & femineitatis ita loquitur Avicenna *Alii ante-*

Lib. III. Fen. 21. Tract. 2. cap. 13. fol. m. 393. prægnans habens masculinum, est melioris coloris, & pluris levitatis & agilitatis & mundioris faciei, & sanioris appetitus & quietiorum accidentium, & sentit gravedinem lateris dextri. Plurimum enim generatur masculus ex spermate expulso ad dextrum matricis: & non accidit illud, nisi aut propter desiderium illius lateris ad recipiendum, aut quoniam expulsio est ex testiculo dextro. Et quando movetur fœtus masculus, movetur ex latere dextro. Plurimum enim cum incipit mamilla augmentari, & alteratur color, fit in ea quæ habet masculum ex latere dextro, & proprie papilla dextra, & ad ipsam currit lac in primis, & provocatur in primis. Est & lac, quod mulgetur ex ubere ejus, grossum viscosum, non tenue aquosum, ita quod lac masculi distillatur super speculum, & consideratur ad ipsum in sole, & remanet, quasi ipsum sit frustrum argenti vivi, aut granum margaritæ, non currens neque protensum. Et augmentatur papilla in habente masculum in rubedine, non in nigredine vehementi. Et fiunt venæ papillarum ejus rubeæ, ad nigredinem declives. Et fit pulsus ejus dexter vehementius plenus & frequens. Et dixerunt quidam, quod quando movetur a statione, movet prius pedem dextrum, & est expertum. Et cum erigitur, sustentatur super manum dextram. Et est oculus ejus dexter levioris & velocioris motus. Et masculus movetur post tres menses, & femina post quatuor menses &c. Uxorem novit Johannes Nicol. Binningerus juxta *Observ. medic. Cent. II. Obs. 38. p. 167.* quæ primis graviditatis mensibus, prout masculum vel femellam utero gerebat, de insigni suræ dolore conquerebatur, qui grandiore facto fœtu evanescebat. Apud Thomam Bartholinum *Anatom. Lib. I. cap. 29. p. m. 278.* dividitur uterus in partem dextram & sinistram. In illa utplurimum masculi generantur, in hac femellæ. Et raro aliter evenire compertum est, testibus Hippocrate & Galeno. Signum, an mas vel femina in utero geratur, hoc habent venatores, si percussæ feræ in dextrum latus con-

concidant, marem conjiciunt, quia in dextro latere pondus gestatum latet, contrà, si feminæ. Mulierculas ferunt marem gestantes semper dextrum pedem in ingressu magis elevare, quam sinistrum. Inquit, sunt etiam obstetrices, si mater sine labore gesset, & florida sit, leviter incedat, nullam gravitatem sentiat notabilem, hoc signum esse nascituri masculi; v. Theod. Craan *de Hom. cap. 41. pag. 706.* ubi quærit, quid hæc omnia recensita aliud denotent, quam potentem fermentationem, vires constantes, corpusque sanum? potentia hæc masculum fœtum, debilitas vero femellam producit. Et David Grubnerus *Medicin. Ves. resist. p. 643.* in hunc Cranii locum annectit, quod, si papillæ sursum conversæ fuerint, masculum gestet, si deorsum, femellam. De diagnosi sexus in gravida sequentia scribit Rosinus Lentilius *Miscell. med. pract. p. 3.* Anno 1671. Dn. D. de Houst, Gallus, Practicus Heidelbergensis, nobis quibusdam medicinæ studiosis, ceu signum certissimum laudavit sequens: nempe considerentur areolæ mammillarum in gravidis; hæ enim si pallescunt, feminam uteri incolam, si rubescunt, & fusci sunt quasi colobris, masculum indigitant. Quis autem medicorum arbitretur omnes gravidarum mulierum papillas? Licet igitur experimenti nervum non videam, celare tamen lectorem curiosum nolui, si forte se mammillarum arbitrum gravidis obtrudere velit.

§. 3.

Quod paulo ante ex Thoma Bartholino de venatorum judicio adduximus, confirmat Philippus Salmuth *Observ. med. Cent. II. Obs. 25 p. 70.* sequenti observatione: Quærebat, inquiens, aliquando ex me serenissimus Elector, cum in venatione hinnulum prægnantem, cornu in fronte gerentem, globo trajecisset: qui fieret, dum icitur fera gravida, si gerat fœtum masculum, cadat in latus dextrum, si femellam, in sinistrum? id quod pro certo haberent venatores, ut etiam pretium deponerent, se nondum aperto cadavere asserturos, quidnam uterus geratur. Respondebam, hanc *item.*

mihi videri rationem, quod ſecundum Hippocratem mas in dextra, femella in ſiniſtra plerumque ſita ſit, unde alimentum ad illam potiſſimum quaſi feratur, ſicque fortior ea reddatur, quemadmodum ex oculo dextro vividiore, & mamma dextra pleniore, ſi mas geratur, ex Hippocrate & aliis appareat. Sicuti etiam obſervatum ſit, ſi marem gerat, dextrum pedem proponere mulierem ſolere; ſi feminam ſiniſtrum. Non itaque mirum, ſi fera icta parti fortiori innitatur, ſicque in eam cadat. Adſtabat vero nobilis quidam, qui hanc meam rationem ſequenti narratione comprobabat: Iter una feciſſe duos venatores per pratum, vel natura loci, vel ratione pluviæ magis irriguum: cumque præcederet illos virgo (ut putabatur) ruſtici cujusdam filia, alterum cum altero depoſuiſſe, gravidam illam eſſe & gerere maſculum; id & eventum comprobaſſe. Intra paucas enim ſeptimanas illam puellum enixam eſſe, comperiunt venatores: quorum alter alteri poſtmodum concredidit, ſed id ex dextri pedis, altius ſiniſtro ſemper preſſi, veſtigiis animadvertiſſe. Mas ne an femina uterogeratur, juxta J. Fernel. *Pathol. Lib. VI. c. 17. p. 206.* hinc conjiciendum: Mulier ſi marem gerit, probe colorata eſt & hilari vultu: ſi feminam, decolor ac triſtis. Mares parte uteri dextra magis continentur, feminæ magis ſiniſtra. Et quum mas eſt, dextra mamma amplior eſt ac tumentior, ejusque papilla nigreſcit firma & arrecta, citiusque lacte ſtillat. Prægnans e ſede progreſſura dextrum pedem primum promovet. Omnes tum venæ, tum arteriæ dextræ magis quam ſiniſtræ implentur, ac tument, præſertim ſub lingua: eſtq; pulſus in dextra quam ſiniſtra manu plenior, major ac validior. Quum vero femina geſtatur, ſiniſtra omnia firmiora & magis conſpicua ſunt, flaccidioresque ſunt mammarum papillæ. Quin etiam lac emulctum ſi aquæ inſtilletur, mox (quia tenue & dilutum eſt) divellitur: cohæret autem, ac diutius perſiſtit in ſummo, ſi maſculus eſt fœtus. Juxta Petri Foreſt. *Obſerv. med. Lib. XXVIII Obſ. 59. Schol. fol. m. 721.* in maris conceptu dextræ partis vaſa, venæ &

arte-

arteriæ magis intumeſcunt, præſertim quæ ſunt in lingua: ſicut in conceptu feminæ oppoſitum conſpicamur. Certiſſimum vero ac minime fallax maſculi fœtus indicium eſt, ſi prægnans dextræ manus pulſum validiorem, velociorem, majorem durioremque habuerit; ac feminæ, ſi talis ſiniſter fuerit. De femina marem gerente ita loquitur Joannes Varandæus *de Morb. mulier. Lib. II. cap. 2. Op. fol. m. 583.* exſurgens dextræ manui potius incumbit, pedem dextrum deambulatura primum promovet, oculum habet dextrum limpidiorem & vegetiorem: lac craſſius & magis compactum ex dextro ubere præcipue effluens &c. Alacrior eſt, citius motum embryonis in utero ſenriſcit, nec tot fatigatur ſymptomatis, ac ſi feminam geſtet, quæ omnia utplurimum vera, ſi non ſemper, reperiuntur. Mulierculæ noſtræ, pergit idem, pro certo habent, marem eſſe, quando ſtillæ ſanguinis vividi & bene rubentis frequenter ex nare potiſſimum dextra effluunt. Huc pertinent etiam verſus Ægidii in Valeſc. de Tarant. *Philon. pharmac. Lib. VI. cap. 16. App. p. 690.*

Conceptum maris inſinuat ſplendor faciei,
Membrorum levitas, ſpiſſi concretio lactis
Atque tumor ventris in dextra parte rotundus,
Femineum ſexum contraria ſigna demonſtrant.

Eadem ſigna approbat etiam Nicolaus Venette *de la Generat. de l' homme Part. 3. cap. III. pag. m. 369* inquiens: On ne ſe contente pas de decouvrir en general la groſſeſſe d' une femme par des ſignes: on veut encore ſavoir, ſi elle eſt groſſeſſe d'un garçon ou d' une fille. Il eſt vray, que les garçons nous donnent ſouvent des marques, que les filles ne nous donnent pas: car celle qui eſt enceinte d' un garçon, ſe porte ordinairement beaucoup mieux, & le ſent meſme plûtoſt, que ſi elle l'eſt d'une fille, qui dés les premieres actions de ſa vie commence à donner plus de peine à ſa mere, que ne fait un garçon pendant toute ſa vie. Si la mere ſur la fin de ſa groſ-

groſſeſſe tombe dans quelque fâcheuſe maladie ſans faire de fauſſes couches, c'eſt une forte conjecture, qu'elle porte en ſes flancs plûtoſt une fille, qu'un garçon, celuy-cy a ſes attaches plus ſeches, que celle là, il ne ſauroit reſiſter à des attaques ſi rudes. Mais encore un mâle rendra robuſtes toutes les parties droites de ſa mere, qui en voulant marcher, ſe ſervira plûtoſt du pied droit, & en voulant prendre quelque choſe, agira plûtoſt de la main droite que de la gauche. On remarquera encore dans ſon oeil, dans ſa mammelle & dans ſon pous du coſté droit beaucoup plus d'eclat, & beaucoup plus de changement & de force, que du gauche, & ſi l'on tire de ſes mammelles une goutte de lait, lors qu'il y en aura de perfectionné, on verra qu'elle ſe conſervera ronde ſur l'ongle, ſi elle porte un garçon, au lieu que ſi c'eſt une fille, le lait eſtant fort ſereux ne ſe ſoutiendra pas ſi bien. De his ſignis varia quoque adducit Fortunatus Fidelis *de Relation. Medic. Lib. III. Sect. 4 cap. 6.* de indiciis, quibus deprehendi poſſit, masne, an femina in utero geratur? *p. 424 ſeq.* vid. etiam David Herlic. *de Curat. gravid. & puerperar. cap. 4.* de notis ſexus concepti *p. 27 ſeqq.* Bern. Gordon. *Lil. Medicin. Practic. 7. cap. 15. p. 799.* Hieron. Capivacc. *de Lact. Lib. IV. cap. 5. p. 829 ſeq.*

§. 4.

Alii negant. Aliis tamen autoribus non immerito pleraque hactenus recenſitorum ſexus ſignorum pro incertis atque fallacibus judicantur, unde Joannes Varandæus *l. a.* inquit: de hiſce ſignis prudenter reſpondere debemus, omnibus rite penſitatis, & ex collatione cum aliis proprioque gravidæ temperamento, quia facile eſt in hiſce decipi propter varias cauſas, a quibus iſtiusmodi effectus pendere poſſunt. Et Georgius Fridericus Laurentius *Exercitat. in Hippocr. Aphor. Exerc. 23. p. 271 ſeqq.* monſtrat, Hippocratis Aphoriſmum 42. *Sect. 5.* (Mulier gravida, ſi marem gerit, bene colorata eſt, ſi feminam decolor) abſolute poſitum non eſſe abſolute verum; ideo contrariari obſervationi, limitatæ autoritati, autori,

tori, conjecturæ artificioſæ & medicæ, quo loco non modo contra colorem, ſed alia quoque ſexus ſigna, varias rationes atque autoritates affert, demumque Aphoriſmum abſolute verum ſic formaat: Mulier gravida, ſive marem, ſive feminam gerit, quandoque bene, quandoque male colorata eſt, pro ratione temperamentorum, cauſarum, ſignorum diſtinctivorum atque circumſtantiarum variantium. Idem Laurentius etiam *Exercit. 25. p. 283.* Hippocratis Aphoriſmum 48. *Sect. 5.* (Fœtus mares dextra uteri parte, feminæ ſiniſtra magis geſtantur) non abſolute verum judicat, dum uteri in dextram & ſiniſtram partem diviſio falſa eſt, ſed potius unica cavitas ſecundum fœtus molem expanſa deprehenditur; inſuper etiam feminæ gravidæ tam mares quam femellas modo in dextro, modo in ſiniſtro latere ſentiunt. Minime itaque, juxta Mich. Ernſti Ettmülleri verba, *Ephem. Acad. N. C. Cent. I & II. Obſ. 45. Sch. p. 115.* ſexum embryonis prædicere quidam, ut gloriantur, poterunt, Hippocratis effato *Sect. V. Aphor. 48.* decepti, ſiquidem hoc ipſum Thomas Bartholinus *Cent. V. Hiſt. 88.* propriæ & Braſſavoli uxoris exemplis refutat. Inquit autem Bartholinus *l. a. p. 168.* credunt plerique pro ſigno maris concepti perpetuo eſſe motum in dextris, cujus tamen ſigni fallaciam in uxore mea ſuaviſſima Eliſa Chriſtophoriana hactenus deprehendi. Uterum ſecundo geſtabat 165. & in dextro plerumque tumorem motumque embryonis ſentiebat, ſtupebatque crus dextrum, enixa tamen eſt filiam Margaretham, natu ſecundam. Quum reliquos filiolos Caſparum, Chriſtophorum & Thomam, & tertiam filiolam, Annam Margaretham ſubſequentibus annis ordine ſuo geſtaret, & in dextris & ſiniſtris tumor motusque ſe prodidit, ſed mamma dextra lacte prima turgebat. Braſſavoli autem uxor perpetuo mares, ſecundum ipſius verba, in ſiniſtra matrice, in dextra feminas concepit. Cognoſcitur autem hoc, tum ex motu, qui in dextro fit latere, tum ex fœtus globo, qui in eodem latere eſt. Imo gemellos parienti primo exibat puella, quæ cum exiverat, latus dextrum

exinanitum esse videbatur, deinde exeunte mare sinistrum latus exinanitum apparuit. vid. Laurent. *l. a. p. 285.* ubi addit, massam observasse in quadam prægnante, duos fœtus masculos gestante, unum in dextra, alterum vero in sinistra uteri parte. Item, ipsi Laurentio quondam serio retulit illustris quædam Comitissa, se tam mares, quam semellas fœtus in uteri dextro latere gestasse tantum. Andreas Libavius ad Sigismundum Schnitzerum sequentem observationem scribit: Fuit apud nos netrix quædam viginti quatuor annorum ætatis, quæ a quodam vitiata gemellos concepit, femellam, cujus situs in dextro latere, & masculum, cujus sub hypochondrio siniſtro. vid. Joann. Hornung. *Cist. med. Epist. 76. p. 208.* Et Michael Ernestus Ettmüllerus *l. a.* refert, se novisse feminam, quæ utriusque sexus liberos in lucem produxit, omnes tamen in dextra parte conceperat. Scribit etiam Fortunatus Fidelis *de Relat. medic. Lib. III. Sect. 4. cap. 6. p. 427 seq.* nescio, qui possit fœtus aliquanto magis in una parte uteri, quam in alia consistere, nec quomodo ad dextram magis aut ad siniſtram vergere: totum enim uteri spatium ipso æque completur. Omnia hæc signa meris conjecturis annumerat Scipio Mercurius *della Commare Lib. I. cap. 10. p. 74.* Il curioso, inquiens, in questo capitolo vorra anco sapere, se vi è modo di conoscere, che la donna habbia concetto maschio o femina: il che essendo di niuna importanza à sapere, e mera curiosità, e però il ricercarlo mi pareva souverchio di trattarne: Pure volendo sodisfare anco ai spensierati, gli dirò quello, che da altri auttori è stato scritto; ma però in modo, che tutto sia segno congetturale essallaciſſimo: perche in molte prattiche hò veduto il contrario &c.

§. 5.

alia observatio. Huc pertinet etiam observatio Franciſci Mauricean *Obs. 458. p. 268.* d'un homme, qui croyoit, que sçachant le temps de la conception d'un enfant l'on pouvoit predire, si c'estoit un garçon ou une fille, durant qu'il estoit encore au ventre de la mere. Le 10. Jan-

Janvier 1687. j' ay accouché une femme d'un garçon, mais il y avoit pour lors en la chambre de cette femme un homme de ſes amis, qui me dit un peu devant, qu'elle accouchaſt, qui ſçavoit bien certainement, que l'enfant, dont elle alloit accouchoit, eſtoit un garçon; parce qu'elle eſtoit devenuë groſſe durant le temps de la plene lune & qu'elle auroit infailliblement fait une fille, ſi elle euſt conceu dans le temps du decours de la lune, m'aſſurant, qu'il avoit fait cette remarque par un tres grand nombre d'experiences, qu'il avoit toûjours trouvées vrayes; & qu'il avoit appris ce ſecret d'un Prince deffunt, qui en avoit éprouvé luy-meſme la verité, dans tous les enfans, qu'il avoit eûs de ſa femme. Si l'evenement de cette preconnoiſſance eſtoit toûjours vray, & que ce ſecret fuſt connu d'un chacun, il eſtoit certain, que l'on verroit dans peu de temps le monde diminuer beaucoup en nombre: car la pluſparts des hommes deſirans, que leurs femmes faſſent plûtoſt des garçons, que des filles, il arriveroit, qu'y ayant un bien plus grand nombre des garçons que des filles, il n'y auroit pas à la fin un nombre de femmes aſſez ſuffiſant pour perpetuer le genre humain, qui ne ſ'entretient que par le nombre de deux differens ſexes à peu prés egal. C'eſt pourquoi je crois, que Dieu n'a pas voulu expreſſement reveler à perſonne, le veritable ſecret d'engendre plûtoſt des garçons, que des filles, & d'avoir la preconnoiſſance du ſexe de l'enfant, qui eſt dans le ventre de la mere: & ce qui me la confirme, eſt que j'ay ſouvent fait moy meſme des remarques toutes contraires à celles, que cet homme me dit, qu'il avoit faites, touchant la naiſſance des garçons & des filles, en pluſieurs femmes, que j'ay accouchées de ſix ſept, huit, & juſques à neuf enfans, qui eſtoient tous d'un meſme ſexe, quoique la pluſpart de ces enfans euſſent éſté conceus en differens temps de la lune; & en un grand nombre d'autres femmes, que j'ay accouchées d'enfans jumeaux, dont l'un eſtoit un garçon, & l'autre une fille, quoyqu'ils euſſent eſté conceus enſemble dans le meſme temps

de la lune, qui vrayſemblablement ne contribuë en rien à determiner le ſexe des enfans; Car autrement tous les enfans jumeaux ſeroiénc toûjours d'un meſme ſexe, & nous ne verrions pas journellement des experiences du contraire &c. Et Marguerite du Tentre dans l'inſtruction pour les ſage-femmes *p. 34 ſeq.* ad quæſtionem: quels ſont les ſignes que la femme eſt groſſe d'un garçon? ita reſpondet: L'on dit, què la femme a meillieure couleur, quand elle eſt groſſe d'un garçon, que d'une fille; que la mammelle droite eſt plus groſſe, & la partie droite du ventre plus groſſe, la prunelle de l'oeïl droit plus vive. Mais tous ces ſignes ſont équivoques, & l'on ſ'y peut tromper. vid. etiam Dionis *des Accouchemens Lib. II. cap. 2. p. 131 ſeq.*

§. 6.

Certa ſigna propria ſexus.

Sicuti autem paulo ante, circa graviditatis ſigna, aliquot exempla feminarum adduximus, quæ ex peculiaribus ſibique propriis indiciis prægnantiam ſuam præſciebant; ita etiam in quibusdam gravidis nonnulli autores certa aliisque prægnantibus non communia, embryonum, in utero adhuc latentium, ſexum indicantia ſigna annotarunt. Solum hæmorrhoidum fluxum indicaſſe maris geſtationem in nota ſibi muliere, refert Thomas Bartholinus *Anatom. Lib. I. cap. 29. pag. m. 278.* Novit etiam Johannes Nicolaus Binningerus, v. *Obſerv. med. Cent. II. Obſ. 38. p. 167.* uxorem, quæ primis graviditatis menſibus, prout maſculum vel femellam utero gerebat, de inſigni ſuræ dolore conquerebatur pedumque ſtupore, dextri quidem, ſi maſculus, ſiniſtri, ſi femella fuerit embryo. Poſſe quandoque præſcire mulieres quasdam, cujus ſexus fœtum geſtent, inquit Michael Erneſtus Ettmüllerus *l. a. p. 116.* edoctus hoc fui exemplo materteræ meæ, quæ octies jam peperit, prima vice filiam, ſecunda, tertia & quarta filios, quinta & ſexta filias, ſeptima filium, octava filiam; quoties igitur filias conceperat, nihil extraordinarii quoad uterum notaverat, eſt ſemper, quoties filios geſtabat, ultimis geſtationis menſibus, inſi-

inſignem uteri prolapſum paſſa eſt. Quemadmodum & aliam novit feminam, quæ quoties filium enitebatur, toties lactando lacte abundare ſolebat, dum vero filiam peperit, parciorem longe lactis proventum experiebatur. De ſingulari geſtationis femellarum in gravida ſigno ſequentem obſervationem refert Petrus Rommelius *M. N. C. Dec. III. An. 2. Obſ. 214. pag. 334.* Anna Maria Denglerin, Johannis Zelleri uxor, mulier mediocris ſtaturæ & habitus, poſt cœlibatum, ſpatio octodecim annorum, quindecim liberos, decem nempe filios & quinque filias ſatis feliciter peperit. Hoc tamen ſingulare habuit, quod intra dictum tempus octodecim annorum, quinquies ſaltem catameniorum fluxum viderit debitumque lunare alias dictum naturæ, more aliarum feminarum perſolverit, totiesque etiam poſt menſium fluxum conceperit, ſtatoque tempore ſubinde puellam enixa fuerit. Cæterum menſibus prorſus non fluentibus, a partu priori ad puerperium ſequens nempe, præter lochia, vix unum atque alterum diem, rariſſime ad tertium usque fluentia, ne guttam quidem ſanguinis, vel quod menſtruorum vices ſupplere potuiſſet, per muliebria profudit: unde rebus ita ſe habentibus, certum & infallibile ſignum pathognomonicum ſexus embryonis, ſive fœtus adhuc in utero latentis, ſubinde habuit, quod nunquam fefellit; ita ut ſemel menſtruata, de geſtatione femellæ, at vero nullis viſis cataméniis, de geſtatione pueri, in utero certiſſima eſſe & pronunciare potuerit.

CAPUT IV.

De ingravidatione falſa.

§. 1.

CUm ſupra *Cap. 2. §. 22.* de falſo graviditatis ſigno, ex ventris intumeſcentia deſumpto, falſæ quoque ingravidationis mentionem fecerim, merito aliquot ejusdem exempla hoc loco recenſere mihi incumbit. A variis autem cauſis talis ingravidatio ſive *a flatibus.*

abdominis intumeſcentia fieri ſolet, v. g. a flatu, vel ab aqua, vel a mola &c. quanquam etiam inflatio uteri nonnullis mola ventoſa vel flatuoſa appelletur, falſamque non raro conceptionis ſpem præbeat; uti docet Hippocrates *de Natur. Puer. Op. Sect. III. fol. m. 27.* cum uteri a ventre flatum ſuppeditante ſpiritu diſtenduntur & intumeſcunt, tunc mulieres ſe concepiſſe exiſtimant. Et ſi menſes minime prodeuntes in uteris collecti fuerint, longioremque moram fecerint, ſubinde alii eo confluunt, interdum quidem flatibus, qui a ventre procedunt, permixti, interdum vero incaleſcentes. Tunc quoque ſimile, non prodeuntibus menſibus, & in tumorem ſublatis uteris, mulieres utero ſibi geſtare videntur. Exemplum talismodi falſæ graviditatis, ex Valeſco de Taranta recenſet Daniel Sennertus *Pract. Lib. IV. Part. I. Sect. II. cap. 10. p. 59.* de quadam Judæa, quæ crediderit, ſe eſſe prægnantem, cui omnia præparata fuerunt, quæ ad partum ſunt neceſſaria. Dum vero matrix ab obſtetricibus tractaretur, magnam ventoſitatem ſine ullo aliquo liquore exiviſſe a matrice. De falſo gravida obſervationem refert Daniel Wincklerus *M. N. C. Dec. I. An. 6 & 7. Obſ. 45. p. 79.* Femina, inquiens, honeſta juvenis poſt diuturnam menſtruorum emanſionem iterum eadem ſentit, & quidem rubra; apparuerunt ſigna nonnulla, quæ primis menſibus in gravidis ſolent apparere. Putat ſe eſſe gravidam, quicquid dicatur contra de motu infantis. Ventre enim intumuerat & motum aliquem perceperat. Ita nonus menſis & dies expectabatur. Conſulebantur obſtetrices tam Bregenſes, quam Wratislavienſes, conſenſerunt omnes. Ego contrarium ſentiens, expectavi tempus partus. At cum tranſiit nonus, tranſiit decimus menſis, venter iterum ſua ſponte ſubſedit, ſpesque cum prole nulla fuit. Aſſatibus itaque gravidam hanc feminam aſſerere non dubito.

§. 2.

alia exempla. Textoris cujusdam uxor biennio geſtans uterum perſuadebat ſibi primum vivum meſſe utero fœtum; at legitimum partus tem-

tempus prætergrediens ſententiam mutavit. Variis conſiliis uſa, quid in utero latitaret, ex nullo tripode certum oraculum. Tandem biennio elapſo, cum dolore parturientium ſimili, ter cum maximo conatu flatum ex utero per pudendum excluſit, juxta Philippi Hœchſtetter. *Obſ. med. Dec. VI. Caſ. 4. p. m. 689.* Novit etiam Guilielmus Harveus matronam nobilem, quæ plus decies enixa fuerat, quamque menſtruorum ſuppreſſio circa prægnationem nunquam fefellerat. Poſtea autem alteri denupta, præter alia ſigna ſolita, ex motu quoque (quem ipſa ſororque ejus juxta cubans, ſæpe noctu ſentiebat) ſeſe gravidam judicabat; neque ab ea opinione ullis argumentis dimoveri poterat, donec tandem ſpes omnis in flatum & pinguedinem faceſſeret. vid. Harveus *de Part. p. m. 505.* Similem caſum annotavit Thomas Bartholinus *de inſolit. Part. viis cap. 20. p. 197.* in juvencula, quam ipſe ſub cura ſua habuit; hæc ſcilicet omnia ad partum, jamjam imminentem, ut putabat ipſa, pararat, omnis tamen ipſius ſpes in flatus evanuit. A quodam ruſtico ſene audivit Thaddæus Dunus, uxorem ipſius, cum toto biennio uterum tanquam prægnans geſtaſſet, tandem miro quodam ſonitu vel potius tonitru in ventre & pudendis facto magnam flatuum copiam peperiſſe, uti ex Duno allegat Daniel Sennertus *l. a.* quo loco ſequentem obſervationem annectit: Vivit in vicinia adhuc femina nobilis, quæ ante annos quatuor putabatur gravida, ut non ſolum omnia, quæ ad partum neceſſaria ſunt, appararentur, ſed & maritus jam feram caperet pro convivio, quod poſt baptiſmum cognatis & amicis exhiberi ſolet, inſtituendo. Sed præteriit non ſolum menſis decimus, ſed & decimus octavus, neque tamen peperit; ſed venter poſtea ſenſim ſubſedit, flatibus illis procul dubio ſenſim diſcuſſis: Figuli uxor juvencula Gruneberge ingravidationis perſuaſione laborabat, obſtetrixque loci, uti ſagax ſatis, cum omni feminarum choro idem affirmabat. Tempore partus legitimo adſtat obſtetrix, omnia apparantur, femina ad partum ſe accingit, exſibilans flatus per ute-

rum

rum, fluitque materia rubraquoſa cum fruſtis ſanguinis craſſioris & nigricantis, nullus autem fœtus, teſte Samuele Ledelio *M. N.C. Dec. II. An. 2. Obſ. 138. p. 306.* Falſam ingravidationem & flatuum loco fœtus excluſionem Islebiæ obſervavit Ambroſius Stegmannus, & quidem in paupercula quadam, quæ a primo ad ultimum usque geſtationis diem temere credidit de ingravidatione. Accedit itaque nonus menſis, recedit & adhuc ſemel, aſt de fœtus exitu altum ſilentium, crevit tamen interim venter a die in diem, majorem in molem, ut ruptionem etiam exinde metueret miſera. Poſt elapſos autem duos annos & tres menſes muliercula hæc a cereviſiario quodam, neſcio qua cauſa in terram projecta a mole & falſo ſuo partu, ex improviſo liberabatur. Cum enim ex lapſu poſterioribus ſuis nimium quantum conquateret terram, ex utero illius flatus quidam, bombardæ minoris ad inſtar ſonitum edens, erupit, ſecutisque flatibus aliis venter paulatim detumuit. *v. M.N.C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 33. p. 56.* Sic Periti D. de Montbriſon uxor pro prægnante diu a marito & aliis omnibus habita vento cum impetu emiſſo curata fuit; hydrope enim ventoſo matricis, qualis eſt in ventriculo tympanites, detinebatur, juxta Petr. Borell. *Hiſtor. med. Cent. II. Obſ. 26. p. 130 ſeq.*

§. 3.

Item. Porro Thomas Bartholinus *Act. Hafnienſ. Vol. II. Obſ. 3 p. 4.* aliam imprægnationem falſam refert: Biennium inquiens volvitur, ex quo ſe uterum gerere credidit mulier Hafnienſis ſtudioſo cuidam nupta. Sæpius quidem a marito compulſa, qui gravidam eſſe ſibi perſuadere non potuit, ut medicorum opera uteretur ad expurgandum onus ventris inutile, ſemper repugnavit mariti voluntati, rata tumidum ventrem læto partu aliquando exonerandum. Neque etiam medici conſulti conſentire in vota mariti auſi ſunt, cum ipſa ſerio fateretur, motum ſe nonnunquam prominentis ventris ſentire, aliaque ſigna enumeraret, quæ imprægnationem ſolent indicare. Itaque tempori committendum nego-

negocium, cum de nullo alio malo conquereretur, quam pondere abdominis diftenti, in quo ſibi ipſi prolis cupida applaudebat. Sic vitam inter ſpem & mariti querelas ſeu jurgia hucusque tranſegit, neutiquam interim dubitantibus medicis, falſam eſſe impregnationem a flatibus hypochondriacis excitatam, vel molam ſubeſſe. Illud eventus docuit & confirmavit. Cum marito enim ruri concedens cottidiano corporis exercitio in domeſticis negotiis occupata, ſenſim diſcuſſis motu flatibus, ad priſtinum ſtatum abdomen detumeſcens vidit redactum. Ibidem etiam *Vol. III. Obſ. 46. p. 80.* Olaus Borrichius ſequentem obſervationem refert: Anna Caſtania poſt ſuſceptam ex conjugio primo prolem numeroſam, ab obitu mariti iterum uxor gravida redditur, læto conjuge, ſed tandem, quod ultra geſtationis ſuetæ terminos extenderetur partus futuri anxio. Mittit etiam ad medicos, ut remoram amoveant; qui vero oſtendunt, videri tumorem mentiri potius infantem, quam afferre, temporique exitum commendant: Illa contra proprium infanti motum ſe jurat agnoſcere, & cætera omnia pati, quæ futuræ puerperæ ſolent. Inter hæc labitur biennium, maritus uxorem monſtrum viſceribus alere vociferatur, quod fuſtibus ſe minatur exacturum, & promiſſi tenax, quoties vinum liberalius hauſtum invitabat, non parca manu verbera ingerit. Illa interim perſiſtebat, gravidam ſe eſſe, calcitrantem experiri infantem, immo jam eousque excreviſſe, ut in partu exſpirandum ſibi omnino ſit. Tandem pondere inviſo fatigata poſt finem anni tertii, eandem Borrichius circa tempus D. Johanni ſacrum ad fontem Helenæ amandat, ubi hauſtis liberaliter aquis peperit non infantem quidem, ſed infinitos borborygmos, quibus per naturalia excluſis, ſana domum rediit. Obſervavit etiam Thomas Bartholinus *Hiſtor. anat. Cent. III. Hiſt. 21 p. 51.* in quibusdam feminis ſæpe ex flatibus commotum uterum impoſuiſſe mulieribus, quæ falſo ſibi perſuaſerant, ſe & uterum geſtare & embryonis motum percepiſſe. De mola ventoſa ſive de femina ter

ventum pariente ſequentia annotavit Zacutus Luſitanus *de Prax. med. admir. Lib. II. Obſ. 50. fol. m. 79.* nonimeſtris dolore partus vexata convocatis obſtetricibus pariendi tempus expectat. At cum vehementi nixu cogitur expellere fœtum, bombum & ſtrepitum multum magna cum violentia per uterum elidit, ac ſi tonitruum exaudiretur. Aliquantiſper ſubſidente ventre, immanis dolor iterum eam apprehendit, vacuatoque per uterum flatu leniſus conquievit. Tertio lumborum dolore diro poſt tres dies afflicta, cohibita reſpiratione ad vacuandum flatus ſumma vi enititur, quos fotibus aliisque carminantibus adjuta expellit. Et *Obſ. 51. fol. 80.* Baronis cujusdam uxor, cum utero geſtare opinaretur, in octavo menſe miro ſonitu exaudito, flatum pro expectato infante excrevit. Acciti medici ad diſcutiendos flatus mira conſulunt auxilia. His celebratis monent, ut habitet cum viro; hæc poſt menſem gravida putabatur, ſed & procedente tempore creſcente ventris tumore gravidationis increvit ſuſpicio, ſed octavo menſe, loco fœtus, ſonorum flatum dimidii quadrantis ſpatio per uterum excluſit.

§. 4.

Ingravidatio falſa ab aqua.

Circa molam aquoſam, ſive uteri ab aqua expanſionem notandum, interdum in cavitate uteri, occluſo ejusdem orificio, tantam aquæ quantitatem colligi, ut ex ipſius intumeſcentia indeque inductis ſymptomatibus ingravidatio quaſi indicetur; interdum etiam talem uteri & abdominis expanſionem a multis in uteri cavitate incluſis hydatidibus oriri. Talem aquæ in utero collectionem vidit Rembertus Dodonæus *Obſ. medic. cap. 49. p. m. 120.* in vidua quadam, quæ defuncto marito, cum ſe gravidam relictam exiſtimaret, novem menſibus adimpletis, ſupervenientibus partus doloribus, non niſi aquoſos humores enixa eſt; a quibus liberata, lacte ubera repleta haud aliter, quam ſi fœtum peperiſſet. Femina quædam leproſa tumorem in ventre habebat, qui prægnationem oſtendere videbatur, cui accedebat motus interior ven-

ventris talis, qualis in vera imprægnatione adesse solet, embryone in utero sese primo movente, unde judicatum fuit, gravidam esse hanc. Tandem vero, cum tempus partus præteriret, neque venter ab adhibitis remediis detumesceret, hæc femina diem suum obiit. In hujus demortuæ cadavere uterus aqua plenus vehementer intumuit: quo dissecto aqua citrina & putrida copiose effluxit, uti ex Jacobi Oethæi observationibus recenset Theophilus Bonetus *Sepulchret. Lib. III. Sect. 21. Obs. 55. fol. 1140.* De muliere, quæ, dum aqua inter cutem adeo laboraret, ut nulla de salute supereſſet spes, de eminente quodam loco ad terram devolvitur, & utero ad lapidem elisо dissecto, ita prorsus omnis effusus est humor, ut, quæ puerum octimestrem gestare videbatur, enixam crederes. vid. Anton. Beniven. *Obs. med. cap. 109. pag. 285.* Mulier Cauuensis pro prægnante habita fuit, quod molem circa ventrem ejus adstantes motu quodam præditum perciperent; tamen aquis ad libras duas eductis tumor ille discessit. v. Petr. Borell. *Hist. med. Cent. II. Obs. 26. p. 130.* Femina quædam in Angliæ provincia Schroophshire, quæ per viginti annos gravida credita fuit, ventre dissecto, specie hydropis, quæ ascites dicitur, laborasse comperta est, uti ex Transactionibus Philos. Anglicanis refert Conradus Philipp. Hoffmannus *de Puerper. tempor. § 18. p. 42.* Nobilissima quædam matrona quadraginta octoannorum concepisse sibi imaginata est, fere namque per integrum annum venter intumescere cœpit cum motu sensibili medio gestationis tempore percepto, & sexto mense aquæ copiosius utero exstillarunt. Absoluto stato pariendi tempore dolores partus insurgebant, quasi infans ad exitum promoveretur, signa omnia instantis partus aderant, mammæ turgebant, liquores iterum copiosi utero secreti sunt: Obstetrix cum adstantibus pusionem expectabant, at eventu lugubri, nihil enim præter aquas secretum fuit, juxta observationem Johannis de Muralto *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obs. 95, Schol. pag. 235.* Virgo tenuioris fortunæ sine marito gravida credebatur,

quia ipſius regio hypogaſtrica quotidiè magis magisque (absque tamen unico hydropis præſentis prodromo) intumeſcere videbatur, per cujus tamen genitalia poſt fortuitum in tumidum ventrem lapſum copioſa aqua, ad quintum usque a caſu diem, effluebat, ſicque dicta virgo cum omnium admiratione funditus ſanari cœpit, ſecundum relationem Johannis Georgii Joſephi Schwalleri, v. *M. N. C. Dec. III. An. 5 & 6. Obſ. 57. p. 114 ſeq.* Anno 1621. nobilis matrona duos & triginta annos nata, cui menſes ſuppreſſi, rugitus ac flatus ventris perſenſit cum febre lenta & erratica. Quum poſt aliquot menſes videretur partui vicina, excreto humore, copia ea, quam tres vel quatuor capiebant pelves, venter detumuit, juxta verba Joannis Rhodii *Obſ. med. Cent. III. Obſ. 55. p. 148.* Molæ aquoſæ exemplum refert Zacutus Luſitanus *de Prax. med. admir. Lib. II. Obſ. 152. fol. 80.* De femina quadam bene colorata, quæ tumorem uteri magnum paſſa eſt, cumque menſtrua ſeptem menſibus eſſent reſtricta, prægnantem ſe eſſe putabat, donec ad undecimum perveniens de conceptu deſperaret. Sumpto autem quodam vegetabilium decocto copioſa aquæ citrinæ quantitas pondo librarum octo per uterum eſt vacuata. Subſidente aliqualiter ventre auxilium idem iterum in majori quantitate ebibit, doſi nempe quatuor unciarum. Sed quo eventu audi! nam viginti diebus per uterum, velut per perennem fontem, tanta aquæ, ſero lactis ſimillimæ, copia emanavit, ut judicio ſuo quotidie quinque aut ſex libræ profluerent ſine dolore, ſicque detumeſcente ventre refectis viribus ad ſe rediit. Bina molæ aquoſæ exempla annotavit etiam Guilhelmus Fabricius, Hildanus, *Obſ. chir. Cent. II. Obſ. 53. fol. 127.* Anno nimirum 1604. honeſta quædam matrona Bernenſis, ad quinti menſis finem gravida & parturientium doloribus correpta ultra decem libras aquæ, tenaciſſima membrana incluſæ, non ſine conatu & dolore maximo, una cum membrana enixa eſt, fœtum autem ad maturitatem usque geſtavit. Alterum exemplum molæ aquoſæ obſervavit in pia matrona,

quæ

quæ cum per menſes aliquot ſe gravidam exiſtimaret, factum eſt, ut dum noctu cum marito rem haberet, impetu quodam copioſe ex utero prorupta ſit aqua utcunque viſcida. Venter mox ſubſidit, convalnitque Dei beneficio. Plura exempla reperies in Muliebribus.

§. 5.

Quoad hydatidum, a mulieribus vel virginibus, pro gravidis falſo habitis, rejectarum exempla, meminit Johannes de Muralto *loco proxime alleg. p. 236 ſeq.* feminæ, quæ antea adhuc virgo inordinatos & ſæpe ſuppreſſos menſes habuerat, poſteaque maritata ſepties mater facta ſemel abortum tredecim ſeptimanarum paſſa fuerat. Huic, cum ſe per ſeptimanas tredecim jam gravidam putaſſet, menſtrua fluere coeperunt & quidem adeo ut aliquot ſeptimanas ne per horulam extra lectum perdurare potuerit. Tandem poſt varia ſymptomata decem ſibi cohærentes veſiculas aquæas acinorum uvarum mediocrium magnitudine, brevique poſt ingentem numerum harum veſicularum, denſe ſibi conjunctarum cum hepate uterino excluſit. Mulier quædam, cui venter intumeſcebat & menſes retinebantur, conſtantiſſime contendebat, ſe in utero geſtare fœtum vivum, quem moveri dicebat, at vero remediis adhibitis ſexto menſe ab utero excrevit ſupra ſeptuaginta veſicas membranoſas ac membranis hærentes, aqua pallida plenas, caſtaneæ quantitatis: Septem vero fruſta membranis involuta, coloris carnis lienis, quorum quædam mediocratem lienis humani æquabant, quædam paulo minora, aqua vero multa erumpebat & tota moles libras Romanas duodecim appendebat, referente Chriſtophoro a Vega *de Arte medend. Lib. III. Sect. 10. cap. 13. fol. m. 399.* Talia exempla annotavit etiam Franciſcus Valleriola *Obſ. med. Lib. I. Obſ. 10. p. m. 103* & quidem in civis Arelatenſis filia, viro nupta, florenti ætate & optimo corporis habitu prædita, quæ ob ſuppreſſos menſes, nauſeam, vomitum, anorexiam & alia graviditatis ſigna, uterum geſtare ſe exiſtimabat, poſt ſex vero aut octo geſta-

ab hydatidibus.

tionis menſes, magnis obortis doloribus, ingentem peperit membranaceum globum, totum aquoſis bullis, inſtar ovorum piſcium refertum. Erant autem bullæ rotundæ, pellucidæ, dilutæ ſaniei plenæ, atque per omnem membranam, quæ integebantur, diſſeminatæ, tanta quidem copia atque numero, ut comprehendi poſſe nullo pacto viderentur; diſſectis ſtylo bullis aquoſa & diluta ſanies fœtens emanabat, ad citrinum colorem inclinans. Idem etiam in obſtetricis filia annotavit. Obſtetricem inter partus monſtruoſos vidiſſe enixum quendam veluti globum membranoſum flatuoſo quodam ſpiritu turgentem & diſtinctum diſtentumque veſiculis quibusdam aqueo humore, puri non abſimili ſcatentibus & plenis, & alias pellucentem; refert Carolus Piſo *de Morb. a Colluv. ſeroſi Lib. IV. cap. 5. p. 449 ſeq.* De femina, quæ ſecundo vel tertio ſuæ gravidationis menſe veſiculam quandam aqua plenam per muliebria abſque placenta excrevit, ſubſequente maximo lochiorum fluxu per ſex ſeptemve menſes durante, cujus etiam venter, ceſſante lochiorum fluxu ſenſim magis magisque intumuit, v. Regner. de Graaf *de Mulier. Organ. cap. 8 p. 250.* Uxor Philippi Borealis, afflicta aliquandiu menſtruis inordinatis peperit tandem neſcio quam pinguem maſſam, continentem in ſe innumeras veſiculas refertas partim aqua croceas, partim ſolo ſpiritu. Excernebatur autem non confertim, ſed fruſtulatim. Sed partes hæ fuere tam frequentes, ut repleverint ferme integram ejuscemodi ſitulam, qua aquam hauriunt mulieres noſtrates, inquit Nicolaus Tulpius *Obſerv. Lib. III. cap. 32 p. 247.* Et Cornelius Stalpartius van der Wiel *Obſervat. Cent. prior. Obſ. 70. p. 301 ſeq.* pſeudopartum hydatidum recenſet, ſcilicet cujusdam civis Hagienſis uxor ſex & quadraginta circiter annos habens, poſtquam jam novem menſes fuiſſet impregnata, multo affici cœpit dolore, quare & obſtetricem ad ſe arceſſi juſſit. Hæc autem cum ipſi inter eos labores jam totum triduum auxilium tuliſſet, nec quidquam appareret, vocata fuit Eliſabeth Thombay itidem obſtetri-

cis

cis fungeris munere, quæ post exactiorem examinationem nullum fœtum, sed aliquod quid, quod præsentibus se illico ostensurum sperabat, adesse affirmavit. Postea puerperam aggreditur ejusque e corpore magnam hydatidum copiam eduxit, racemorum more sibi invicem adhærentium, membranis extrinsecus tenuioribus quam queis vestiuntur fœtus, ambientibus, quales ibidem dictus auctor depictas exhibet. Quanquam autem dicta mulier nullum ederet fœtum, puerperarum tamen more lochiorum fluxum passa est.

§. 6.

Nobilis mulier Cesenatensis temperamenti calidi & sicci, habitus gracilis ac ab ineunte ætate fere semper sanitatis lubricæ, anno ætatis suæ trigesimo viro nupta puellam peperit, quæ paulo post obiit. Sequenti anno rursus sibi concepisse visa est: Suppressa enim erant menstrua, a vino abhorrebat, animi deliquia patiebatur, venter tumebat. A quinto conceptionis mense larga ab utero hæmorrhagia secuta est, quæ qualibet hebdomada modo major, modo minor patientem excruciabat. Septimo mense post uberrimum sanguinis fluxum ac repetitos animi defectus, incredibilem vesicularum acervum peperit, suis filamentis ac canaliculis connexarum, quæ libras quatuor ponderabant. Ovario gallinarum persimiles erant, aliæ granum ciceris æquantes, aliæ viciæ, fabæ aliæ, quarum aliæ rotundæ, majores vero ovalis erant figuræ, omnesque lympha quadam viscidula turgidæ. Coctis densabatur quidem liquor & aliquantulum albescebat, sed non indurabatur, ut ovorum albumen, qui liquor lente observatus reticularem plexum, cum microscopio vero ad radios solares expositus ramusculorum ad invicem implicatorum massulam fere argenteam aureis bracteolis intertextam repræsentabat. Interea uterino sanguine per quindecim dies adhuc fluente mulier ad pristinam sanitatem restituta est. Quam observationem ex literis Franciſci Veretti communicat Antonius Vallisnerius *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. IX & X. Obſ.* 73.

Plura exempla.

73. p. 164 seq. Ibidem etiam *Obs. 85. p. 191 seq.* Johannes David Wogau alium stupendum hydatidum partum recenset: Christophori Ubleri, pellionis Memmingensis, conjux, unius & triginta annorum, temperamenti sanguineo-phlegmatici, & quinque liberorum mater, vegeta tamen & sana, advertit subsistere menstruum fluxum & exhinc mammas & abdomen sensim intumescere, ita ut se utero gestare existimaret. Tertio exacto mense siti vexabatur immodica, pedes circa talum intumescebant, cum hæmorrhagia uteri & lassitudine totius corporis, demumque de gravissimis ad partum doloribus vehementer conqueritur: atque obstetrix uteri constitutionem explorans, hiare uteri cervicem, & omnia ad partum disposita inveniri, serio affirmat, pauloque post miraculosus vesicularum fœtus in lucem excluditur: Proveniebat siquidem ex arvo muliebri in conspectum carneæ substantiæ, instar placentæ uterinæ, quædam portio, libram circiter pondere unam adæquans, cui adnata erat fibroso-musculosa, mucilagine quadam illinita, membrana, in qua confuso satis ordine vesiculæ & pustulæ innumeræ, peculiari radice unaquæque prædictæ membranæ insertæ conspiciebantur, cum subsequente fluxu & gravi deliquio. Elapsa post semihora rursus ejusmodi carnosa substantia cum superstrata membrana, hydatidibus innumeris referta, protruditur, ita, ut spatio duarum horarum quinque hujuscemodi partes, aliquot centenis hydatidibus scatentes, quinque quoque partitis vicibus, multo naturæ conamine, mulier hæc pepererit. Ex hisce vesiculis, cum acu aperirentur, effluebat putrida & citrini coloris aqua, quæ gustu erat gelatinosa, subdulci quidem & amariusculo principio prædita; dispares etiam erant magnitudine, nucem enim juglandem aliquæ, pleræque vero pisi formam referebant. Item Franciscus Mauriceau *dans les Observat. sur la Grossesse Obs. 377. p. 221.* exemplum adducit feminæ, qui croyant estre grosse de six mois, ne vuida de la matrice, qu'une espece de mole plus grosse que les deux poings, composée de plus que mille vesicules de differente

ronte grosseur, pleines d' eau claire, les quelles tenoient toutes les unes aus autres par des petits filamens; de differente grosseur, les plu petites estant comme des grains de chenevy & des pois; d' autre estant de la grosseur d' une avelline, & beaucoup d' autre de moyenne grosseur.

§. 7.

A mola non solum uxoribus, sed etiam viduis atque virginibus abdomen adeo intumescit, ut falso graviditatis suspicionem incurrant, siquidem juxta Theodori Kerckring *Spicil. anat. Obs. 91. p. m. 157.* si qua ventre non nihil intumescat virguncula, continuo in partem deteriorem cadit suspicio; si qua vidua tantillum dilatandatur, vix pudori suo potest consulere apud homines. Habeo tamen, pergit allegatus autor, quo hasce defendam, historiolam; illæ sibi, quantum quidem hinc licet, capiant patrocinium. Vidua quædam nomen suum & famam, honeste vivendi egregie tuita hactenus, posthumum ediderat: post partum diu adversa valetudine usa, tandem visa tumidiore pondus aliquod circumferre ventre; hinc conversi in eam oculi, & auditæ voces: hem hæc illa est ægritudo, hic morbus viduæ: & vero tumor adeo increvit, ut etiam prudentibus & amicis ejus admirantibus nescio quid vel pudoris incuteret, vel doloris afferret; quæ augebantur omnia, cum ingruentibus quasi parturientis doloribus, obstetrix accersitur; illa, sibi optime conscia, puerum proditurum negat, esse tamen quod se non secus ac puer, qui in lucem moliretur, iter premeret. Tandem post varia uteri luctamina prodit massa quædam informis, sive illa fuerit reliquum ex secundinis quippiam. Illa certe ejecto onere optime valuit, & quod nihil sequeretur eorum, quæ partum aut abortum solent comitari, famam apud suos integram retinuit. Civis cujusdam Arnstadiensis uxor annorum viginti quatuor, gravida visa stupendæ magnitudinis ventrem præ se ferebat, ultra menses novem; sed partus loco bursa se ostentabat hydropica, quæ tantam indies crescebat in molem, ut ruptu- *a mola.*

ram abdominis ſæpe metueret ægrota. Sanitatis deſiderium bonæ inſidebat feminæ: cum vero nihil opis ſupereſſet, exſiccata tandem & arida illa ſuperne exhalabat imo ſub pondere vitam. In exenteratione, adacta novacula, ex abdomine trium ulnarum in ambitu, aquæ flaveſcentis menſuræ triginta ſex in vas profilierunt, neglecta ea, quæ manavit in terram. Peritonæo papyraceo interne ad latus ſiniſtrum adnatæ erant hydatides quatuor, gallinaceorum ovorum magnitudine, totidemque tubercula ſebacea magnitudine gallarum. Inteſtina flatibus & excrementis aquoſis ſcatebant. Uterus immenſum extenſus erat, & lateri dextro firmiſſime adhærebat mola carnoſa ovata, libras novem civilis, ponderis pendens, cum aliis quinque minoribus ovarum magnitudine, & hydatyde veſicam æquans mediocrem ſuillam, &c. uti refert Jacobus Auguſtus Hünerwolffius *M. N. C. Dec. II. An. 7. Obſ. 83. p. 146 ſeq.* Molam totos ſeptendecim annos utero circumtulit uxor Guillelmi Rogerii, in cujus diſſecto corpore uterum ſcirrhoſum maximeque durum reperit, atque in hujus media capacitate carneam molem, manus ambas in pugnum contractas craſſitie æquantem invenit. Ambroſius Paræus. Una vero omnium præſentium medicorum ſententia fuit, ejusmodi molem initio molam fuiſſe, quæ temporis ſucceſſu in ſcirrhoſum corpus una cum uteri propria ſubſtantia degeneraſſet. Quamdiu in molam illam circumtulit mulier, alvina regio mirum in modum dura, diſtenta & ampla erat, tanquam multiplici prole gravidæ &c. vid. Ambroſ. Paræi *Chir. Lib. XXIII. cap. 34. fol. 520 ſeqq.* Plura ejusmodi exempla paulo infra, ubi de molis ſermo erit, adducentur; hoc vero loco aliæ de falſa graviditate adhuc recenſitæ reſtant obſervationes.

§. 8.

Obſervationes aliæ. Hydropica quædam femina, cum in utero & circa uterum turgeſcentia quædam cum gravitatis ſenſu oriretur, decepta eſt, ut ſe concepiſſe putaret, & eo magis, quia venter ab umbilico infra exten-

extendebatur, quod præ cæteris uti certæ gravidationis signum a multis statuitur. vid. Georg. Franc. *Annot. in Paul. Zacch. Quæst. med. legal. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. f. 87.* Diomedes Cornarus *Histor. Admir. 3. p. m. 6 sq.* hanc refert observationem: Georgius Rithamerus, magnæ eruditionis vir & quidem prolis acquirendæ cupidissimus accessit medicum ex Viennensium medicorum collegio primatem, cum urina, ut de sua uxore, quam gravidam suspicabatur, certior fieret: Medicus visa solum urina non modo gravidam ipsam, sed & masculum gestare certissimum affirmabat. Ibi Rithamerus alium medicum, Franciscum Emericum, statim odisse cœpit, qui prior eam, inspecta non solum urina, verum artificiosa signorum præcurrentium inquisitione, ex intellecta tota gerentis in utero historia, habita, minime gravidam protulisset, ac statim obstetrices, nutrices aliaque ad partum & curam puerperæ pertinentia anxie & sedulo adornat. Paucis autem post diebus undique gravida, ac motum fœtus subinde sentiens proclamatur, & propterea ob crebros affectus, quos sentiebat, ipsi a constitutis mulierculis fiunt balnea, a quibus facta comitialis subito interiit. De cujus obitu cum Emericus certior factus esset, a Rithamero statim petiit, ut ad inquirendam veritatem incidi corpus mortuum pateretur, quod ipse libenter fecit. Post incisionem matricem admodum exiguam vidit inque ea nihil contineri animadvertit: tamen ut veritas in oculos incurreret, eam incidens prorsus mundam & vacuam invenit. Dehinc progreditur secando versus ventriculum, ubi intra peritonæum & intestina aquam deprehendit, quæ nunc in hoc, nunc in aliud latus pro corporis motu procumbebat, hinc suspicio fœtum moveri suborta fuit. Novi inquit Guilielmus Harveus, *de Part. p. m. 505.* juvenculam, filiam cujusdam medici, quæ gravida facta symptomata omnia prægnantes comitari solita experiebatur: ea sana & vegeta, post decimam quartam septimanam fœtus in utero motum sensit, tempus partui debitum emensa est; indiciaque jam imminentis partus adesse ra-

ta, cubile, incunabula, cæteraque ad partum neceſſaria in procinctu habuit, ſed fruſtra omnia, & Lucina votis abnuit: motus enim ſoliti ceſſarunt, ac paulatim, ut increverat, detumuit venter, absque ulla ægritudine, ſterilis autem marſit in poſterum. Mulier Giniacenſis annos nata circiter quinque & quadraginta Monſpelſum venit de affectu ſuo conſilium petitura, retulit nobis, ſe, cum nunquam viro nupſiſſet & rem habuiſſet cum adoleſcente, in utero concepiſſe, unde ſequuta eſt inappetentia, macies & pallor totius corporis, quorundam edulium deſiderium, cum aliis gravidi-tatis ſignis. Poſt quadrageſimum a conceptione diem percepit palpitationem quandam verſus hypochondrium dextrum, ab eoque tempore melius habuit & appetitus reſtitutus eſt. Venter indies augebatur, mammæ intumeſcebant, in quibus tandem lac colligi cœpit, nempe quarto menſe in mamma ſiniſtra, idque ſubrufum, poſtea album in dextro. Quarto menſe fluxus menſtruorum apparuit copioſus, inde ventris tumor imminutus eſt. Motus in ventre ſentiebatur illi conſimilis, quem fœtus in utero incluſus ſolet exercere. Nono menſe dolores parturientium paſſa eſt, ut ita vocata obſtetrice omnes adſtantes partum expectarent. Illi tamen dolores poſt viginti quatuor horas quieverunt & nihil excluſum eſt &c. vid. Lazar. River. *Obſ. Cent. II. Obſ. 100. p. 179 ſeq.*

§. 9.

adhuc plures. Recordatur etiam Caſparus Theophilus Bierlingius *Theſaur. theor. pract. Caſ. 37. Schol. §. 5. p. 518.* ſe feminam in patria vidiſſe, quæ virgo adhuc ventrem gerebat mirum in modum intumeſcentem, ut inde a plerisque ingravidationis, ſed tantum non ſtupri turpiſſimi publice a vulgo rea accuſaretur. Hæc Deum precata ederat ſuæ innocentiæ teſtimonium, morbidumque corpus utriculæ inſtar ſumma cum moleſtia circumferens, petiit ab amicis, ut poſt mortem aperiretur venter. Placide igitur poſt annuum ſpatium defuncta ſecabatur, aqualiculus, uterusque bulgæ ad inſtar prætumidus deprehendebatur; qui ſimul apertus nil niſi

aquam

aquam reddidit copiosissime serosam, complures æquantem mensuras. Item apertum cujusdam mortuæ abdomen vidit Johannes Walæus, in qua uterus tanta magnitudine intumuerat, ut intestina omnia supra ad diaphragma detrusa erant, & uterus omnibus partibus adnatus. Continebat autem urnas tres cum dimidia humoris. Uxor Eliæ Tabellarii in vico regio prægnans ab obstetrice judicabatur ob ventris tumorem & duritiem. Remittebat tamen illa & interdum per vices augebatur. Menses ordinatis vicibus fluebant; tandem mense Junio ingentibus doloribus auctis vivere desiit. Ex aperto ipsius abdomine ingens copia serosi sanguinis effluxit, quæ cavitatem quoque thoracis occupabat, implebatque mensuras Hafnienses sex, referente Thoma Bartholino *Histor. anat. Cent. III. Hist. 6. p. 17.* Sequens falsæ gravidationis exemplum refert Ehrenfridus Hagendorn *Histor. medic. physic. Cent. II. Hist. 92. p. 271.* cessarunt apud feminam Gœrlicensem ante sedecim annos purgamenta uterina, seu menses, venter justa mole intumescit, alia quoque in puerperium conspirant signa, unde nil, nisi verba de rebus ad puerperium necessariis, audivisses. Sub initium hebdomadis, ut putabat, vigesimæ conqueri cœpit putatitia prægnans de nausea, abdominis dolore, quem excepit unus alterque sanguinis grumosi, fœtidi, lobos pulmonum æmulantis & articulis undique circumdati. Venter autem paulo post detumescit, viresque analepticis restituuntur.

§. 10.

Item illustris femina secundum verba Henr. ab Heer *Obs. 14. p. m. 141 seq.* sub annum ætatis trigesimum modo mensium fluxum nimium, modo suppressum, ventre in exiguam se molem surrigente, gravidam se credidit, imprimis cum nec hilum ventris se tumor remisisset, imo auctus esset, mammæque non aliter turgerent, quam in legitime gravidis, dolorem nihilominus insignem & capitis, & scapularum & renum patefieret, appetituque omnino prostrato, & sæpe pica laborantibus affini, accedente cardialgia notabili, *Alia exempla.*

cabili, excretis multis ſupra infraque aquis plurimum levabatur; maxime ſumpto cibo, quoties vinum, ut eſt actu frigidum, bibebat, manifeſtum in mammis frigus ſentiebat; tumore interea imam potiſſimum abdominis partem occupante, renibus tum temporis, lumbisque inſigniter dolentibus, ut creberrime parturire ſe crederet: mammæ lac invitæ fundebant, & per ſinum pudoris lactiformes ſerositates magna ſe effundebant copia, ita ut obſtetrix partum vicinum adfirmaret. Patiens motum pueri ſe ſentire adſeverabat, ſeque uterum ferre non dubitabat. Demum aquis Spadenſibus & thermis Aquisgranenſibus uſa nil profecit, tumore non diminuto, nec ullo ſymptomatum ſe remittente, accedebat reſpirationis difficultas, dolor imi ventris, crurumque & genuum, borborygmi infeſti, venter in decumbente paulo quam inſtante vel ſedente depreſſior. Obſtetrix in matrice dicebat ſentire ſe quid duri & ponderoſi; nullus autem apparebat fœtus, ſed dicta femina per medicamenta aperientia & confortantia ita fuit percurata, ut marito paulo poſt cavſone ſublato ſecundas cogitaret nuptias. Refert etiam Georgius Fridericus Rallius *de Generat. Animal. Sect. III. p. 103.* ſe noviſſe honeſtam feminam aliquot liberorum jam tum matrem, quæ uterum ſe gerere partusque tempus inſtare rata publicis precibus ſe & fœtum ſuum Deo commendarat, ſed falſam fuiſſe perſuaſionem, eventus docuit. Falſam imprægnationem annotavit etiam Samuel Ledelius *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obſ. 138. p. 306.* inquiens: Nobilis a Fritſchen, vidua quinquaginta quinque annorum, jam mea marita, patiebatur vomitum, nauſeam, horrorem, uteri contractionem & quæ alia ſueto prægnantibus tempore: Venter intumeſcebat, motus aderat etiam ſatis fortis in ventre, mammæ preſſæ fundebant liquorem aquoſum; dicebat ſe gravidam (utpote antea decem liberorum mater hujusque rei ſat gnara) aſt ego repugnabam multas propter rationes. Expectamus tempus partus, & juſto tempore accedebat, cum alteratione inſigni; aderat quippe cephalgia, cardialgia,

gia, extensio abdominis dolorifica, angustia pectoris cum metu suffocationis. Applicamus interna & externa, spirituosa & bezoardica, sudat per noctem copiosissime, mane alvum deponit aliquoties, respiratio fit melior, extensio abdominis evanescit, venterque sensim ac sensim indies detumescit adque pristinam figuram redit. Et sic spes pariendi cum prole aufugit. Item figuli uxor juvencula, Grunebergæ, eadem persuasione laborabat, obstetrixque loci, uti sagax satis, cum omni feminarum choro idem affirmabat. Tempore partus legitimo adstat obstetrix, omnia apparantur, femina ad partum se accingit, exsibilant flatus per uterum, fluitque materia rubra quosa cum frustis sanguinis crassioris & nigricantis, nullus autem fœtus. Eandem pariendi fortunam habebat femina primaria, pro qua etiam in suggestu preces instituebantur, ut divina clementia ipsam felici partu beare velit, ast post nonum mensem nil se movet, sequuntur adhuc tres menses, & nullum adest amplius signum fœtus: De conceptu falso hanc historiam communicat Thomas Bartholinus *M. N. C. Dec. I. An. 1. Obs. 2. p. 1.* Nobilissima matrona post multorum annorum sterilitatem se concepisse gavisa ex omnibus signis apud alias consuetis ad partum omnia debito tempore præparat, advocataque obstetrice & aliis amicis advolantibus uteri dolores, quasi jam partura experitur, nullo tamen fœtu prodeunte. Postea sensim detumuit venter, sicut antea accreverat, & spe excidit optima femina.

§. II.

Ab ovarii muliebris statu præternaturali ortæ graviditatis falsæ aliquot exempla recenset Antonius Nuck *Adenograph. curios. cap. 8. p. 84 sq.* Virginis, inquiens, viginti quatuor annorum hypogastrium magis ac magis in tumorem abiit, quo non parum suspecta fuit habita, & quidem potissimum quod nullum cachexiæ adesset signum; brevi tamen diem obiit suum. Aperto cadavere, gravidam eam fuisse, prima fronte credebam, ob corpus uteriforme, pel- *Exempla ab ovario &c.*

pelvim occupans, nobis oblatum. Sed oculo propius admoto, illud verſus ſiniſtrum magis latus protenſum & ab utero plane diſtinctum vidi. Ovarii quippe ſiniſtri lymphaticum mirum in modum extenſum, ſaccum formarat adulti hominis caput æquantem, lymphæ admodum claræ & tenuis, pintas ad minimum duas continentem, ipſum ovarium deſtruentem &c. Item mulier triginta ſex annorum a congreſſu cum marito peracto, ingravidationis percepit indicia, & quæ ante aliquot jam pepererat liberos, eodem modo ſe affectam perſentit, hac ſaltem cum differentia, quod venter ſolito magis extenderetur & jam ad prodigioſam magnitudinem veniret. Elapſis autem novem menſibus partusque tempore inſtante, ex improviſo dolores parturientem apprehendunt, & modica aquarum mole elapſa fœtum ſaniſſimum in lucem edit, fœtumque unum aut alterum adſequuturum, nulla adſtantium dubitabat, quod venter, in monſtroſam fere magnitudinem elevatus, parum ſaltem ab ejus extenſione remiſerat &c. Et alia adhuc domicella triginta quinque annorum, jam octo liberorum mater, partus temporibus prodigioſam aquarum quantitatem excernere ſolita potiſſimum partu ultimo, qui fuit 27. Februar. 1678. quo die, elapſis aquis, filioque ſatis vegeto in lucem edito, geminum reſtare creditum fuit. Sed eo non prodeunte, doloribusque in modum novorum conatuum continuantibus vocatur Nuckius. Per magnum & inæqualem in ſiniſtro inguine percipiens tumorem, judicavit teſticulum ſiniſtrum, tumore ſcirrhoſo obſeſſum & conſequenter malum eſſe incurabile. Brevi notabiliter adeo venter ejus inflatur, ut extenſus magis, quam tempore graviditatis appareret. Et ab eo tempore ad oculum apparuit, tumorem in majorem aſſurrexiſſe molem, usque dum quarto Maji 1681. vitam cum morte commutaret. Ope paracentheſios, quadraginta ex abdomine extraxit Nuckius aquæ pintas; & ſeparato teſticuli ſiniſtri tumore, teſtis inſuper pendebat libras decem &c. Huc etiam pertinet obſervatio chirurgi gallici, Mo-

tei

tei apud Nicol. de Blegn. *Zodiac. med. Gall. An. 2. Februar. Obs. 12. p. 48.* Illustrissima scilicet Comes a Nieupert, cum per duos annos ab inito matrimonio sterilis fuisset, ventrem tamen in dies intumescere animadverteret, spem veræ graviditatis animo concepit ad decimum usque circiter mensem, quo tempore elapso non absque causa dubitatum est, latereine mola vel falsum germen. At vero opinata illa graviditas diutius perstabat atque intumescentia amplius pergebat, irritis quibuscumque remediis. Interim duodecennio post graviditatis opinionem & decubitum catarrhi in ægræ pectus, tussis excitabatur imum ventrem concutiens, & post hausstas aliquas potiones aperientes, ex utero insignis aquarum copia effusa est, quæ verisimiliter ex tuba uterina, in qua hydrops particularis excitatus fuerat, prodiens. Georgius Dethardingius anno 1681. die Januarii 29. vocabatur ad feminam, gravidam a consanguineis habitam, a festo Purificationis anni præteriti; ac illud quidem confirmare videbantur tumor abdominis sensim sensimque excrescens, motus sensilis ac (hoc signum tantum non apodicticum mulierculis est) lac in mammis propullulans. Ast, quod tempus ingravidationis longe ordinarium superaverat, patiens hypochondriaco affecta morbo, abdomen circa præcordia magis ac quidem pubem tumidum, motus non nisi in latera sese volvente ægrota, menstruo fluxu, minori quamvis in quantitate, rhythmum servante, falsum de conceptu conceptum volatilibus diureticis maritatis, feliciter satis prostravit. vid. *M. N. C. Dec. III. An. 5 & 6. Append. p. 147.* Novit etiam Rosinus Lentilius quandam illustrissimam comitem, quæ se gravidam rata, intumescente alvo, immo percepto post octodecim circiter hebdomadas, motu manifesto, fusis etiam publicitus ad Deum pro felici partu precibus, & instructo jam omni apparatu, alvum paullatim, sine tamen sonoris flatibus, delusa spe, subsidere sensit. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 10. Append p. 45.* Varia quoque ejusmodi falsæ ingravidationis, modo cum, modo sine mensium fluxu, a variis causis ortæ, &

quidem nonnunquam post flatuum explosionem, interdum post aquæ ex utero effluxum, quandoque post tenuium membranarum vel sanguinis congrumati proventum, in quibusdam feminis post aliquot menses, in aliis post integrum, vel sesquiannum vel etiam longe tardius iterum disparentis exempla in praxi, ultra quadraginta annos exercita, observare mihi licuit.

§. 12.

alia exempla. Restant adhuc alia graviditatem mentientia exempla, interdum etiam ob impeditam defunctarum sectionem, quoad causas adhuc incognita; viduæ enim juveni N. Bourquin nunquam effœtæ venter ita sensim intumuit, ut parituram se speraverit. Ultra tempus gestationis in dies adauctus venter, nullis remediis cedens, mense tandem Aprili anni 1662. ægram de medio sustulit. Lucia Wechter, Jeremiæ Wernier, coriarii uxor juvenis, prægnans diu visa, insigni abdominis tumori anno 1664. etiam commortua est. Utrasque autem molis aquosis ob involucrorum densitatem non crepantibus laborasse potius, quam a sœtu conjecturis assecutus est Johannes Nicolaus Binningerus *Obs. med. Cent. III. Obs. 19. p. 336 seq.* quod dissectione confirmari non licuit. Johannes Rudolphus Salzmannus in nosodochio, anno 1608. die 23. Martii corpus mulieris cujusdam aperuit, quæ gravidam sese esse dicebat, verum longe aliter se rem habere in ipsa apertione visum fuit, unica enim punctura cultello prope lumbos facta, prodire cœpit aqua purulenta, atque in tantum fœtida, ut nemo adstantium fœtorem perferre posset, quo pure aquoso evacuato & abdomine in formam crucis aperto, tota abdominis cavitas, omnia etiam inibi contenta copiosissimo pure tanquam membranis obducta atque investita fuere, ita ut alterum ab altero secernere & dijudicare vix licuerit. Intestina ita erant adsuperiora contracta, ut vix mediam abdominis cavitatem adimplerent: Hepar erat omnino putridum, ventriculus, ut intestina, contractus ac angustatus: Uterus vero in loco suo naturali situs vix nucem juglandem

dem magnitudine æquabat &c. v. Salzmann. *Obſerv. anatom. p. 31 ſeq.* Anno 1657. edidit intra primum ab urbe Lipſia lapidem, in pago *Marck-Kemberg*, mulier cujusdam ruſtici filium, & (uti poſtea ex eventu colligere licebat) in hoc ipſo puerperio reddita fuit hydropica, forſan propter ſuppreſſas purgationes puerperii, nec ipſa, nec marito iſtud animadvertente. Quid fit? elapſo trimeſtri abdomen hujus paganæ in faſtigiatum attollitur tumorem, non ſecus atque ſolet fieri in ingravidatione; quo tumore conſpecto obſtetrix manu leviter abdomen comprimit, & ex obſcuro aquarum hydropicarum motu decepta exclamabat, reſtitare adhuc fœtum in utero ſuperfœtatione conceptum, & ſtatim medicum cum chirurgis accerſi jubet; interim moritur hydropica mulier. Ne autem putatitius fœtus vitæ periculum aliquod pateretur, os gravidæ (ceu putabatur) impoſita clavi apertum tenuerunt. Simulac vero corpus hydropicæ diſſectum, ſtatim poſt primam inciſionem tam fœtida humorum colluvies proſiliit, ut adſtantes abire coacti fuerint, ſecundum obſervationem Pauli Ammanni *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 186. p. 284 ſeq.* Nobiliſſima matrona falſa ingravidatione laborabat tam exquiſita, ut oculatiſſimus quisque eam gravidam pronunciaſſet, decimo vero menſe ſe vidit deceptam, manente nihilominus obſcuro quodam motu in utero, ventereque interdum elevabatur, mox deprimebatur. Orta ſuſpicio de inflatione uteri, adhibitis autem variis medicamentis dictæ feminæ ſanitas reſtituta fuit. v. Chriſt. Franc. Paullin. *de Salvia Sect. II. Membr. 7. cap. 9. p. 330 ſeq.* Virginem gemino tumore ſteatomatoſo diſtentum abdomen gerentem rudes ac inſcitæ obſtetrices, cum attribuerent vulvæ impudicitiæ infontem accuſarunt, confiſæ gemellos ab ipſa geſtari; ſed calumniam hanc diſſipavit anatome, poſt inſtituta, utpote quæ nec fœtum nec gemellos in utero, ſed in meſenterio duo duntaxat invenerit ſteatomata. vid. Nicol. Tulp. *Obſ. Lib. II. cap. 33 p. 155.* Et *Obſ. ſeq.* filiæ cujusdam pharmacopolæ meminit, quæ poſt obitum diſſecta in meſenterio

Mirum in modum intumuiſſe meſenterii glandulas & συσσάρκωσιν quandam inſenſibilem acceſſiſſe. Tres jam eodem affectu laborantes feminas ſibi obſervatas. Tumor hic totius abdominis capacitatem eam in magnitudinem elevabat, ut geminos utero ferre videretur. vid. Georg. Hier. Velſch. *Epiſagm. Obſ. 48. pag. m. 29.* Magnifica domina, ætatis annorum triginta, habitus corporis delicatioris, menſtruorum ſuppreſſione cum meſenterii & abdominis inflatione, febre lenta, dolore, vomitibus & anxietatibus dum per plures menſes laboraſſet, utero vulgo geſtare credebatur, elapſo vero nono menſe, cum futuri partus indicia nulla, humores fœtidos per uteruni propendulum excerneret, fluore muliebri perperam laborare judicata. Menſe decimo ſexto accerſitus Nicolaus Guilielmus Beckers, legitimis gravidationis ſignis deficientibus, abſceſſu meſenterii ac procidentia uteri laborare eam comperit. vid. *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 32. p. 58.*

CAPUT V.

De graviditate occulta & diſſimulata.

§. 1.

Graviditas occulta. a variis cauſis. ob hydropem falſum.

EContra vero quandoque non falſa, ſed vera, occulta tamen, poſt tempus deprehenditur graviditas, quando mulieres eandem vel ignorant, vel ſe minime gravidas eſſe, ſed alio morbo, e. g. hydrope, laborare credunt, vel quando ingraviditatem celant ſeque ægrotas fingunt. Exemplum gravidæ pro hydropica habitæ annotavit Vitus Riedlinus *Linear. med. ann. 1700. Menſ. Februar. Obſ. 1. p. 121.* his verbis: Junxerat ſibi matrimonio mercator quidam virginem, quam ob egregiam formam ſumme adamaverat. Cum ergo brevi poſt contractas nuptias non ſolum colorem faciei vividum amiſiſſet, verum & difficilius reſpirare, quin non ſolum abdomen, verum & pedes intumeſcere cœpiſſent, dubius, undenam mala derivanda forent, medicum celebrem in con-

consilium vocavit, qui hydropem præ foribus, & medicamentis convenientibus oppugnandum esse, statim edixit, eumque sedulo medicamentis aggressus est; & licet hæc femina aliquoties cum lacrymis testata fuerit, se non dubitare, quin sit gravida, & fœtus motum percipere, hunc in finem etiam sororis manus abdomini admoverit, ut nempe ipsa quoque hunc motum exploraret, fidem tamen ipsi medicus obstinatus nullo modo adhibuit, sed sententiæ suæ pertinaciter institit & medicamenta antihydropica sedulo continuavit, donec tandem non tam aquam imaginariam, quam animam medicamentis suis expulit, & fœtus motu vehementi, quem omnes adstantes non sine dolore viderunt, post mortuam matrem eum gravissimi erroris convicit. Sic femina quadraginta annorum appetitum patiebatur prostratum, lassitudinem, abdominis tumorem, faciei colorem pallidum, ejusque cum artubus tumorem. Pulsum habebat parvum, urinam reddebat tenuem & aquosam. Accersitus ad eam Michael Ernestus Ettmüllerus sedulo sciscitabatur, num gravida esset? id quod constanter negabat, siquidem ex nullo signo imprægnationem hariolari valebat. Nihilominus tamen, post assumta etiam multa & fortia purgantia debito tempore sanam atque vegetam enixa est filiam. vid. *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. I & II. Obs. 44. p. 112.* Ejusmodi observationes recenset Franciscus Mauriceau *dans les Observat. sur la grossesse* e. g. *Obs. 70. p. 42.* d' une femme, qui fut hydropique durant neuf ans, & qui non obstant cela fit en ce temps quatre enfans, dont elle accoucha heureusement. *vel verum.*

§. 2.

Hydropem in gravida annotarunt etiam alii autores, siquidem Felix Platerus *Observ. Lib. III. p. m. 637.* gravidæ juvenculæ meminit, cui non solum propter uterum, quem gestabat, venter distentus erat, sed propter ascitem mire intumuerat, pedesque admodum inflati erant, cum periculosa, ob ventrem adeo distentum, dyspnœa, quæ tamen puellam vivam sed imbecillam peperit,

rit, maximaque profusa aquæ copia ipsa detumuit. Ibidem dictus autor alia exempla annectit. De muliere hydropica & simul gravida feliciterque pariente observationem annotavit Eberhardus Gockelius *Gallicin. med. pract. Cent. II. Conf. 35. p. 462 seq.* in Michaelis Luickardi, textoris, conjuge, quæ nescia quod gravida esset, præ monstrosa tandem ventris intumescentia vix ambulare poterat, post copiosissimam vero aquæ serosæ excretionem vivam filiolam pariebat. De propria uxore hanc historiam recenset Guilhelmus Fabricius *Obs. chirurg. Cent. II. Obs. 56. fol. 128 seq.* Anno 1604. charissima conjunx mea, dum septimo utero gestaret, statim ab initio gestationis præter modum atque consuetudinem debilitata enervataque fuerat, dolores ventris & præcipue dextri lateris, maximi ac frequentes aderant. Circa regionem hepatis per intervalla, & quotiescumque fœtus in utero sese movebat, frigus molestum ac doloroſum persentiebat. Interim venter in monstrosam magnitudinem intumescebat, adeo ut ipsam duos aut tres ad minimum enixuram fœtus, cuncti arbitrarentur. Spatio hebdomadum sex ante partum, crura pedesque hydropicorum more intumuerant. Die 2. Martii 1605. dolores parturientium, quamvis leviores, continui tamen ipsam infestaverant, qui sensim accreti usque ad quartam diem ejus mensis, qua circa septimam vespertinam dolore vehementissimo correpta os uteri apertum, indeque ultra libras octodecim mercatorum, aquæ limpidissimæ, nulloque cruore admixto, maximo ac uno impetu effluxere, atque in isto motu fœtus ad exitum sese paraverat. Et postquam per semihoram quievisset & aliquantum confectionis Alkermes, cum aqua cinamomi sine vino destillata, dissolutæ sumpsisset, rursus dolore & conatu maximo correpta est; Tum primo aqua, quæ fœtum comitari solet, ad libras novem effluxa, instante nona vespertina puellum simul peperit robustissimum &c. Nonnullis feminis una cum fœtu copiosum aquosum humorem ex utero processisse, fœtu debili ac non vitali meminit Rembertus Dodonæus

næus *Obſ. 49. Schol. p. 121.* Et Hieronymus Mercurialis *de Morb. Mulier. Lib. I. cap. 2.* inquit: Anno elapſo Venetiis fuere nobiles mulieres, quas medici putabant ſolum hydropicas eſſe, & tamen inventæ ſunt una cum aqua conceptum habuiſſe v. Iſrael. Spacch. *Gynæc. fol. 212.* v. etiam Joh. Schenck. *Obſ. med. l. IV. fol. 572.* In femina quadraginta annorum, undecim liberorum matre, & bis abortum paſſa, poſt varia ſymptomata ventris moles in tantum indies augebatur, ut nec ſtare nec ambulare valeret, nec niſi ſemierecta ob ſuffocationis periculum in lecto quieſcere poterat. Septimo menſe cum extra lectum tergo-tenus inclinaret, ad ſellam corpus, improviſo incredibilis limpidæ aquæ copia, quantum æſtimari poterat, ultra triginta menſuras, ſive ſexaginta libras civiles profluxit, maximam hypocauſti partem quaſi inundans. Exin lectum petiit atque brevi poſt puellulam mortuam peperit, ſubſequente mox ſecundina; Et trihorio fere elapſo, alteram enitebatur filiolam, vita quoque privatam, uti ex propria obſervatione refert Lucas Schrœckius *M. N. C. Dec. I. An. 9 & 10. Obſ. 161. pag. 354 ſeq.*

§. 3.

Quandoque etiam tam gravidæ, quam obſtetrices & ipſi medici exinde de graviditate incerti manent, quia nullum fere conceptionis ſignum apparet, præter intumeſcentiam abdominis, quæ tamen etiam non ſtatim primis ab ingravidatione menſibus viſui occurrit, atque ſæpius etiam fallaciſſimum ſignum eſſe ſolet, pariter uti menſium ſuppreſſio eorumque fluxus, uti hactenus aliquot exempla adduximus. Quibus adhuc addendum ſtupendum ignoratæ gravidationis exemplum Zacuti Luſit. *de Prax. med. admir. Lib. II. Obſ. 148. fol. 79.* Medicus ſcilicet propriæ uxoris menſtruorum ſuppreſſione, ut ipſe dicebat, laborantis ſaluti conſulens, & gravidam non eſſe ex lotiis certo ſciens, multoties illi venam ſecare jubet, alterantia propinat, deobſtruentia offert, & per triginta dierum ſpatium chalybem cum valido exercitio aſſumen- *ob intumeſcentiam.*

dum jubet. Cerota & deobſtruentia unguenta utero imponit. Demum omnia miniſtrat proprio conſilio (licet uterus in majorem molem quotidie accreſceret) venam in talo ſecandam imperat, poſt quam ſectionem, cum gravida nonimeſtris eſſet, irritata natura fœtum cum tanto impetu in vas, aqua & ſanguine plenum, in ipſo ſectionis actu ejecit, ut exeunte e vena ſanguine, & fœtu aqua velut ſuffocato, infans & mater ob timorem & nimium ſanguinis fluxum exanimes periclitarentur, ſed conſtricto foramine, & fœtu ab aqua extracto, ipſa vini potu refocillata ad ſe rediit. Lipſiæ honeſta mulier, quæ per quatuor annos ſterile egerat conjugium, præter alia ſymptomata abdominis molem ſenſim increſcere ſenſit, menſes quidem erant ſuppreſſi, ſed nullum præterea aderat imprægnationis ſignum, usque adeo ut medicus, ejus curam gerens, ſeptuagenario major, paucis ante partum diebus dixerit, æque impoſſibile eſſe, ut ipſe ſit gravidus, ac iſta femina. vid. *Ephemer. l. a. p. 113.* Franciſcus Mauriceau *l. a. Obſ. 224 pag. 128.* inquit: une femme avoit eû une fievre lente & la jauniſſe, durant tout le temps de ſa groſſeſſe, qui n'avoit pas meſme eſté connuë par un chirurgien, qui avoit aſſez de reputation pours les accouchemens, qu'elle avoit conſulté eſtant groſſe de prés de quattre mois; le quel luy avoit dit, qu' elle pouvoit en toute ſeureté ſe faire traitter de ſa maladie; l'aſſurant pour lors, qu' elle n' eſtoit pas groſſe. Mais peu de jours enſuite, ayant elle ſenti remuër ſon enfant, elle connut bien, que ce chirurgien ſ'eſté lourdement trompé. Idem autor etiam *Obſ. 393. pag. 230.* de femina ſedecim annorum agit, quæ quamvis numquam menſes habuiſſet, nihilominus conceperat, quæ tamen neque ipſa neque ipſius maritus, ut hoc crederent, perſuaderi poterant. Et *Obſ. 286. p. 166.* inquit: j'ay vû une demoiſelle groſſe de huit mois, qui avoit eſté traitée depuis ſix moit entiers, commè ſi elle euſt eu un ſcirrhe de matrice; pour raiſon de quoy le medecin, qui ne connoiſſoit pas ſa groſſeſſe, l'avoit fait ſeigner quantité de fois de bras & des pieds,

&

& purger bien autant, ſ' eſtant lourdement laiſſé tromper par cette demoiſelle, qui eſtant mariée ſecretement, avec un officier domeſtique du meſme logis, où elle demeuroit, luy avoit celé le oupçon de groſſeſſe, qu' elle avoit lieu d' avoir, ne croyant pas toute fois elle meſme pouvoir eſtre effectivement groſſe, à cauſe qu' elle n' avoit jamais ſouffert, a ce qu' elle me dit, l' introduction de la partie de ſon mary, qui me confirma la meſme choſe. Mais aprés avoir examiné cette demoiſelle en preſence de ſon mary, je les aſſuray, tous deux, que la tumeur de ſon ventre eſtoit cauſée par une vraye groſſeſſe d'enfant, & non point par un pretendu ſcirrhe de matrice. Cette demoiſelle accoucha deus jours en ſuite d' un enfant vivant.

§. 4.

Ratione graviditatis interdum etiam a feminis vel uxoribus variæ committuntur fraudes, dum non nullæ graviditatem ſimulant, aliæ vero diſſimulant, ſiquidem juxta Mich. Albert. *Jurisprud. med. cap. IV. §. 19. p 95.* quarundam feminarum dolus & aſtutia multiplex eſt, quando ſe gravidas mentiuntur, ut aliquod lucrum & emolumentum inde acquirant; imprimis quando ob crimen aliquod incarceratæ & ad pœnam aut ſupplicium aſſervatæ imprægnationem ſimulant, quibus tam diu mora conceditur, donec imprægnatio magis manifeſta evadit, vel rea peperit; Hinc illæ feminæ, quæ intumeſcentiam ventris ſimulant, ab obſtetricibus bene explorandæ ſunt, ne fraudulenter imprægnationem indicent: Ita etiam viduæ interdum poſt obitum mariti prævium imprægnationem ſimulare poſſunt, ut ad hæreditatem admittantur; Alia femina poſt divortium a priſtino marito ſuo imprægnatam ſe eſſe denunciare poteſt; alia ſterilitatis maculam hac prægnantia delere geſtit; alia imprægnationem ſimulare poteſt, ex promiſſo agnati ægrotantis, quod ipſa ad hæreditatem admitti debeat, ſi in matrimonio ſuo imprægnabitur & infantem vivum pariet &c. Cum itaque caſus multiplices ſint, in quibus medici de *Graviditas ſimulata.*

præsenti considerationè judicia sua proponere debent, ita etiam considerationes in illo capite propositæ prudenter observari merentur. v. etiam Herm. Fr. Teichmeyer. *Instit. medic. leg. cap. VI. p. 40.*

§. 5.

Graviditates dissimulatæ.

Dissimulatam denique graviditatem sæpissime in iis experimur feminis, quæ furtivis indulgentes amoribus, per urinas vel alias fraudes a medicis pro certo scire desiderant, utrum revera gravidæ sint, nec ne? quo vel suam imprægnationem eo melius celent, vel honori suo modis illicitis consulendo embryonem mature abigant atque pro hoc scopo a medicis varia medicamenta, & quidem vel pro simulata alvi obstructione, fortiter purgantia, vel pro mensium reseratione, emmenagoga efflagitent, medicosque hoc modo decipiant; quale exemplum refert Franciscus Mauriceau *l. a. Obs. 553. p. 325.* je vis, inquiens, une femme grosse de cinq ou six mois, que son medecin avoit fait saigner du pied & baigner, & à la quelle il avoit aussi fait prendre des eaux minerales & beaucoup d' autres remedes, attribuant à une simplex suppression de ses menstrues toutes les incommoditez, qu' elle ressentoit, qui n' etoient causées, que par sa grossesse, qu' elle ne luy avoit pas declarée, soit qu'elle ne la connust pas elle-mesme, ou qu'elle eu voulu pour quelque raison la luy celer, comme elle taschoit de me faire, lorsque je la visitay, en me disant, qu'elle estoit tres-certaine, qu'elle n' avoit pas couché avec son mari. Cependant non obstant cette raison je luy dis, que quoy-qu' elle ne se souvint pas d'avoir couché avec son mari, je luy conseillois neantmoins de ne pas continuër à porter de la sorte, de crainte qu' elle ne donnast elle-mesme occasion de la soupçonner d' avoir derobé l' enfant, dont elle estoit certainement grosse; le quel aprés cela mourut en son ventre quelque temps avant qu' elle en accouchast. Ces sortes d' exemples & beaucoup d' autres semblables, doivent bien apprendre aux medecins, qu'en traitant les maladies des femmes, ils ne doivent pas se fier entierement à ce qu'elles leur disent, sans bien examiner le veritable état, où elles sont,

sont, quand il y a le moindre soupçon de grossesse, car comme il se rencontre souvent des femmes, qui ne connoissent pas elles-mesmes, si elles sont grosses ou non; il y en a d'autres aussi, quoyqu'elles le sçachent bien, trompent leur medecin, en luy celant leur grossesse. Cum rustici cujusdam filia, parentibus insciis & ex illicito concubitu concepisset, adeo quidem hoc celavit, ut potius iisdem persuaserit, se minus bene se habere, & nisi remediis idoneis malo obviam eatur, brevi gravem contracturam morbum, quod & matrem permovit, ut Augustam venerit medicumque quendam propterea & quidem urina allata consuluerit, qui, ut solent eruditi juxta atque conscientiosi medici, certi quid non determinavit, ac medicamentum quoddam ad querelas parentis præscripsit; Cum vero hoc in usum ducto tumor abdominis, non tam imminutus, quam auctus fuisset, fœtu nempe semper majus incrementum sumente, alia urina pater carnificem adiit, qui illa vix inspecta, filiam ejusdem hydrope laborare tam certo edixit, ut pater carnificem multis extulerit laudibus; sed haud diu ita post fœtum omnibus numeris perfectum filia edidit, juxta Vit. Riedlin. *Linear. med. An. 1700. Mens. Aug. Obs. 23. p. 943 seqq.* Multæ etiam feminæ, quæ ex furtiva venere conceperunt, etiamsi fœtus motum manifeste percipiant, secundum Mich. Ern. Ettmüller. *Ephem. l. à p. 113.* id tamen constanter negant, sicque studio imponentes medico hydropicas se fingunt. De virgine gravida hydropem fingente sequentem observationem communicat Franciscus Mauriceau *l. a. Obs. 161. p. 90.* J'ay accouché une vieille fille de trente cinq ans, qui estant grosse de deux enfans masles, avoit si bien celé sa grossesse, sans le pretexte d'une tres-grande devotion, dont elle avoit fait profession durant toute sa vie, que feignant toûjours d'estre hydropique jusques au jour de son accouchement, elle avoit trompé plusieurs medecins, qui luy avoient fait prendre quantité de violens remedes, pretendans la guerir de cette hydropisie simulée; non obstant les quels elle ne laissa pas

che, dont les parties confuſement melées, avoient perdu leur forme & leur ſituation: elle étoit formée de pluſieurs membranes denſes, collées les unes aux autres en divers endroits & ſeparées ailleurs par de larges ouvertures: elle avoit quatre doigts d'epaiſſeur dans presque toute ſon etenduë & elle etoit percée par des trous profonds d'un pouce de diamétre, & la plus part remplis d' une graiſſe tres ferme. On rencontra de côté & d'autre des poils, & des os, qu' on ne pût ôter ſans dechirer les peaux, aux quelles ils tenoient. Quand on ratiſſoit un endroit, que l'on ſentoit dur, on diviſa une pellicule, par où l' on decouvroit une rangée de dents de la machoire ſuperieure d' un enfant, endurcie & augmentée en ce lieu, auſſi bien que ces dents: l'on remarqua une groſſe glande, qui avoit à peû prés la figure d'un roignon, en l'ouvrant on y vit une cavité & des conduits, qui s'alloient rendre dans la ſubſtance de la matrice.

CAPUT VI.

De graviditate diuturna ob fœtum mortuum.

§. 1.

Graviditas diuturna. SIcuti autem in hoc caſu per dictæ feminæ defunctæ ſectionem fœtus in utero latitans detectus eſt, ita econtra ſæpiſſime fieri ſolet, ut absque tali feminarum, pro gravidis habitarum, longe tamen poſt ordinarium graviditatis tempus absque partu morientium apertura nihil certi de ipſarum graviditate vel uteri intumeſcentia, an nimirum fœtus, vel mola, vel quicquam aliud, in utero detineatur? judicari liceat; ſiquidem tales conceptus interdum in utero materno defuncti poſt longum temporis ſpatium per corruptionem & putrefactionem conſumpti tabido demum profluvio per vulvam, quandoque etiam per anum, fruſtillatim excernuntur, vel etiam, putreſcente utero, circa umbilicum, vel alium abdominis locum diſruptum progrediuntur, quandoque

etiam

etiam ſalvis matribus extrahuntur; vel in utero remanent, vel etiam extra uterum in abdomine reperiuntur, qualia exempla ſine ordine annectere libet.

§. 2.

Fœtus poſt annum ſtrufulatim excretus.

De fœtu mortuo, quem mater totum annum mortuum utero geſtarat, ſenſim per fruſtula excidente epiſtolam ad Carolum Goſwinum ſcripſit Balduinus Ronſſeus *Epiſt. med. I. pag. 9 ſeq.* revoluto ſcilicet anno hæc femina una cum lotio primum digitorum articulos excrevit, ac ſenſim alia majora oſſa, tibiam, radium, coſtas & id genus alia per poſticum cum excrementis emiſit; tandemque ſecundo a parturitione anno, maximos ante perpeſſa labores calváriam totam, cum cubito, coſtis & aliis aliquot oſſibus, ejecit, quum interim illa totum illud biennium ſanioſo profluvio conſumeretur, & putidiſſimis vaporibus diſcruciaretur; adeo ut & præſentes, ſi diutius adeſſent, odor offenderet. Liberata tamen a cadavere convaluit, atque ab omni accidente libera evaſit. Fuit præter hanc alia Goudæ, quæ quum totum annum fœtum in utero geſtaſſet, conſumta tandem carne oſſeam illam compagem excrevit. Johannes Langius *Epiſtol. med. Lib. II. Epiſt. 39. p. 667 ſeqq.* feminæ meminit, quæ uterum duodecim menſes gravida ſe geſtaſſe arbitrabatur. Et *p. 670.* alius uxoris mentionem facit, quæ fœtum viventem aliquot menſes in utero geſtaverat, & cum jam tempus enixus appeteret; ubera ejus prius turgida, lactis aquoſi rore madebant, ac decreſcebant; nec puer in utero ſubſiliit, quæ ſigna fœtum mortuum teſtabantur. Tandem fœtus in matrice computruit, cujus de cruribus & cerebello oſſa denigrata & carie obſita, incredibile dictu, ſed verum, quum mulier ob inteſtini exulcerationem alvi profluvio laboraret, tandem anno decimo, non pervulvæ oſtiola, ſed per anum oſſa excrevit.

§. 3.

Per aliquot annos & menſes.

Hiſtoriam geſtationis fœtus mortui per annos plus quatuor, qui tandem opera & conſilio medicorum ex utero per alvum ex-

sectus est & membratim exemptus, ut mater viva permanens, integra restitueretur sanitati, atque post biennium denuo conciperet, prolixe ex Matthia Cornace refert Franciscus Rossetus *de Part. Cæsar. p. m. 228 & 236.* & Diomedes Cornarus *Histor. admir. 6. p. m. 13 seq. 24 seq.* Varia ejusmodi exempla ab ipso Rossetо observata atque a Casparo Bauhino communicata ibidem reperiuntur *p. 72 seqq. & p. 162 seqq.* vide etiam Marcell. Donat. *de medic. Histor. mir. Lib. IV. cap. 21. p. 433.* Joh. Rud. Camerar. *Memorab. Cent. XX. p. 1625 seqq.* De muliere, quæ annos tredecim in utero gestavit, sceletum fœtus mortui, quod tactu, cum ab ipsa matre, tum ab omnibus illi præsentibus percipiebatur, observationem ad Matthiam Cornacem perscripsit Ægidius Hertogius. vid. Rosset. *l. a. p. 240.* Cornar. *l a. p. 29 seq.* Feminam quandam quatuordecim mensibus partum tulisse, refert Alexander Benedictus *de Re medic. Lib. XXV. cap. 23. fol. 475.* Mulieres per tredecim, quatuordecim, quindecim & sedecim, item viginti tres menses uterum gestasse, ex variis autoribus refert Johannes Schenckius *Obs. med. Lib. IV. fol. 581.* quo loco etiam feminarum, infantes biennium & triennium & quadriennium utero gestantium, exempla recenset. De meretricula sedecim menses gravida fœtumque debilem pariente, vid. Thom. Barthol. *Histor. anat. Cent. III. Hist. 51. p. 101 seq.* Sic Lazarus Riverius *Observ. Cent. II. Obs. 100. p. 181.* meminit dominæ de Cardet, quæ se primum ad decimum quintum mensem, postea vero ad annum unum, duos & tres, fœtum in utero gestasse asserebat; de cujus tamen veritate ibidem dubitat.

§. 4.

Viginti-quinque annorum.

Franciscus Bayle historiam anatomicam graviditatis viginti quinque annorum edidit, in qua recenset, pannorum tonsoris uxorem gravidam, etiamsi, post nonum gestationis mensem, partus doloribus fuerit correpta, fœtum tamen eniti neutiquam potuisse, sed per dictum temporis spatium in alvo retinuisse, & ex febre continua tandem anno 1678. duos & sexaginta annos natam, obiisse.

obiiſſe. Aperto cadavere fœtum materia quadam calloſa, in quam amnios & chorion degeneraverant, obvolutum, extra uterum, in fundo ulcere fœdum, epiploo ſcirrhoſo duosque transverſos digitos craſſo adnatum, juſtaque magnitudine & debita partium mollitie præditum, fuiſſe repertum. vid. *Act. Erudit. an. 1703. Menſ. Febr. p. 77.* Huc pertinent omnes fœtus extra uterum in cavitate abdominis reperti, de quibus plura in Embryologia noſtra reperies.

§. 5.

Fuit profecto, inquit Guilielmus Harveus *de Part. p. m. 503.* non ita pridem apud nos mulier, quæ fœtum in utero ſedecim amplius menſibus geſſit, eumque ultra decem menſes (pluribus ejus rei conſciis) huc illuc varie ſeſe commoventem ſenſit: tandemque vivum peperit. In vita Nicolai Claudii Fabricii de Peiresc ſive Peireskii a Petro Gaſſendo deſcripta *Lib. I. pag. m. 86.* mentio fit cujusdam mulieris Belliquadrenſis, quæ itero nupta, cum ex priore conjugio partus aliquot nonimeſtreis edidiſſet, ex poſteriore tamen ediderat treis, unum menſium undecim, alterum quatuordecim, tertium vero octodecim, atque tunc quarto geſtaret utero menſem jam vigeſimum tertium. Addit etiam ibidem Gaſſendus ex ore Peireskii, dictam feminam non longe poſt peperiſſe infantem cum capillitio ac dentibus, obtinuiſſeque a conjuge, ne ulterius contingeretur. Anno 1640. prope Veſaliam femina per integrum triennium uterum geſtabat, cujus fœtus a multis vagire dicebatur, juxta Thom. Bartholin. *Cent. I. Hiſtor. 1. p. 3.* Ex Alberto Kranzio refert Marcellus Donatus *Hiſt. med. cap. 13. pag. 373.* mulierem quandam Germanicam ex duce Baruch Vandalo uxorem concepiſſe & biennio prægnantem fuiſſe, & parturiſſe infantem gradientem & loquentem. *Poſt multos menſes.*

§. 6.

De infante mortuo in matris ventre annos ſedecim & quod excurrit reperto hanc obſervationem refert Franciſcus Bouchardus *Per ſedecim annos & ultra.*

quod aliquantulum ruborem conſervaverat. Frons, aures, oculi, naſus, os, obducta inviſebantur materia quadam cartilaginoſa digitum transverſum craſſa, qua ſublata, partes apparuere: Diſciſſis gingivis dentes eadem pollentes magnitudine, quam in adultis poſſident, viſi fuere. Exemplum feminæ Haſſiacenſis fœtum per quinquennium in abdomine gerentis communicat Buſſiere, vid. Joh. Guil. Pauli *Annotat. in Johann van Horn. Opuſc. anat. chirurg. p. m. 4-5.* Illuſtriſſima etiam matrona trigeſimum ſeptimum ætatis annum agens ante ſeptem jam annos, poſt ſterile, octo annorum ſpatio, matrimonium conceperat, omnia ſigna habens felicis imprægnationis, quippe ubera lacte copioſo turgida, venter inſuper indies magis increſcens, motusque fœtus ſtrenue ſe moventis poſt decimam ſextam ſeptimanam haud dubia ingravidationis ſigna præbebant. At, cum transacto jam legitimo temporis ſpatio ad parturiendum nulla amplius mora expectaretur, accidit, ut ex inopinato motus fœtus ceſſare, lac in mammis ac tandem penitus aboleri, nihilominus tamen ventris tumor in ſiniſtro latere cum ponderis mole & duritie perſiſtere, & omnis ſpes fœtus evaneſcere, & econtra durus ille tumor ad contactum aliqualiter mobilis, molæ ſuſpicionem injicere cœperit. Ab eo autem tempore, quo molæ ſuſpicio cœperat, illuſtriſſima patiens melius valere ac omnia peragere poterat, menſibus interim rite fluentibus; ac (quod mirabile) per ſpatium ſeptem fere annorum in tali ſtatu vixit, donec lenta tabe obierit. In defunctæ autem cadavere ſub peritonæo diſſecto informis maſſa comparuit, ſex circiter librarum pondus pendens, in qua ſtupentibus omnibus, ibi præſentibus, caput infantis undique capillis contectum, ac fœtus feminei ſexus omnibus membris abſolutus ſeptemque fere annis ventre materno occluſus ſe in conſpectum dedit. Deinde in alia maſſa, trium pugnorum magnitudine apparuit, qua aperta alter fœtus, & quidem maſculus, priori minor, membris tamen omnibus perfectus exemptus, partum gemellum, fratris ſcilicet

&

utero deliteſcentis, addito examine phænomenorum omnium concomitantium, conſcripſit Nicolaus de Blegny *Zodiac. med. Gallic. Ann. I. Januar. Obſ. 9. p. 9.* vid. etiam *Febr. Obſ. 8. p. 51.* Stephan. Blancard. *Collect. med. phyſ. Cent. I. Obſ. 12. p. 17.* alii hanc obſervationem Franciſco Bayle adſcribunt. vid. Journ. de Sçavans *Tom. VI. p. 312. & Tom. VII. p. 24 ſeq. it. M. N. C. Dec. II. An. 8. Obſ. 134. p. 293.* quo loco Johannes Dolæus ita ſcribit: ſiſto hic epiſtolam D. D. Bayle Tholoſæ ſcriptam die 22. menſis Junii anno 1678. ad autorem Ephemeridum Eruditorum, in qua continetur compendioſa fœtus viginti ſex annorum hiſtoria. Margaretha Matthieu utero gerens circa finem noni menſis geſtationis ſuæ eos perpeſſa eſt dolores, iisque niſibus ſtipatos, a quibus vulgo vexantur parturientes. Lochia excrevit, ſed fœtus in lucem nequaquam prodiit; per viginti annorum ſpatium motus quosdam percepit variis cum incommodis, juxta quorum vehementiam chirurgum ſuum ordinarium efflagitabat, ut aperto ipſius utero illam ab importuno iſto onere liberaret, per ſex ultimorum annorum curriculum nihil amplius perſenſit; ſed nuperis hiſce diebus male ſe habens a chirurgo ſuo iterum expoſtulavit, ut ſtatim ab ipſius obitu, fœtum, quem geſtabat, ab utero educeret. Dicta muliere die 18. menſis Junii 1678. fato defuncta, die proxime ſubſequente cadaver illius apertum fuit: & fœtus mortuus in abdomine extra uterum repertus eſt, nullo cum utero vinculo conjunctus, capite inferiora verſus deturbato, natibus ad ſiniſtrum latus declivibus, altero brachio capiti impoſito, & altera tibia verſus exteriora implicata a ſiniſtro fœmore ad dextrum tendente &c. Cadaverculum iſtud octo libras, quarum unaquæque ſexdecim uncias valet, ponderabat. Cranium in plures partes erat diffractum, cerebrum conſiſtentia & colore unguentum roſetum referebat. Carnes rubro gaudebant colore iis in locis, in quibus epiploo adhæreſcebant. Partes omnes internæ marcidæ conſpiciebantur, colore nigro perfuſæ absque ullo ſanguinis veſtigio, ſi cor exceperis, per 25. encnos.

quia ſuperant omnem fidem phyſicam, cujus farinæ eſt etiam Ægidii de Hertoghe epiſtola ad Matthiam Cornarium (Cornacem) de geſtatione fœtus mortui per annos tredecim &c. cujus meminit Franciſcus Swertius in Athenis Belgicis. Maxime etiam ſuſpecta eſt obſervatio Alberti Kranzii de infante poſt biennium a matris ingravidatione in lucem edito, qui, uti paulo ante ex Marcello Donato adduximus, ſtatim a partu ambulare ac loqui potuiſſe ſcribitur, quale exemplum infantis per biennium in utero geſtati, qui loquebatur & ingrediebatur ex Joh. Wolffio refert Johannes Schenckius *fol. 581.* quia talis fœtus in utero nec greſſus formare, nec literas & ſermones pronunciare diſcere potuit. Hinc etiam Gregorius Horſtius inquit: in Marcello Donato nonnulla eſſe, quæ creditu ſint difficilia, quæque fabulam ſapiant, e. g. de quodam infante, qui in utero materno duos annos integros commoratus, editus vero in lucem poſtea, quaſi compenſaturus moram ſolus ambulaſſe & locutus eſſe dicitur &c. v. Frid. Nitzſch *Ephemerid. an. 1666. pag. 196 ſeq.* & Andr. Ottomar. Gœlicke *Medicin. forenſ. Specim. I. §. 31. p. 49.* Et Lazarus Riverius *Obſerv. med. Cent. II. Obſ. 100 p. m. 181.* ait: Hiſtoriæ a Schenckio collectæ, ex eo falſitatis arguuntur, quod aſſerant infantes in lucem editos ſtatim loqui cœpiſſe; At nemo neſcit, loquelam eſſe ex diſciplina.

§. 9.

Rara obſervatio. Rarior adhuc videtur mihi obſervatio, de muliere, quæ ſceleton mortui fœtus utero ferens denuo concepit, quam Marcellus Donatus *l. a. p. 436 ſeq.* his verbis recenſet: Anno Domini 1540. in caſtro Pomponii erat mulier, cui nomen Ludovicia, vocabatur tamen communiter, eo quod vaſti eſſet corporis, la cavalla. Hæc, cum antea utero demortuum fœtum geſtaſſet, jamque per vulvam corporis molliores partes putrefactæ profluxiſſent, intro oſſiculis corpuſculi derelictis, cum recte tamen valeret, iterum concepit; at cum male admodum ſe haberet, jamque in vitæ diſcrimen manifeſtiſſimum traheretur, forte advenit chirurgus quidam, qui mulie-

mulieris casu audito, se mulierem sanitati restituere tentaturum, dummodo illam ut mortuam manibus ipsius subjicerent, nummosque decem aureos, si sanaret, persolverent. Pactum recipiunt cognati pauperes. Homo hic audax, deligata muliere, opus aggreditur, dissectisque per longum abdomis musculis, peritonæo uteroque demum ipso sceleton mortui pueri extrahit, ablutoque utero vino calente, aromatibus quibusdam permixto sutura vulneris labia conglutinat, candentique ferro partem inconsutam inurit. Mirandum dictu sanata mulier stato tempore alterum fœtum peperit non solum vivum, sed nulla ex parte labefactatum, & postmodum non semel, sed quater concepit, utero gessit & feliciter enixa est &c. Alia gravida partui propinqua post casum, fœtum vitalem amplius non sentiens ab eo tempore bis concepit, & feliciter enixa est, restitante nihilominus adhuc semper priore fœtu cum ventris tumore, citra ullas ejusdem putrefactionis aut excretionis notas, uti ex Oswaldi Gabelchoveri observationibus refert Johannes Schenckius *Obs. med. Lib. IV. fol. 598.* In oppido scilicet Sindelfingen vixit femina, triginta circiter annorum, ea cum partui propinqua, sex nimirum vel septem septimanis ante expectatam partus horam, fallente glacie, supina dorsum muro illisisset, nihil amplius sensit vitale in fœtu, quem gestabat utero, neque tunc neque deinceps. Ventris moles eadem, nisi quod aliquandiu post lapsum increvit, ac deinceps iterum decrevit, sed non ex toto: sed neque mortuum edidit fœtum, nec menses, vel qualia in puerperio expurgari solent, ex eo tempore vidit. Interim tamen bis vel ter concepit totiesque vitales edidit fœtus: post partum tamen adhuc semper distentio ventris mansit, ita ut in ea fuerit omnino sententia, habere se adhuc in utero fœtum illum mortuum. Quod quamvis contrarium ex toto sit, fœtum in utero mortuum non putrescere: fœtu in utero hærente mortuo, alterum concipi, ac tandem in utero foveri, donec justo tempore in lucem edi possit: quia tamen post lapsum

illum adusque primi infantis a lapsu partum, nihil ex utero neque humoris, neque solidæ substantiæ, vel osseæ, vel carneæ exclusum sit, credidit Gabelchoverus, non computruisse quidem, sed in scirrhosam quasi abiisse substantiam infantem illum & quasi contabuisse. Albucasis *Chirurg. Lib. II. cap. 76.* memorat, mulierem suo tempore fœtum mortuum citra vitæ discrimen per longum temporis intervallum in utero circumportasse, demumque, priore non rejecto, iterum imprægnatam fuisse. Item Platerus observavit, aliquando vaccam, cum ob certas causas vitulum in lucem edere non valeret, nihilque inde gravius pateretur, paulo post iterum concepisse, & exacto certo tempore, alium vitulum vivum cum prioris sceleto simul peperisse, vid. Georg. Nymman. *Dissert. de Vit. Fœt. in uter. p. m. 22.* it. Corn. Stalp. van der Wiel *Obs. rar. Cent. post. Obs. 30 Sch. p. 322.*

§. 10.

recens exemplum. His autem observationibus ut aliam quoque eadem veritate, iisdemque, quibus mihi communicata est, verbis annectam, æqui bonique benevolus lector consulat.

Extract eines Schreibens aus Stutgard vom 28. Martii 1720.

Nun will ich auch etwas von hier berichten, welches iedwedern so lange unglæublich scheinen muß, biß ers mit Augen gesehen. Es ist nehmlich vor etwa 14. Tagen ein altes Weib von 92. Jahren gestorben; diese ist vor 46. Jahren schwanger worden, als aber die ordentliche Zeit zum gebæhren gekommen, hat sie vollkommene Geburts-Schmertzen und Wehen ausgestanden, gleichwohl ist kein partus, auch sonst nichts ediret worden, sondern die Schmertzen sind wieder nach und nach vergangen. Das Weib aber ist beständig darbey geblieben, daß sie das Kind noch im Leibe hætte, und fühlete sie nicht allein die ordentliche Bewegung, sondern hörete das Kind auch zuweilen weinen. Sie ist endlich von allen Medicis, Hebammen &c. verlacht worden, und zwar um desto mehr, weil sie ex postfacto noch zweymahl schwanger worden, und iedes mahl einen Sohn zur Welt gebracht, welche noch zu dato leben, und wieder geheyrathet sind.

ſind. Deſſen ungeachtet iſt das Weib conſtantiſſime darbey geblieben, das erſte Kind hætte ſie noch im Leibe; Dahero ſie von ihrem Beicht-Vater und einigen andern gleichſam einen Eyd abgenommen, daß man ſie dereinſt nach ihrem Tode mœchte œffnen laſſen, denn ſie wüſte gewiß, daß noch ein Kind in ihrem Leibe wære, welches vielleicht ſo verſchloſſen, daß es nicht heraus kœnte. Nun hat, wie gedacht, das Weib biß in ihr 92. Jahr gelebet und iſt vor 14 Tagen geſtorben, und biß an ihr Ende bey ihrer Meynung geblieben. Als man ſie nun nach ihrem Tode geœffnet, ſo hat ſich auf derſelben Seite, die das Weib beſtændig geklaget, in dem Horn der Gebæhr-Mutter, eine groſſe harte længliche Kugel, ſo groß als ein Kürbis, gefunden, welche von der Schalen ſo dicke, als faſt das Cranium eines Kalbes, geweſen. Dieſe Kugel iſt von einander gehauen worden, da denn in ſolcher ein vollkommenes Kind, ein Knæblein, zwar todt, aber doch gantz friſch, und in der Figur, wie ſonſt Kinder in Mutter-Leibe zu ſitzen pflegen, ſich gefunden, welches ſolchem nach gantzer 46. Jahr in Mutter Leibe gelegen. Nachdem Sereniſſimus und der gantze Hoff es geſehen, iſt es auf Tübingen zur Mediciniſchen Facultæt geſchicket worden, von dar es aber balſamirt zurück in hieſige Kunſt-Cammer gebracht und daſelbſt aſſerviret werden wird. Item:

Nachricht von dem aus einer 94. jæhrigen Frauen geſchnittenen 45. jæhrigen Kinde, aus Regenſpurg überſchrieben von dem 11. April 1720.

Das alte Weib von Leinzel, welches 45. Jahr ſchwanger geweſen, iſt vor etlichen Tagen geſtorben, ſo der Bader von Heubach geœffnet, bey welcher eine nicht gar runde Kugel, wie eine Kegel-Kugel, gefunden worden, deren Schale man mit einem Beil aufhauen müſſen, und iſt ſolche eines Fingers dicke geweſen, worinnen das Kind, wie in Mutter-Leibe lieget, und iſt ein Sohn, ſo das eine Hændlein auf dem Auge und das andere auf dem Knie, auch eine Nabelſchnure, wie ein anderes Kind hat. Man kan aber nirgends finden, wo das einigen Zugang gehabt, welches doch noch muß gelebet haben, als die Frau geſtorben, indeme es noch gantz friſch iſt. Obgedachte Schale iſt nicht eine Hirnſchale, ſo aber in des Weibes

bes Mutter angewachſen geweſen. Und iſt noch das græſte Wunder, daß dieſes Weib noch zwey Kinder darneben getragen und gebohren, ſo noch am Leben. Auf der Seite, wo die Schale angewachſen geweſen, iſt ſelbige weich, und vvenn das Kind heraus kœmmt, dürffte es wenigſtens drey Viertel-Ellen lang ſeyn. Da nun ſolche Kugel nacher Tübingen geſchikt worden, ſo wird das Kind allda erſt aus der Schale gethan werden.

§. 11.

confirmatur. Quantum autem his relationibus fidendum ſit, confirmat idem caſus in Ephemeridibus *Acad. N. C. Cent. X. Obſ. 48. p. 337* a Johanne Burckardo Mœgling ſequentibus verbis deſcriptus: Communico rariorem caſum oſſificationis chorii & fœtus ſemiſecliſenis, ſcilicet per quadraginta ſex annos in utero materno absque corruptione detenti. Undecimo enim die Martii anni 1720. in pago Leinzell, ad nobiles de Lang ſpectante, prope Gmündam Suevorum demortua fuit vetula 94. annorum, Anna *Müllerin*, & poſt mortem a duobus chirurgis Heubacenſibus, ſocero ac genero aperta, quod ſe jam a quadraginta ſex annis fœtum in utero geſtare, quicquid contradixerint alii, conſtantiſſime aſſeruiſſet; jam olim debito tempore & motum infantis & conamina partus admodum dolorifica, quanquam irrita, per integras tres ſeptimanas perpeſſa. Peperit poſtmodum ſucceſſive alios duos infantes, maſculum ac femellam, ambos adhuc in vivis, illum quidem venatoriam artem Biſchoffshemii exercentem, hanc ex occaſione invaſionis hoſtilis militi Gallo nuptam, nunc in Galliis degentem. Repertus autem fuit in utero hujus feminæ globus rotundus oſſeus, octo librarum civilium pondere, globum majorem conorum adæquans, *einer groſſen Kegel-Kugel gleich*, fundo uteri, mediante quadam carnea tunica adnatus, & in illo vi adhibita aperto fœtus humanus carne, cute, oſſibus, funiculo umbilicali præditus, non putridus, ſexus virilis & juſtæ fere magnitudinis. Veritatem hujus hiſtoriæ conteſtabuntur Johannes Chriſtophorus *von Lang*, Centurio Suevicus, dominus loci, & Johannes Michael *Weber*, paſtor

paſtor ibidem. Adfuerunt quoque ſcabini, duo teſtes, Georgius Gelinck & Blaſius Hartel. Die 10. Martii hic globus cum contento ſuo medicis Stutttgardienſibus primum, poſt pluribus aliis perſonis, præcipue ſereniſſimo duci ad ſpectandum exhibitus, & ex hujus mandato ad Doctorem Zellerum, in Thermis ferinis commorantem, ut illum pro ſua, qua pollet, peritia anatomica accuratius examinaret, Tubingamque deportatus fuit; ut de hiſtoriæ, quam ex originali, ut vocant, fideliſſime extraxi, veritate dubitare minime liceat. Occurrunt quidem circa illam adhuc dubia quædam; primum ratione ætatis defunctæ, quæ non adeo certa eſt, ſcilicet nullo teſtimonio publico comprobata; nam quinquagenariam adhuc parere, rarius contingit; interim tamen decrepitam fuiſſe vetulam ſatis conſtat: alterum, an in cavo uteri hæſerit hic tantæ molis tumor, procul dubio novam, & quidem binam conceptionem, quæ tamen facta eſt, impediturus, vel ſaltem partum eorundem ſecuturus? Annon potius in altera tuba Fallopiana (ſiniſtra forſan, quia effato chirurgorum ad ſiniſtrum latus deflectebat tumor ventris in demortua) fuerit detentus hic conceptus, ſenſim creſcens, & poſtea propter molem exitu fruſtratus, demortuus & obrigeſcente pedetentim in oſſeam duritiem chorio a putredine defenſus? Dolendum ſane hanc ſectionem non peregiſſe medicum doctum, chirurgis hiſce anatomiæ plane expertibus facile pro utero per ætatem & propter viciniam grandioris tumoris tantum non obliterato imponere potuit turgida atque hoc fœtu prægnans dicta tuba Fallopiana. (Stuttgardia Auguſtam Vindel. d. 6. April. an. 1720. miſſæ.)

CAPUT VII.

De gravidarum privilegiis.

§. 1.

QUandoque etiam graviditatis ſigna juris conſulti a medicis expetunt, ſi quando feminæ delicti cujusdam ſuſpectæ vel *Gravidarum privilegia.*

circa juramentum. etiam convictæ jurare & testimonium ferre, vel incarcerari, torqueri aut puniri debeant, in quibus & aliis casibus gravidæ multis gaudent privilegiis. Gravidæ enim, juxta Petr. Mülleri *Disput. de jure Prægnant. Cap. 4. §. 19. p. 39.* non coguntur jurare aut testimonium ferre invitæ in judicio *arg. l. 2. §. 4. ff. si quis caut. in jud. Bald. al. l. inviti. 8 ff. d. test.* ita ut teneantur comparere personali, ter in judiciis, si sunt propinquæ partui, quia est timor, ne pereant in via Marsil. *in Pract. crim. §. nunc videndum. n. 49.* Sed mittere debet judex notarium ad earum domum, ut jurent atque deponant. *arg. l. ad personas. 15. ff. de jurej.* Seb. Med. *de Cas. fort. P. II. Qu. 6. p. 168.* Fallit tamen 1) quando mulier prægnans est rustica & valens, ut eo tempore portet onera. 2) in meretrice prægnante, quia vilitas vitæ non meretur legum laqueis innodari. Fallit 3) in gravidis paucarum dierum &c. Juxta *§. 20.* gravidis interdum juramentum remittitur, quod credantur magis memores esse æternæ salutis. Brun *ad l. 18. de St. hom. n. ult.* Et Conradus Philippus Hoffmannus *de Insignior. Puerper. Tempor. cap. 1. §. 9.* ad quæstionem: An partui propinquis juramentum aut testimonii dictio remitti queat? respondet, quod non. Equidem Dd. in eam inclinant sententiam: prægnanti ob fœtum non posse imponi juramentum, imprimis purgatorium, cum torturæ æquipararetur, & propterea tortura spiritualis dicatur, & quod mulier accedendo in judicium in discrimen aliquod incidere possit, juxta *l. 2. §. 4. D. Si qu. caut. in jud. sist. cauf. non obtemp.* ita ut Brunnem. ad *l. 18. D. de st. H.* idem a commissariis observari fateatur. Fundamentis tamen hanc opinionem desticui recte asserunt Mevius *P. V. Dec. 81.* & Stryk ad tit. D. si qu. caut. &c. §. 8. cum hoc casu aut gravida, aut ejus fœtus nullum subeat periculum, præsertim si de re ad se non pertinente, jurato testimonium ferre teneatur. Recte tamen cit. Mevius & Stryckius & cum iis alii monent, gravidæ scil. qualitatem attendendam esse, an domi examinanda sit, an vero examen differendum. Si prius, judex notarium ad ejus domum mittere tenetur, ut

ut juret atque deponat. Si posterius, examen exacto puerperio instituendum. Nullatenus tamen examen vel domi peragendum vel differendum, si gravida adhuc longe distet a statu enitendi, vel ea sit persona rustica & valens, ut eo tempore onera portare possit, vel sit ea meretrix, aut alia persona vilis. Idem statuendum esse credimus, de jure Prussico, ubi *P. I. L. I. T. 35. A. 4. §. 2.* Testes domi examinandi sunt, *so da kranck und unvermœgend, oder sonst aus erheblichen Ursachen verhindert vverden.*

§. 2.

Ad quæstionem, an prægnans incarcerari, terreri, torqueri & puniri debeat? respondet Paulus Zacchias *Quæst. med. leg. Lib. I. Tit. 3. Qu. 1. n. 2 seq. fol. 86.* ubi torqueri mulierem oporteat, minus illud executioni demandari potest, ea gravida existente, *l. prægnantis. ff. de Pœnis.* Clar. *in §. fin. quæst. 64. n. 22.* Menoch. *de Arbitr. Jud. Lib. I. Quæst. 86. n. 10.* Farinac. *Var. quæst. & opin. comm. crimin. quæst. 41. n 78.* quod ampliat, ut neque verbis minitabundis terreri possit *num. 84.* sic & ubi damnari debeat ad ultimum supplicium, vel etiam ad corporalem aliquam pœnam, minus fieri potest, quamdiu utero gerit & differri executionem jubent *leg.* Clar. *ubi supra, quæst. 57. n. 5.* Covarr. *Var. resolut. Lib. III. cap. 4. Tom. 2.* Et Caspar Zieglerus in hunc locum addit: Non minus Romanæ gentis hunc fuisse legem, sed ab Ægyptiis primo latam, & ab iis a Græcis acceptam, tandemque ad Romanos dilapsam auctor est Plutarchus. Elegantia de consensu variarum gentium collegit Ægid. Menag. *Amœn. jur. civil. cap. 21.* Hinc adeo statuunt Dnd. non valere confessionem factam a muliere prægnante tortura. Joh. Bapt. Bajard. *ad Jul. Clar. quæst. 64. num. 77.* Francisc. Cason. *de Torment. cap. 10. n. 6.* Soletque ab JCtis nostris sententiæ criminali adjici, differri debere vel quæstionem vel pœnam corporis afflictivam, usque dum partum enixa fuerit mulier, & sex septimanæ deinceps exactæ. Et *Lib. VI. Tit 2. Qu. 2. n. 4 & 5. fol. 524.* inquit idem Zacchias: Primus torturæ gradus est, cum judex minatur *circa tor-turam.*

natur reo tormenta ipsumque terrere studet, ad veritatem ab illo eliciendam, & ab hoc primo torturæ gradu (licet abusive tortura dicatur) nemo excipitur, nisi mulier utero gerens, ut unanimiter sentiunt Dd. omnes, quia, si gravidam deterreas, fœtum abjicere facile coges. Item *Quæst. 4. n. 19. fol. 532.* docet, quod mulieres, si utero gerant, si puerperia habeant, aut si lac præbeant, a chordæ tormento excipiantur, & multo magis; Et hoc in quocunque prægnantiæ tempore procedere, non sit dubium. Sic Petrus Müllerus *Disp. de Jur. Prægnant. cap. 4. §. 6. p. 32.* inquit: Feminis gravidis quoad incarcerationem pro debitis parcendum Manz. *Patrocin. debit. depaup. Dec. I. Qu. 7. n. 74.* imo nec ob maleficia includi carcere debent, ubi frigore affliguntur carceratæ, manicæque ferreæ & ferrei compedes circumponuntur. Natt. *Conf. 319. n. 3.* etiamsi consuetudo esset in contrarium, quod etiam mulieres incarcerentur, vel mulier infamis aut impudicam vitam agens ad instar viri in carcerem vel aliam custodiam mitti possit. Prolixe etiam §. *8 seq.* de gravidarum pœnis agit idem Müllerus: Prægnans, inquiens, torqueri non potest, nisi post editum partum, etiamsi sit ancilla, & prægnans ab alio, quam a marito; semen enim hominis, ex qualicumque homine, Dei creatura est, ac propterea custodiendum, etiamsi in carcere concepisset fraudulenter & dolose, causa evitandæ torturæ. Bald. *ad l. 13 ff. de stat. hom. lat. 1. vel. 2.* Jodoc. Damhoud. *Prax. crim. c. 41. n. 6.* Ratio est, quia feminæ prægnantes ut plurimum infirmæ & debilis sunt constitutionis, adeoque ab tormentorum dolores facillime damnum vitæ sentire possunt. §. *9.* ampliatur, quod ne quidem post partum editum, nisi elapsis quadraginta diebus, quia propter corporis imbecillitatem infra id tempus posset mori, debet ergo expectari, donec sit fortis ad torturam.

§. 3.

ratione territionis. Juxta §. *11 seq. p. 36 seq.* mulier prægnans, quæ cum dolore torqueri nequit, ne territione quidem reali, quæ fit, quando rea ad

locum

locum torturæ per carnificem ducitur & funibus alligatur, absque elevatione tamen corporis, terreri potest. Nec potest vicina partui relegari seu confinari, sed differtur executio, si fuerit condemnata, donec pariat, ut ne ex hoc partus patiatur detrimentum scilicet si procul sint confinia, si iter asperum sit subeundum aut salvo ventre ex regione, ultra quam releganda, haud migrare queat. Facile enim posset partum deponere in itinere. Non potest puniri pœna corporis afflictiva, sed gaudet privilegio dilationis, nedum intra 40. dies, dum decumbit, sed etiam post, donec nutrix filio reperiatur &c. *& relegationis.*

§. 4.

Conradus Philippus Hoffmannus *de Puerper. Tempor. cap. 1. §. 8. p. 9.* ad quæstionem: Num gravida ob debitum vel delictum incarcerari possit? respondet de jure civili, quod non, cum illud mulieribus singulare de non carcerando indulserit privilegium. Justinus enim *in Nov. 134. c. 9.* unde desumpta est *Auth. sed hodie, C. de Off. div. Jud. & Auth. hodie. C. de Cust. reor.* expresse prohibuit, mulierem ob debita carceri includi, multo magis prægnantem, secus tamen se res habet in criminalibus, ubi publica vindicandi scelera necessitas quoad mulieres in genere suadet. Cum vero de jure civili ægroti carcerati relaxentur, si forte in carcerem conjecti ægrotare incipiant, certe multo magis prægnantibus id privilegium indulgendum erit, cum ægrorum privilegiis gaudeant. De jure Prussico tamen *P. III. L. VI. T. 1. A. 8. §. 1.* prægnantes incarceratæ non relaxantur, sed saltim ibidem usque ad tempus puerperii mitius tractantur, ibi: *Wenn die gefangene Person kranck oder NB. schwanger, und die Zeit ihrer Niederkunfft herannahet, soll der Richter Sorge tragen, daß das Gefängniß leidlicher gemacht, und dergleichen gefangene Person in einer Stube oder Cammer, bey dem Gefangen-Wärter, oder sonst an einem leidlichen Orte, worzu die Obrigkeit Anstalt zu machen hat, verwahret, und die Zeit der Genesung oder Niederkunfft allda abgewartet werde.* Ad quæstionem, num mu- *ratione incarcerationis.*

lieris, uterum geſtantis, relegatio poſt editum partum differenda, diſtinguendo reſpondet §. *10. p. 11.* ſcilicet ſi partui ex relegatione periculum imminet, v. g. quando confinia a loco habitationis longe diſtent, vel iter aſperum ſit ſubeundum, aut tempus parienti inſtet, hoc caſu relegatio poſt partum ſit differenda. Si vero omne ejusmodi periculum ceſſet, relegatio non ſit differenda. Item ad quæſtionem: an mulier nondum edito partu, torqueri aut terreri poſſit, negative reſpondet, idque autoritate Pauli & Ulpiani corroborat, hujusque legis duplicem ex Carpzovio adfert rationem 1) ut partus ſalvus & illæſus ſervetur, 2) ne ipſamet femina prægnans, quæ plerumque debili eſt corpore, ex tormentorum doloribus damnum vitæ ſentiat. Imo poſt partum editum dies quadraginta expectandi, donec puerpera ad torturam pervenire queat. Cur vero puerpera neque intra quadraginta dies poſt puerperium torturæ ſubjiciatur, hæc eſt ratio: tum quod purgationes puerperii ordinarie per quadraginta dies durent, tum imprimis quia ceſſante etiam puerperio venæ adhuc hiant, & apertæ ad hoc usque tempus in plurimis remanent, ad expurgandas ſuperfluitates in uteri ſubſtantia a partu relictas, ex quo periculoſus excitari poteſt morbus. Neque hic tempus attenditur, an gravida proxima ſit partui, an vero ante paucos ſaltim dies conceperit. Plura vide ibidem §. *14. p. 15 ſeq.*

§. 5.

Ratione torturæ. Secundum Fortunat. Fidel. *de Relat. medicor. Lib. II. Sect. III. cap. 4. p. 233.* immunes ab equulei tormento mulieres ſunt, quæ uterum gerunt, atque ultimis præſertim geſtationis menſibus, facile enim a moleſtiſſima illa concuſſione ſuſpenſioneq; fœtus, vincula diſrumpuntur ac neceſſarius abortus ſequitur. Secundum Pauli Ammanni *Prax. Vulner. lethal. Dec. II. Hiſtor. 8. p. 192 ſeqq.* quæſtio vel tortura de prægnanti haberi non debet, ſed nec terreri prægnans poteſt. Et confeſſio ex prægnante extorta in tormento vel comminatione, nulla eſt. Item ſecundum Herm. Frid. Teich-

Teichmeyer. *Inſtitut. med. leg. cap. 25. Qu. 3. p. 248.* gravidæ abſolute a tortura, ſi non omnimode, tamen ad certum tempus liberantur. Hac enim de re expreſſa lex reperitur *leg. 3. ff. de Pœnis.* Ratio tam a fœtus, quam matris parte eſt petenda. Fœtui enim, qui adhuc in ventre eſt, non nocere debet calamitas matris. Maximum autem detrimentum ei imminere, ſi mater torqueatur, obſcurum eſſe non poteſt illi, qui conſiderat, quod fœtus per vaſa umbilicalia & placentæ cum utero matris cohæreat, & per ea nutrimentum ſuum capiat. Quodſi igitur mater in ſcala pendere cogeretur, aut funibus hinc illinc cum impetu traheretur, vincula illa facile lacerarentur, ſicque embryo ſuo privaretur nutrimento. Ergo ad abortum neceſſario fœtus promovetur. Talis tortura neque ultimis menſibus, neque primis diebus poſt conceptionem permittenda; ultimis menſibus fieri non poteſt ob molem fœtus, qui facile a levi & extraordinario motu matris læditur, teſte experientia &c. Ad quæſtionem, num mulier gravida, nondum edito partu, torqueri aut terreri poſſit? negando reſpondet Conradus Philippus Hoffmannus *de Puerper. tempor. cap. 1. §. 12. pag. m. 13 ſeq.*

§. 6.

Poſt territionem & torturam progredimur ad ipſam gravidarum pœnam, quam, imprimis ſi fuerit capitalis, usque poſt partum differre ſolent. Quod ſi enim ad mortem mulier ſit condemnata, inquit Petrus Müllerus *l. a. §. 14. p. 37.* gaudet itidem prægnans dilatione ſupplicii *Covarr. l. 4. Var. Reſ. c. 4.* quia filius pro matre puniri non debet, cum pœnæ perſonam non egrediantur. Notandum tamen, ſi ad mortem mulier prægnans ſit condemnata, executionem, ſecuto partu non differri, quia non expectandum, donec mulier fiat talis valetudinis, ut abſque periculo illam pœnam pati poſſit. De muliere prægnante, quæ capitis damnata, Claudius Ælianus *Var. Hiſtor. Lib. V. cap. 18. fol. m. 433.* ita ſcribit: Judices Areopagitæ, cum veneficam mulierem deprehendiſſent, *Circa pœnam.*

& eam morti tradere vellent, non prius ipſam interemerunt, quam partu liberaretur. Poſtquam vero peperit, quod conceperat, ſolventes a damnatione innocentem infantem, eam, quæ commeruerat ſupplicium, ſolam morte mulctarunt. Pluribus etiam de quæſtione, an mulier prægnans ad mortem condemnata dilatione ſupplicii gaudeat? agit Conradus Philippus Hoffmannus *de inſignior. Puerper. tempor. cap. 1. §. 14. p. 15 ſeq.*

§. 7.

De gravidarum pœna differenda.

De differenda gravidarum pœna inquit Andreas Ottomarus Gœlicke *Medicin. Forenſ. Specim. V. §. 2. p. 80.* Quæſtio de exploranda puellæ imprægnatione præſenti tanto magis neceſſaria, quo certius judicis intereſt, de eadem ſufficienter convictum eſſe: quia leges ejusmodi perſonarum eam habuere rationem, ut damnatarum, nempe vel conſumendarum, vel quacunque alia ratione capitaliter puniendarum, vel corporaliter ſaltem affligendarum, v. g. tormentis ſubjiciendarum, vel virgis cædendarum, pœna differatur, quoad pepererint, idque a plerisque religioſe obſervatum eſt, niſi quod imperator Claudius nullo commiſerationis ſenſu erga miſeras tales perſonas tactus eſſe videatur, qui ne quidem ab ultimis prægnantium mulierum ſuppliciis abſtinuit, peſſime ideo apud plerosque audiens. Recte interim jura ſic diſpoſuiſſe videntur; quia, cum innocens fœtus nihil peccaverit, eidem quoque pœnæ, cui peccaminoſa mater merito ſubjacet, ſubmitti jure nequit: Unde prudenti providentia hic opus eſt, ne vindicta divina in ejusmodi minus circumſpectum judicem derivetur, ſi ſupplicio ultimo gravidam deſtinet, ſicque innocentem fœtum una cum matre nocente perimat, qualem caſum tragicum Lutetiis Pariſiorum aliquando contigiſſe, allegavit Ammannus in Irenico.

§. 8.

Ratione fuſtigationis.

Inter pœnas corporis afflictivas ſatis nota eſt virgarum vel fuſtium ictus ſive fuſtigatio, quam pariter in gravidis usque poſt par-

partum differendam, vel in aliam pœnam v. g. relegationem permutandam autores ſtatuunt. Scribit enim Petrus Müllerus *Diſſ. de Jure Prægnant. cap. 4. §. 13. pag. 36 ſeq.* Non poteſt puniri gravida pœna corporis afflictiva, ſi pati debeat amputationem membri, aut ictus ſaltim. Quod ſi non reperiatur nutrix, propter defectum pecuniæ, debet ſolvi pecunia ex publico, adeoque non differri executio *Arg. l. 1. C. pro quibus cauſ. ſervi pro præm. lib. accip.* ſecus ſi propter defectum perſonæ. Moribus noſtris ſi pœna fuſtigationis mulieri per paucas ſeptimanas prægnanti dictanda veniat, minime differenda executio, cum moderatione tamen fuſtigenda, ne is, qui in utero eſt, lædatur. Riche *p. I. Dec. 7. n. 3. inf.* Sin ad medium pariendi tempus pervenerit, *voenn ſie über die Helffte iſt*, tunc merito fuſtigatio differenda, ne abortio contingat. Dechman. *de privil. mul. th. 58.* & præterlapſis demum ſex ſeptimanis executioni mandanda. *Phil. lib. 1. Inſt. Ecl. 36. circ. fin.* Sequentia docet Conradus Philippus Hoffmannus *de inſign. Puerper. Temporib. cap. 1. §. 11. pag. 11 ſeq.* Ob favorem partus in utero exiſtentis cum prægnans delinquens relegari ordinarie nequeat, quæritur: Num pœna corporis afflictiva ea affici poſſit, veluti fuſtigatione, abſciſſione digitorum, amputatione manus, inuſtione ſtigmatis, & quæ ſunt reliquæ pœnæ corporis afflictivæ? & reſpondet Hoffmannus, quod non; cum terrore & cruciatu gravida facile eo adigi poteſt, ut abortum faciat; inde non ſolum intra 40. dies, dum decumbit, ſed & ante & poſt puerperium ejusmodi pœna affici nequit, donec infanti nutrix reperiatur. Diſtinguenda tamen & hinc veniunt tempora puerperii. Si enim gravidæ tempus pariendi longe diſtet, ex praxi pœna fuſtigationis ordinaria in extraordinariam, ſcilicet relegationem, commutari ſolet, ne ea longiori incarceratione ſanitatis ſentiat jacturam ipſeque fœtus de vita periclitetur. Inde hunc in modum tum ſententiam concipi refert Wildvogel *in Diſp. de Jure Embryon. cap. 4. th. 17.* *Es wolle denn die Obrigkeit in Anſehung, daß die Gefangene ſchwangern*

Leiber ſich befindet, und annoch eine geraume Zeit zur Geburt vor ſich hat, den Staupenſchlag in die ewige Verweiſung verwandeln, ſolches wuͤrde ſie zu thun wohl befugt, und wuͤrde ſo dann die Verweiſung nach Erſtattung der Unkoſten und abgelegter Urfehde billig vollſtrecket. Aut fuſtigari ea ſolet cum moderatione, ne is, qui in utero eſt, lædatur. Si autem ad medium pariendi tempus pervenerit, *wenn die Geburt zur Helffte gekommen*, & fuſtigatio decreta diffe-renda, ne abortio contingat, & quidem poſt ſex ſeptimanas edito partu exequenda eſt, & tunc ea cum moderatione, ne per fu-ſtigationem alimenta infanti detrahantur. Inde in ſcabinanibus ita ordinarie ejuſmodi in caſu pronunciari refert citatus Wildvo-gel *l. a.* *Dieweil die Veſtal ſchwangern Leibes iſt, ſo wird die Exe-cution ſolcher Leibes-Straffe, biß ſie des Kindes geneſen, und ihre Sechs-Wochen um ſeyn, billig eingeſtellet, und folgends im Streichen eine ſolche Maſſe gehalten, daß dem Kinde, da ſie es ſelbſt nehren wird, an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehe.* Tale moderatæ fuſtiga-tionis exemplum recenſet Paulus Ammannus *Irenic. pag. 102. 697.* Gravida inquiens, nec torqueri, nec fuſtigari poteſt, dum nutrix filio non datur, hinc *Meyer-Mariegen* 1679. virgis non cædeba-tur, ſed ſolum tangebatur iisdem, ob puerum lactentem; quod experta quoque eſt formoſa Lipſienſium Pharyne (cognomine *Blau-Pelzgen*) flagellatæ memoriæ, quæ 1653. hora quarta matutina, ſine pompa, ſine comitatu, ſine campaniæ ſonitu, virgis ſo-lum titillabatur. O imperſcrutabilem judicis affectum! o pene-trantiſſimam interceſſionem amaſii! hic optinet axioma: Favo-res ſunt ampliandi. Scortum quoddam, quod magiſtratus mi-nime gravidum putabat, virgis cædebatur. Verum poſt pau-cas ſeptimanas abortiebat gemellos, ictus virgarum in dorſo refe-rentes, uti ex autopſia recenſet Philippus Salmuth *Obſ. med. Cent. II. Obſ. 14. p. 65 ſeq.*

§. 9.

Quamvis autem duo hi caſus favorabiles fuerint in delin-quen-

quentes; satis tamen tragicum ibidem, ex D. de Caux addit Ammannus *l. a. p. 108.* ubi gravida Parisiis suspendio extincta, & quidem ex incauta obstetricum & chirurgorum relatione. Hunc casum ita recenset Johannes Riolanus *Anthropograph. Lib. VI. cap. 2. fol. m. 366.* Anno Domini 1612. die 22. mensis Maji, gravida mulier dicta Genovefa Supplice, omen in nomine, Lutetiæ suspensa fuit. Illa cum esset obesa, pingui aqualiculo & opulentis mammis prædita, vacua nec fœta ab obstetricibus & chirurgis ad visitationem convocatis judicata fuit, ideoque ob insignia furta extremo supplicio affecta fuit; ipsa tamen muliere ad extremum usque vitæ spiritum pertinaciter asseverante, se gravidam esse & motum infantis persentire. Cadaver a judice criminalium causarum ad usum anatomicum impetravi, & in scholis medicinæ, multis Doctoribus medicinæ præsentibus, & ferme trecentis tam Philiatris, quam literatis viris ad hoc rarum & mirabile spectaculum confluentibus dissecui, atque per duos dies consequentes quatuor lectionibus anatomicam fœtus humani historiam enarravi atque demonstravi. Mulier quinque menses erat gravida, ut ex fœtus magnitudine & perfectione cognitum & decretum fuit. Ante dissectionem in partibus externis multa observavi notatione digna, ex mammis pressis lac stillabat, papillæ areola multum amplificata erat, umbilicus foras prominebat, orificii externi carunculæ subtumidæ erant, nec discretæ, sed membranosum veluti circulum simul junctæ & unitæ effingebant. Aperto ventre inveni testes planos & albicantes, medii uteri lateribus accumbentes. Tuba uteri non erat amplior, quam in muliere vacua spermatica vasa deferentia minimi digiti crassitiem æquabant, dextrum majus erat sinistro. Vasis ejaculantis distributio manifesta erat, e medio testiculo productum, cum pervenit ad fundum uteri, in tres surculos dividebatur: unus tubam uteri petebat; alter fundum uteri penetrabat, tertius corpus uteri perreptabat usque ad orificium internum cervicis. Ejaculatorium sinistrum majus

Gravida suspensa.

erat

erat dextro. Uteri ſubſtantia ubique digito craſſa erat, inſtar ſpongiæ fibuloſa & carnoſa. In fundo fiſtulæ & cavernulæ amplores erant, quam alibi. Nulli per uteri ſubſtantiam venarum ramuli diſperſi erant, ſed evidenter conſpiciebatur hypogaſtricarum venarum & arteriarum diſtributio, & ab infernis partibus ad ſuperiores ſanguinem efferri. Hypogaſtrica vena pollicari craſſitie erat. Verum uteri collum durum erat ac veluti calloſum, mucoque aliquam glutine obturatum. Pudoris ſinus venoſus & carnoſus, ſed ejus pars inferior recto inteſtino agglutinata carnoſior, ac venoſior apparebat. Utero diſſecto vidi placentam fundo uteri affixam fibrarum interventu, videturque toto ſuo corpore ab utero exſugere ſanguinem absque mutua venarum oſculatione ſine anaſtomoſi. Placenta vero digiti craſſitiem æquabat. Inciſis membranis tres aquæ libras eduxi urinæ ſimillimas. Fœtus autem ſuis adhuc aquis innatans poterat in omnem partem moveri; nam digito pulſus huc & illuc celeriter inſtar globi revolutus circumferebatur. Inde cognovi ſictum fœtus in utero, qualem auctores anatomici deſcribunt ſictum & commentitium eſſe. Duas tantum membranas obſervavi, chorion & amnion. Umbilicus ſeſquipede longus erat, circa pueri os nullo modo contortus. Fœtus vero ſua membra ſic habebat compoſita, pedum calcanea nates tangebant, manus complicatæ erant, cubiti femoribus innixi, manibus ſupra genas poſitis caput ſuſtinebat. De uxore gravida cum marito ſuſpenſa, quæ, cum per quatuor horas pependiſſet, gemellos vivos jam mortua peperit. vid. Guilh. Fabric. Hild. *Oper. ſal. m. 906.*

§. 10.

Judicis cautela. Circa ejusmodi autem gravidarum feminarum torturam atque pœnam ante omnia judex de ſuſpectæ perſonæ imprægnationis certitudine, ab obſtetricibus & chirurgis, vel potius a peritis medicis exploranda, ſit ſollicitus, ſiquidem ſi judex dolo malo prægnantem tormentavit, juxta Petr. Müller. *Diſp. all.* §. 10. *pag.* 35.

puni-

puniendus eſt arbitrarie juxta perſonæ qualitatem, Farinac. *de Indic. & tort. Qu. 41. n. 98.* quia eſt homicida. Bald. *ad l. 18. de ſtat. hom. lat. 1. rel. 1.* Non vero tenetur, ſi poſuit eam in tortura, quæ ob id fecit abortum, quando medicus illam non prægnantem aſſeruit. Farinac. *ib. n. 85.* Sed fecit judex, quod ſui fuit officii, cum dubitans, an mulier eſſet prægnans, conſuluit obſtetrices & medicos, qui de credulitate depoſuerunt ſuper mulieris prægnantia, quandoquidem feminæ ſe gravidam dicenti, ad effugiendam torturam, nullatenus creditur, nec mulier confeſſione ſua eo tempore, in tortura, facta ſibi præjudicat, *arg. l. 20. de Quæſt.* Balduin. *in l. 18. de ſt. hom. lat. 1. rel. 1.* Marſil. *in pract. §. nunc videndum. n. 48.* Utrum vero ejusmodi delinquentium feminarum inſpectio atque imprægnationis indagatio ſolis obſtetricibus a judice ſit committenda, vid. Andr. Ottomar. Goelick. *Medicin. Forenſ. Specim. V. §. 3. p. 81.* & alibi, ubi de obſtetricum ignorantia egimus.

§. II.

Incarceratarum gravidatio ſimulata.

Cum etiam quandoque feminæ ob delictum aliquod incarceratæ juxta Conr. Philipp. Hoffmann. *de inſign. Puerper. tempor. cap. 1. §. 12. pag. 14.* pro evitanda tortura & vita prolonganda in ipſo carcere fraudulenter atque doloſe conceptionis ſeu imprægnationis occaſionem quærant, vel etiam ſe ipſas pro gravidis venditent, quid mirum, quod nonnunquam poſt mortem vel executionem etiam ab aliis falſo pro gravidis habitæ fuerint, juxta quæſtionem magiſtratus Querfurtenſis ad Facultatem medicam Lipſienſem: An decollata fuerit gravida? *Dieſelben erinnern ſich groſsgünſtig, daß auf ergangenen Fürſtl. gnædigſten Befehl ihnen neulicher Zeit, nehmlich am 6. Maji, ein Cadaver zur Anatomie abgefolget vvorden. Wenn denn ſeithero allhier ein ſtarcker Rumor unter dem gemeinen Pœbel entſtanden, ob ſolte das decollirte Cadaver bey der Anatomie vvieder ſchvvanger ſeyn befunden vvorden, und man gleichvvohl an fleiſſiger Bevvach und Vervvahrung hieſiges Ortes nichts ermangeln laſſen, dem Landknecht ſolche auch treulich anbefohlen vvorden, zu dem auch die*

allhier in Haffi gewesene Inquisitin, wenn sie dergleichen an ihr verspühret, es wohl entweder denen Gerichten, oder dero Beicht-Vater würde entdecket, und ihr Leben dadurch noch eine Zeitlang (wie sie ohne dem Ausflüchte genung gesucht) gefristet haben würde. Als ergehet an meine Hochgeehrte Herren mein freundlich Bitten, Sie wollen grosgünstig geruhen, mit wenigen zu benachrichtigen, wie sie das decollirte Cadaver bey der Anatomie befunden, und ob dem entstandenen Rumor zu glauben oder nicht? Damit man so dann, wenn dem so gewesen, entweder inquiriren, oder wiedrigenfals denen Leuten das Maul gestopffet werden mœchte. Solches &c. Q. den 28. Octobr. 1671. Negative autem a Facultate medica fuit responsum, quoniam ex autopsia constitit, nullum adfuisse in decollato cadavere fœtum. vid. Paul. Amman. *Prax. Vuln. lethal. Dec. II. Hist. 8. p. m. 190 seq.* & Joh. Fr. Zittmann. *Medicin. Forens. Cas. 83. Cent. I. p. 299 seq.* ubi sequentem cribrationem Ammannus annectit: Facinorosæ non puniendæ nec capite plectendæ, nisi certo sciat judex, an sint gravidæ, nec ne? nec fustigandæ gravidæ, ne fœtui innocenti stigmata imprimantur. Exemplo sit Ursula Porcarum anno 1667. Hæc propter iteratum perjurium, dum civitatem vel territorium nolebat vitare, capitis supplicio a judice sanguinolento erat damnata. Ego debebam ex instructione cum obstetricibus in nosocomieo explorare, an sit gravida, & meam categoricam dicere. Sed propter obesitatem personæ (nam simulabat ingravidationem) & incertitudinem rei, nil certi poteram determinare, & suspendebam meum judicium. Physicus autem D. Welschius, mihi contrarius, post me missus a senatu ad idem individuum, categorice pronunciabat, illud non esse gravidum, quia venter non tumeat, quia mammæ non crescant turgidæ. Ipsa misera adjudicatur gladio, sed confessionarii relatione, quod ipsa esset simplex, (*alber*) perpetuis carceribus fuit adjudicata. Post iterum vixit in libertate, nupta viro obiit epileptica in dystokia. De ejusmodi graviditate simulata scribit Dio-

Dionis *Trait. des Accouchem. Lib. I. cap. 8. p. 77.* Il arrive ſouvent, que des femmes condamnées à la mort, declarent, qu' elles ſont groſſes; Ceux qui ſont appellez par les juges pour les viſiter & en decider, ne doivent point imiter cette ſage-femme, qui dans une pareille occaſion dit aux juges, que la criminelle n' etoit point groſſe, à laquelle ayant été executée, on trouva dans la matrice en la diſſequant publiquement, un enfant de trois mois & demi. Il eſt vray qu' il y a pluſieurs de ces malheureuſes, qui ſe diſent groſſes pour differer leur punition; mais il vaut encore mieux la retarder de quelques mois, jusqu' à ce que l' on ait des preuves certaines, qu' elles ne le ſont pas, que de riſquer de faire perir enfant avec ſa mere.

§. 12.

Denique circa gravidarum mortem & ſepulturam adhuc notandum, quod, ſive in partu, ſive ante eundem morbo quodam vel alio caſu vitam finiant, non ſtatim ſepeliri, ſed ſaltim per ſectionem aperiri debeant, ſiquidem interdum matre jamjam defuncta fœtus in utero adhuc detentus per aliquot dies ſupervivere, nonnunquam etiam excludi obſervantur, uti in tractatu de Fœtu & Partu videbimus. Ne itaque fœtus ſupervivens ſimul pereat, vel ſepultura prægnantium per aliquot tempus differatur, vel gravidæ ſine apertura ſive ſectione non ſepeliantur, ſiquidem experientia conſtat & exemplis, fœtus quam plurimos inciſo utero feliciter extractos atque ſervatos fuiſſe, ſcribit Baldaſſar Timæus à *Güldenklee Reſponſ. 50. Oper. p. 1083.* quin & ipſa lex regia vetat, mulierem, quæ prægnans mortua eſt, humari, antequam fœtus ex utero incidatur; ſecus qui fecerit, ſpem animantis cum gravida peremiſſe videtur. Inquit etiam Johannes Riolanus *Anthropograph. Lib. VI. cap. 8. fol. 389.* ſi contingat, mulierem nono menſe gravidam morbi violentia perire, vel in ipſo pariendi conatu convulſionibus enecari, ſi parentes, ſi amici, conjux prolem *Gravidarum ſepultura.*

deſiderent, conſuevimus ſtatim atque extincta eſt mater, ex medicorum & chirurgorum adſtantium certo judicio & accurato examine, baculo in os indito, matris mortuæ ventrem aperire, ut fœtus extrahatur; ſicque vidimus plures ſalvos & incolumes eductos fuiſſe; Hæcque pia & ſalutaris fœtui, nequaquam mulieri mortuæ crudelis operatio, fieri deberet in qualibet prægnante mortua juxta edictum juris conſulti. Sic Guilhelmus Fabricius Hildanus *Reſponſ. ad Mich. Doring. Oper. fol. 905 ſeq.* ad quæſtionem, an prægnans mortua cum fœtu ſit ſepelienda? ita reſpondet: quorundam diffamatorum atque inſidioſorum hominum impudentia ſimul atque inſcitia notanda eſt. Illi enim, ſi medicus aut chirurgus abdomen prægnantis mortuæ inciderit fœtumque extraxerit, rem crudelem ſimul & inhumanam eſſe exclamant, quod dicere profecto inſulſum, parumque modeſtum eſt, quaſi vero medicus fidelis crudelis cenſeri debeat. Hoc ſane genus hominum, ſi finem medici recte perpenderent, nihil crudelitatis nihilque inhumanitatis in hac operatione invenirent, quin potius illam non ſolum neceſſariam & licitam, ſed ab ipſis quoque ethnicis approbatam & ſancitam eſſe, Chriſtianamque inſuper charitatem eam a nobis requirere intelligerent, percipererentque. Duabus autem de cauſis abdomen prægnantis mortuæ inciditur. Primo ut ſitum fœtus in utero medicus exacte annotare, ſecundo ut infans conſervari poſſit. Sæpiſſime enim prægnans propter cauſam aliquam, aut morbum, veluti hæmorrhagiam, lipothymiam, apoplexiam aliosque morbos acutos, vita ſubito privatur, infans vero, etiamſi ita debilis ſit, ut interim, dum prægnans in agone verſatur, in utero ſeſe movere nequeat, poteſt ad tempus vivere. Hæc perpendens antiquitas, ne fœtus, extincta matre, & ipſe ſuffocaretur ſimulque periret, prudenter & optime conſtituit, ut extincta matre per apertionem abdominis extraheretur. Legem autem regiam non ſolum per excellentiam regiam appellant jurisconſulti, verum etiam, quia a Numa Pompilio

pilio, secundo Romanorum rege, sancitam fuisse creditur. Quæ si a Christianis ubivis observaretur, multi procul dubio infantuli, qui nunc, extincta matre, in utero suffocantur, conservarentur, multique parentes quietiorem conscientiam conservarent. Plura alibi, de Partu cæsareo, reperies. Et Gregorius Nymmanus *Dissert. de Vit. Fœtus in uter. p. 3 seq.* ostendit, fœtum in utero propria vita vivere propriasque vitales actiones edere, & extincta genitrice ad temporis aliquod spatium non raro superstitem manere, vivumque ex matre demortua aliquando eximi posse; ideoque in bene constitutis rebuspublicis non concedendum esse, ut vel ulla gravida, nisi prius per sectionem abdominis ex ejus alvo infans extractus fuerit, sepeliatur, ne forsan, quod sæpe accidit, vivens adhuc fœtus cum matre mortua eodem tumulo contegatur. Cum proinde talis casus non sit insolens, juxta Thom. Bartholin. *Act. Hafn. Vol. II. Obs. 35. p. 92.* in more positum habent nonnullæ mulieres, quando gravidarum funera curant, in loculo ferali acus, forfices filumque addere, superstitione accedente, quasi manes istis instrumentis indigerent in resecando ligandoque umbilico prodituri fœtus ex cadavere matris; Cumque observatum, in loculis defunctarum prægnantium nonnunquam fœtus ex utero prodiisse, ne via præcludatur, divaricatis cruribus reponuntur matres mortuæ.

CAPUT VIII.

De gravidarum symptomatibus.

§. 1.

GRavidæ autem vocantur, atque ab hactenus recensitis torturæ, fustigationis aliisque ejusmodi pœnis immunes sunt non solum illæ feminæ, in quibus post veram conceptionem, tam simplicem, quam duplicem, sive quando, mediante coitu fœcundo, unicum vel duo aut plura ovula in ovariis fœcundata secundum *Gravidi-tas duplex.*

ordinarium naturæ motum per tubas Fallopianas ad uteri cavitatem devolvuntur, ut ibidem ovulo incluſus embryo poſtmodum a continuo alibilis ſucci affluxu indies melius formatus magis magisque creſcat & augeatur, usque dum circa partus tempus perfectionem ſuam adeptus genitales matris ſuæ partes penetret; ſed aliis quoque feminis graviditatis nomen tribuitur, quarum ova poſt imprægnationem non per dictas tubas ad uteri cavum protruduntur, ſed vel in ipſo ovario permanent & ſucceſſive incrementum ſumunt ipſeque embryo perfectionem ſuam ibidem acquirit; vel quando tale ovulum fœcundatum equidem a tuba Fallopiana excipitur, eidem vero inhærens ab ulteriori in uteri cavitatem ingreſſu a quacunque cauſa impeditur; vel denique quando dictum ovulum hanc tubam non ingreditur, ſed ſtatim in abdominis cavitatem prolabitur, ibidemque parti cuidam affixum manet, donec talis fœtus vivus pereat & a putrefactione penitus corrumpatur, vel ibidem exſiccatus per totam matris vitam permaneat: vel etiam cum vel ſine gravidæ matris morte ex ipſius abdomine vivus adhuc excidatur; qualia exempla in ſuperioribus adduximus. Quapropter non immerito etiam ejusmodi gravidæ fœtum ſcilicet non in utero, ſed alio extraordinario loco gerentes reliquarum gravidarum beneficio ratione torturæ & aliarum poenarum frui debent. Sicut enim in naturaliter gravidis durante graviditatis tempore ob quotidianum fœtus augmentum uterus adeo extenditur, ut, juxta Chriſt. Joh. Langii *Oper. Part. III. Diſp. 41. cap. 1. § 11. fol. 544.* tandem univerſum ſpatium abdominis internum a viſcere hoc occupetur, unde non ſolum tumeſcit hic venter, imprimis ſub umbilicali regione, ſed ſæpe etiam ſupra eam, inſuper etiam viſcera circumpoſita ab incumbente hac mole nunc irritantur ac ſtimulantur, nunc comprimuntur aliisque plurimis moleſtiis afficiuntur, unde non his ſolum immediate affectis, ſed aliis quoque non raro ſatis remotis ſymptomata inferuntur oppido egregia; ita etiam pari modo extra uterum fœtum gerentes

rentes feminæ ſimilibus & aliis vexantur ſymptomatibus, atque ob partus impoſſibilitatem longe majori periculo ſunt obnoxiæ, ut ideo quoque ab ejusmodi pœnis ſint liberandæ.

§. 2.

Sunt autem ſymptomata gravidis feminis communia utplurimum ſequentia, quorum alia primis, alia mediis, & alia ultimis geſtationis menſibus ſupervenire ſolent, v. g. cephalalgia, vigiliæ, deliria, nauſea, ciborum faſtidium, vomitus, pica & malacia, dentium dolor ſive odontalgia, cordis palpitatio & ſyncope, diarrhœa, ventris dolores, alvi & urinæ ſuppreſſio, ſtranguria, hæmorrhoidum tumor, hæmorrhagia, dolores coxendicis & lumborum, item mammarum dolor & intumeſcentia, tuſſis & reſpirandi difficultas, uteri procidentia, crurum tumor & inflatio, hydrops, pudendorum varices, ſpaſmus, & abortus. De horum autem ſymptomatum cauſis & cura prolixiores eſſe nolumus, lectorem potius ad autores practicos remittendo; evolvi inter alios poteſt Michael Ettmüller. *Oper. Tom. II. fol. m. 1090 ſeqq. item 1139.* Chriſtian. Joh. Lang. *Diſput. de Valetudinar. Gravid. Reſpond. Joh. Georg. Thamm. Lipſ. 1696. habit.* Item Lang. *Oper. med. Part. III. Diſp. 41. fol. 542 ſeq.* Theodor. de Mayern *Prax. med. Part. I. in Append. p. 1 ſeq.* Joh. Michaelis *Oper. Prax. Clin. Gen. Part. I. Lib. V. cap. 36. p. m. 258 ſeq.* Johann. a Muralt. *Hippocr. Helvet. p. 307 ſeqq.* Jul. Cæſar Claudin. *Reſponſ. 31. p. 196 ſeq.* Joh. Dolæi *Encyclop. med. Lib. V. cap. 6. p. m. 912 ſeq.* Joann. Juncker. *Conſpect. medicin. theor. pract. Tab. 112. p. 699 ſeqq.* Franc. Sylv. *Oper. medic. Prax. Lib. III. cap. 4. pag. edit. Amſtelod. 528 ſeqq.* Theod. Zwinger. *Theatr. Prax. med. Part. prior. p. 436 ſeq.* de terrore gravidis & fœtui non raro exitiali v. *Ephemerid. Acad. N. C. Dec. IX & X. Obſ. 33. p. 310 ſeqq.* *Gravidarum ſymptomata.*

§. 3.

Prægnantes quoque variis alterationibus eſſe obnoxias, imprimis animi mœrori atque inſultibus melancholicis, exemplo probat Samuel Ledelius *M. N. C. Dec. III. An. 4. Obſ. 28. p. 75.* & Nicolaus *alia. Melancholia.*

colaus Venette *de la Generat. de l' homme Part. II. cap. 3. Art. 3. p. 123.* inquit: Lors qu'une femme a conceu, elle a executé les ordres de la nature. Mais je ne ſay par quel malheur ordinaire à l'amour, elle paroit plus abbatuë qu'auparavant. Tout luy deplaiſt, elle ne mange point: & ſi elle met quelque choſe dans la bouche, ce ſont des choſes hors de l'uſage commun des hommes, encore les rejette t' elle, dés qu' elle les a priſes. Les meilleurs alimens luy font mal au cœur; elle n'en peut meſme ſouffrir la fumée? Les nuits luy ſont inquietes, ſon ſomme il eſt interrompu, & quelque fois accompagné de la maladie, que l'on appelle incube, comme ſ' il ne ſuffiſoit pas, que le corps pâtiſt, ſans que l'ame euſt encore les peines. La vapeur d'une chandelle eteinte eſt inſupportable à cette meſme femme, qui ſouffre de temps en temps de legers tremblemens par tout le corps. Les graces ne ſont plus ſur ſon viſage, ſes yeux ſont languiſſants & meurtris: & le feu, dont l'amour ſe ſervoit autrefois pour faire de conqueſtes, les a abandonnés pour quelque temps. Elle ne peut marcher, qu'elle ne boite, & qu'elle ne reſſente d'extremes douleurs aux reins, aux cuiſſes & aux jambes. Enfin dans la langueur, où elle eſt, elle ſouffre ſans ceſſe pour avoir trop aimé. Ces incommodités la font preſque repentir de ſ' eſtre alliée à un homme, ſi elle n' eſperoit au bout de neuf mois de recompenſer ſes ſouffrances par la joye d' un enfant, qui luy doit venir.

§. 4.

alia ſymptomata. Inſuper gravidæ nonnunquam alia adhuc experiuntur ſymptomata, teſte enim Thoma Bartholino *Cent. VI. Hiſt. 31. pag. 254.* *Ophthalmia* nobiliſſima femina, quoties uterum gerebat, quem ſingulis annis tumentem habebat, toties primis menſibus vel lienis obſtructione & dolore, vel ophthalmia laborabat, cum ſternutatione ſingulis diebus repetente. Idem Bartholinus *Cent. IV. Hiſt. 70. p. 375* *Paralyſis. ſeq.* refert, quod nobilis matrona tertio menſe gravida inſomnes noctes diesque quinque & quadraginta tranſegerit, unde inſania obor-

oborta & paralyſis pedum crurumque, quibus prorſus ſuus operi ſuffecerit. Epilepſiam in gravida muliere, ſex & viginti, annotavit Joſephus Lanzonus *M. N. C. Dec. II. An. 10. Obſ. 89. p. 160.* ſcilicet civis cujusdam Ferrarienſis temperamentum lioſæ, trium filiorum mater, quotiescunque gravida erat, ſub mense ſontica paſſione afficiebatur, transacto autem nono mense & partu finito ab epilepſia liberabatur. Levi hæc femina causa in iram erumpebat, ex improviſo in terram cadebat, ſpuma ex ore exibat, violenta concuſſione totum corpus quatiebatur, membra modo inordinate retrahebantur, modo diſtendebantur, in ſe autem reverſa non recordabatur eorum, quæ ab adſtantibus fuerant peracta. Multa adhibebantur remedia, ſed omnia fruſtra; ſemperque rubore genarum ac capitis calore moleſtabatur. Infeſtum hoc ſymptoma ſanguini bilioſo, ſive particulis acrimoniam terrentibus prædito, qui tempore graviditatis per conſuetum menſtruum fluxum non depletur atque ita epilepticos inſultus, copiaſua infeſtus excitat, adſcribendum videtur Lucæ Schroeckio *Schol.* in eandem obſervationem. De femina octavo geſtationis menſe ſub occaſum ſolis in epilepſiam incidente, & convulſionibus ferecontinuis concuſſa, circa medium noctis e vita decedente, vide Bald. Tim. a *Güldenkl. Oper. med. Reſp. 49. p. 1081.* De epilepſia gravidam ejusque embryonem per viginti quinque hebdomadas infeſtante obſervationem annotavit Georgius Segelus *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 160. p. 291.* Friderici Walthieri bibliopegi Thorunienſis uxor, temperamenti ſanguinei, annos triginta circiter nata, poſtquam anno 1665. die 9. Martii uterum jam ultra quartum menſem geſſerat, de dolore ſiniſtræ ſcapulæ mane conqueri cœpit, quem tamen ex caſu in cellam, ante paucos dies facto, ſe contraxiſſe ſuſpicabatur. A meridie nihil ſiniſtri cogitans convulſionibus epilepticis graviſſime corripitur, quas ἀφωνία biduana ſummaque debilitas & paroxyſmi alii epileptici exceperunt. Quo magis intra epilepticis utebatur, eo plures experta eſt paroxyſmos, aſſumptis

quoque juſcula & alia edulia, ſubſequentes. Die 16. Mart. effluxit ei e pudendis albicans quidam atque lentus humor, cum horrore totius corporis; quem excepit teterrimus animæ fœtor, anxietates ingentes, inguinum dolores graviſſimi & ſumma virium proſtratio, ita ut ad carpum motus arteriæ vix eſſet perceptibilis. Orta tunc eſt ſuſpicio de embryone extincto, quam præter continuum eumque de die in diem ingraveſcentem anhelitus fœtorem (quem ubi prægnans ex inferiori ventre aſcendere ſenſit, ſimul quoque paroxyſmum inſtare præſenſit) auxit motus embryois ab initio morbi hucusque a matre non obſervatus, inferioris quoque ventris refrigeratio & aliqualis gravitas; unde mulierculæ fœtum extinctum eſſe pro certo affirmabant. Die 19. Mart. hæc femina, poſt uſum cochlearis aquæ cinamomi & liliorum convallium, inſignes prius motus in abdomine experiebatur, quos gravis inſequebatur paroxyſmus. Et ab hoc tempore motum fœtus percepit ægra, qui licet alias ſatis fuerit debilis, interdum tamen, & quidem eo ſemper tempore, quo ægræ imminebat paroxyſmus, juſto vehementior ac inordinatior erat, ut fœtum primum, poſt matrem convelli extra omne eſſet dubium. Aſſumtis antepilepticis frequentiores numeravit convulſiones, cumque vel tantillum pulveris Marchionis aut balſami Embryonis hauſiſſet, mox quoque paroxyſmum inſtare e convulſivo fœtus motu præſenſit. Sic miſera inter ſpem atque metum moleſtum trivit tempus, donec tandem die 31. Auguſti affulgeret partus hora, qua adhuc bis graviter convulſa, in ipſo paroxyſmo poſteriori inſcia peperit filiolum egregium, atque ab eo tempore nec mater, nec filius ſimiles ſenſere inſultus. Femina quædam triginta annorum viro ſociata tribus annis non prolifica fuit, ſemper valetudinaria atroci cephalæa corporisque macie laborans, quoad faciem tamen nunquam non florida. Acidulis & thermis crebrius uſa, ſine ſanitatis ullo commodo. Quarto conjugii anno vegetæ & longæ ſanitatis puellum peperit, ex omni parte doloribus curisque ſuis

ſubla-

ſublevata, referente Immanuele Weismanno *Ephemer. Acad. N. C. Cent. III & IV. Obſ.* 211. p. 297. ſicque dicta gravida per imprægnationem a cephalalgia, quæ aliis gravidis interdum ſolennis eſſe ſolet, liberata fuit.

§. 5.

Fracturæ tibiæ.

Accidunt etiam gravidis quandoque fracturæ tibiarum, quæ, licet non ab imprægnatione, ſed alio infortunio externo dependeant, in gravidis tamen utplurimum difficilioris ſunt curationis. Honeſtæ enim matronæ ætatis circiter triginta annorum, ex equo cadenti, & ſolea ferrea equi ictum in tibiam ſiniſtram recipienti, os tibiæ inter genu & talum in medio fractum fuit, cum inſigni contuſione & dilaceratione carnis. Ad hanc ægrotam vocatus Guilhelmus Fabricius cum chirurgo prædictum os in obliquum cum vulnere non exiguo fractum eſſe repererunt, fracturam feliciter repoſuerunt & tibiam in capſulam collocarunt. Repoſito oſſe dolor mox ceſſavit, atque nonnullis fragmentis oſſis extractis, pleniſſime reſtituta fuit ægra. Circa hanc tamen curationem ſequentia annotavit dictus autor: primo haec gravida ſeptimum menſem imprægnationis erat transgreſſa, nihilominus fœtus ab hoc gravi caſu non fuit commotus, ſed mater ad conſtitutum tempus filiam ſanam peperit. Secundo ſine difficultate fœtum enixa eſt. Tertio nulla apparebat macula in hac puella. Quarto circa generationem calli magnæ occurrebant difficultates & labores, adeo etiam, ut vigeſima tertia ſeptimana poſt contractam fracturam, movendo & circumagendo pedem, oſſa confracta adhuc vacillarent. Tandem a vigeſima tertia ſeptimana morbi ad trigeſimam callus generatus & fractura plane confirmata fuit. Cauſa tarditatis calli generationis absque dubio in fœtu quærenda eſt, quamdiu enim in utero fuit, alimentum ad calli generationem deſtinatum ad ſui nutritionem per vaſa umbilicalia, poſtea ex mammis cum lacte materno aurexie &c. v. Guil. Fabric. Hild. *Obſerv. Chirurg. Cent. V. Obſ.* 22. *fol.* m. 484. Aliud

exemplum refert idem autor *Cent. VI. Obſ. 68. fol. 582.* de gravida ſenatoris Bernenſis uxore, quadraginta circiter annorum quæ pariter cum equum conſcendere vellet, tibiam ſiniſtram intra genu & talum fregit, dicto loco autor de calli generationis difficultate etiam inter alia addit, quod circa quadrageſimum diem morbi, cum callum adhuc lubricum mollemque eſſe cognoviſſet, ſuaſerit, ut infantem ſuum, quem in ſextam ſeptimanam poſt acceptam fracturam lactabat, ablactaret; idque cum feciſſet, & infans, quem geſtabat (qui hactenus propter defectum nutrimenti languidus fuerat, nec ſe movere poterat) vires acquiſiviſſet, cognoſcere cœperit, ſe gravidam eſſe. Incredibile quoque eſt, pergit Fabricius, quantam adhibuerit diligentiam atque induſtriam, ut callus generari poſſet, ſed fruſtra, donec tandem enixa eſſet infantem. Tum demum ſpatio quadraginta dierum confirmatus eſt callus feliciterque reſtituta fuit ægra ſine ulla claudicatione. Tibias autem gravidarum veriſſime fractas, quamdiu ventrem ferunt, mediante callo, coaleſcere poſſe, impoſſibile eſt. Tota enim natura, nimis circa formationem fœtus occupata ſit, materiam, ad formationem calli deſtinatam, ad uterum mittit, & oſſa fracta negligit. Sequentem obſervationem in *M. N. C. Dec. I. An. 1. Obſ. 25. pag. 91.* ad Phil. Jac. Sachſium ſcripſit Johannes Ferdinandus Hertodius: Matrona quædam, agnata mea, in quinto gravidationis menſe, alias ſana, patitur luxationem cum fractura oſſis tibiæ, accerſitus chirurgus luxationem repoſuit, naturam vero ad callum regenerandum in fracta tibia, etiam jam per tres menſes, adhibitis, quæ calorem naturalem conſervarent, ſymptomata ſupervenientia averterent, ſollicitare nequivit. Diffidens de ſanatione agnata me quoque in conſilium vocat, quam bono animo eſſe admonui & callum fractæ tibiæ, dum enixa fuerit partum, certe futurum ſpopondi. Quid fit? parit agnata puerulum ſaniſſimum, & uno menſe poſt callum in oſſe fracto regeneratum experitur. Simile quid etiam obſervatum antehac in gravida a ſingulari amico, dum

in Italia degeret, ſe intellexiſſe, annectit Hertodius. Fracturam coſtæ & cruris in gravida annotavit Georgius Francus *M. N. C. Cent. II. An. 3. Obſ. 203. p. 404.* nimirum anno 1681. die 29. Decemb. honeſta matrona in glacie cecidit adeo periculoſe, ut in dextro latere frangeret coſtam, in ſiniſtro utrumque ſocile cruris paullo ſupra malleolum; nihilominus, (utut jam a ſemeſtri eſſet gravida) rite curabatur utraque fractura intra tres menſes; donec tandem feliciter enixa eſſet fœtum. Anno 1691. ſutoris Dresdenſis uxor, *Obſervatio.* eyſarca atque robuſta, gravida partus tempore propemodum appropinquante, octavo ſcilicet geſtationis menſe, ſuper glacie ambulans in terram proſternebatur ipſique in pede ſiniſtro utrumque os, tibiæ ſcilicet ac fibulæ, ſimul diffringebatur, adeo ut per vulnus circa talum os tibiæ ultra digiti longitudinem extra cutem promineret. Hæc fractura non tantum ægrotanti maximum dolorem, ſed chirurgo quoque inſignem laborem cauſabatur, ſiquidem ingens totius ſuræ tumor ad genu usque rubicundus accedebat, ex quo poſtea aperto non modo magna puris copia, ſed feſtucæ quoque & fragmenta oſſium, & inter hæc quoddam ad ulnæ fere quadrantem, prodibant & extrahebantur. Quibus remotis omnia ad meliorem ſtatum perveniebant, niſi quod circa malleolum foramen immedicabile remaneret apertum, ex quo per longum temporis ſpatium, tanta lactis copia profluebat, ut infantem, quem intra hoc tempus enixa erat, amplius lactare non ſufficeret, ſed ipſum ablactare atque nutrici tradere cogeretur. Interim tamen adhuc poſt ablactationem talis lactis ad partem læſam affluxus fracturæ plenariam conſolidationem ultra menſem retardabat atque impediebat, tandem tamen mater poſt varias lactis evacuationes optime convaleſcebat.

§. 6.

Morbillis laborans gravida infantem per totum corpus morbillis contaminatum peperit, uti obſervavit Guilhelmus Fabricius, Hild. *Obſ. Chir. Cent. IV. Obſ. 56. fol. m. 328.* & quidem in rei- *Morbilli.*

publicæ Bernenſis ſenatoris uxore, quæ cum dimidiam partem, noni menſis imprægnationis fere attigiſſet, febre acuta & quidem maligna correpta fuit: morbilli quin etiam mox per totum corpus eruperunt. Quarta die morbi prægnantium doloribus correpta puellum per totum corpus morbillis contaminatum peperit. Porro etſi cum mater, tum etiam ipſe infans, per dies aliquot graviſſime laborarent, ambo tamen convaluerunt. De morbillis in
c. Variola. gravida v. *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 347. p. 554 ſeq.* De variolis in muliere prægnante refert obſervationem Petr. Foreſtus *L. VI. Obſ. 30. fol. 202.* qui tamen nullam fœtus, an nimirum poſt partum etiam maculas habuerit varioloſas, nec ne? mentionem facit; nihilominus idem autor *l. a. Obſ. 44. Schol. f. 196.* ait, ſæpe deprehenſum, prægnantes maturos partus, hac lue perfuſos, edidiſſe, quarum aliæ nihil omnino foris, aliæ non niſi multis poſt diebus incommoda ſenſerint. Anno 1656. variolæ epidemicæ Hafniæ non puerorum tantum corpuſcula deturparunt, ſed adultiores utriusque ſexus, etiam qui antea immunitatem ſibi polliciti fuerant, & gravidas, & puerperas & fœtus in utero infecerunt, cum febre maligna & petechiis, quibus infiniti vel primo invaſionis die, vel quarto, vel in declinatione variolarum in libitinæ cenſum adſcripti ſunt, teſte Thoma Bartholino *Cent. IV. Hiſt. 50. p 339 ſeq.* Varioloſos fœtus ex utero provenientes hinc inde annotatos legimus: Generoſi enim viri cujusdam uxor, cum ante variolis laboraſſet, filiam peperit veſtigiis variolarum conſpicuam, undeliquet, ipſam adhuc in utero materno ſimul cum matre variolis affectam fuiſſe, annotante Valentino Andrea Mœllenbroccio *M. N. C. Dec. I. An. 1. Obſ. 53. p. 150.* A magna matrona variolis editum infantem, quibus & mater fuerat afflicta & maculata, vidit Johannes Dolæus *Encyclopæd. med. Lib. IV. cap. 6. p. 777.* Honeſta quædam matrona in oppido Fontenoy in Lotharingia, Barne Chardini uxor, cum primo utero geſtaret, & conſtitutum tempus pariendi fere attigiſſet, una cum marito ſuo, uno eodemque tempore

variolis correpta fuit, & quidem tam graviter, ut maritus mortem obiret. Matrona in ipso vigore morbi, cum corpore & mente simul, & gravissime laboraret, infantem peperit, vivum quidem, sed variolis ita infectum & contaminatum, ut ipsa facies quoque undique pustulis scateret, v. Guilh. Fabric. Hild. *Cent. IV. Obs. 55. fol. 328.* Mulier triginta octo annorum paupercula, cum uterum gereret & in alvo materna fœtus adhuc instrueretur ad exeundi patientiam, de gravitate totius corporis conqueritur, premitur pandiculatione, cordis palpitatione, pruritu narium &c. erumpunt varioli in corpore undique. Mox cum instaret partus hora, infantem edit variolis per tenerrimum corpus æque tam multis contaminatum, qui post sacri baptismatis acceptum Sacramentum placide obibat; mater autem tertia die post exibat mortalitatis sensus, uti Johannes Fridericus Treubler perscripsit ad Thomam Bartholinum *Epist. med. Cent. II. Epist. 85. p. 682.* Inquit etiam Horatius Augenius *de Febrib. Lib. IX. cap. 2. fol. m. 359.* variolæ conspiciuntur non solum in superficie externa, ut in cuticula ipsa, sed etiam intrinsecus fiunt in pulmonibus, faucibus, intestinis, ventriculo, in utero etiam ipso, imo vero in fœtu, quem natum cum variolis hactenus frequenter observavi. Fœtus non sine variolarum labe editos se conspexisse ait Cornelius Stalpart van der Wiel *Obs. rar. Cent. post. Obs. 42. Schol. p. 426.* Veronæ pellionis uxor inquinata lue filium peperit defœdatum variolis. v. Joh. Rhod. *Obs. med. Cent. III. Obs. 83. p. 164.* hoc tamen exemplum potius de variolis venereis intelligi debet. Anno 1669. uxor quædam gravida variolis laborans Halis Saxonum filiam vestigiis variolarum conspicuam peperit, juxta Casp. Theoph. Bierling. *Thes. theor. pract. Obs. 49. Sch. p. 651.* Vivit adhuc Secretarii cujusdam V. uxor, sedecim ad minimum jam liberorum mater, quæ ante viginti aliquot annos, grassantibus tunc temporis hinc inde febribus ardentibus, prima vice & quidem ultra quatuor mensis gravida, subito de horrore cum subsequente calore, maxi-

Observatio.

mo

mo dorsi dolore gravativo, præcordiorum anxietate, & ventris torminibus, instar dolorum ad partum, conquerebatur, hinc ad eam vocatus statim, ob metum abortus venam secandam curavi, quo facto paulo post aliquantum melius se gessit; quinto vero die præter opinionem hinc inde maculæ rubicundæ, variolarum erumpentium instar, apparebant; unde ex ipsa, an unquam variolis laboraverit, quæsivi, id quod non solum ipsa affirmabat, sed etiam foveolæ varioloſæ in manibus & facie adhuc conspicuæ confirmabant; Nihilominus tamen subsequentibus diebus succrescebant dictæ maculæ tantaque variolarum per totum corpus proveniebat copia, ut nil nisi variolæ, distinctæ tamen, conspicerentur. His vero variolis exarescere incipientibus, denuo horror cum ingenti calore summaque debilitate redibat; quibus symptomatibus per totum corpus purpura alba superveniebat; a quibus tamen omnibus per Dei gratiam liberata post quatuor menses filiolum vestigiis sive maculis variolarum rubicundis per totam cutem signatum, optime tamen sanum, enitebatur. Quandoque etiam fœtus cum variolis in lucem eduntur, licet matres toto graviditatis hoc morbo non laboraverint; Gorlicii enim matrona quædam utero gerens, felici alias nisu peperit filiolam, variolis undique refertam, nescia quid sibi hoc velit phænomenon, cum ne ipsa tempore gestationis, nec instante parturitionis tempore, iisdem fuisset afflicta. vid. Ehrenfr. Hagendorn. *Histor. med. phys. Cent. I. Hist 58. p. 233.*

§. 7.

morsus canis rabidi. Gravida quædam a cane rabido demorsa, morientibus paulo post omnibus reliquis demorsis, sola quinquaginta dies nihil sensit; post hoc tempus salva peperit filiam; post duos vero a partu dies in ea omnia symptomata incidit, quæ cæteri demorsi pati soliti fuerant & tertia die obiit, uti ex Johanne Fabro Lynceo refert Henricus Vollgnad *Schol. in Obs. 52. M. N. C. Dec. I. An. 1. p. 149 seq.*

§. 8. Plu-

§. 8.

Pluribus inſuper gravidæ tam ante partum, quam in partu, vel poſt partum, vexantur incommodis, quorum aliqua hoc loco allegaſſe ſufficiat. Ante partum communia ſunt, quorum ſupra inter ſigna graviditatis & alibi mentionem fecimus & alia, v. g. nauſea, pica, vomitus, mammarum dolor, difficultas & incontinentia urinæ, tumor pedum, hæmorrhoides, menſtrua, albus & ſanguineus fluor, hydrops, alvi fluxus, tuſſis & reſpirandi difficultas dorſi, lumborum & coxendicum dolor, uteri procidentia, febres & alii morbi atque imprimis abortus. In ipſo partu jam narratis malis accedunt matricis paſſiones atque tormenta, pariendi conatus præpoſteri, ſitus infantis vitiatus, lipothymiæ, convulſiones, molæ, monſtra, ſecundinarum retentio, infantis mors, genitalium anguſtiæ, oſſis ſacri & coccygis obſtinata & inflexibilis durities, denique naturam obſidens tumor, inflammatio & cancer. A partu gravidas vel puerperas urget hæmorrhagia, inflammatio & ulceratio matricis & perinæi, hujusque interdum ruptura & ſexcenta alia, de quibus alibi, vid. *M. N. C. Dec. II. An. 1. Obſ. 110. p. 471 ſeq.* Jodoc. Lomm. *Obſerv. medic. Lib. II. p. 279 ſeq.* *alia incommoda.*

§. 9.

Flatus etiam non ſolum a variis cauſis in non gravidis ex utero prorumpere, ſed in eodem etiam interdum tamdiu includi, ut ejusmodi flatulentia laborantes feminæ, ob inde exortam abdominis intumeſcentiam, prægnantiæ ſuſpicionem incurrant, variis exemplis alibi probavimus; tales quoque flatus interdum ſimul cum fœtu in gravidarum utero incarceratos & ante vel in ipſo partu absque fœtus detrimento, cum ſonitu quodam prodeuntes annotarunt autores, ſiquidem ſecundum Chriſt. Gottl. Reuſnerum *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. VI. Obſ. 32. p. 259.* curſoris cujusdam uxor, annorum viginti, legitimo tempore ad partum ſe accingit, qui ad viginti quatuor procraſtinatur; paulo poſt conatus uteri augentur, & clinicæ audiunt fragorem ex utero ingentem, ſonitui *Flatus.*

bombardæ minoris, *eines Puffers*, ſimilem, mox embryonem maſculum excludit ſanum & vegetum. Et Franciſcus Mauriceau *Obſerv. ſur la Groſſeſſ. Obſ. 100. p. 64.* hanc refert obſervationem: Le 8 May. 1674. j' ay accouché une femme agée de vingt cinq ans, de temperament pituiteux de ſon ſecond enfant, qui eſtoit une fille, qui vint au terme de huit mois & vingt jours. Cet enfant ſe portoit aſſez bien, quoyque la mere euſt rendu par pluſieurs fois des vents par la matrice, avec auſſi grand bruit, que ſi c'euſt eſte de l'anus, lors qu'elle eſtoit au quatrieme mois de cette groſſeſſe &c. Et *Obſ. 105. p. 62.* inquit idem: j' ay encore vû quelques femmes groſſes, ſujettes au méme accident, dont elles ne ſuffroient aucune autre incommodité, que l'indecence de ce bruit, qu'elles rendoient toûjours involontairement en quelque compagnie, qu' elles fuſſent. Muſici cujusdam conjux gravidationem ſentit cum enormi alvi inferioris inflatione, accedente partus tempore neque obſtetrices, neque agnati gravidæ ipſis ſuis manibus vel digitis uteri orificium internum penetrare, multo minus fœtum promovere poſſunt, ob uteri fortiſſimam conſtrictionem, unde miſera miſere extincta periit. Inter corporis ſectionem ſtatim minima facta uteri inciſione, flatus inibi collecti tanto cum fragore fuere exploſi, ut horrore adſtantes concuterentur omnes; erat enim tantus, quantus ex inſtrumento ſclopezante minori, pulvere pyrio accenſo fieri poteſt, fœtus male ſituatus extractus mortuus lividi erat coloris, annotante Samuele Steurlino *Ephem. Acad.* *Flamma.* *N. C. Cent. VIII. Obſ. 20. pag. 47.* In Thuringia etiam ex utero mulieris cujusdam difficili partu laborantis, tam ingentem cum fragore flammam exiliiſſe, ut videretur bellicum tormentum excuſſum, atque adeo & pueri nates & obſtetricis manus ambuſſiſſe, ex Lycoſtene & Cornelio Gemma recenſet Johannes Benedictus Sinibaldus *Geneanthrop. Lib. IV. Tr. II. cap. 3. p. 457.*

§. 10.

Utrum vero mariti, graviditatis uxorum ſuarum tempore, ea ſym-

ſymptomata, quæ alias mulieribus poſt impregnationem familiaria eſſe ſolent, quandoque ipſarum vice perferant, ita ut hæ ab iſtis liberæ permaneant, vel ad minimum paria cum ipſis incommoda perferant, affirmare nolo, licet ejusmodi relationes extent; meminit enim Salomon Reiſelius *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 216. pag. 316.* mariti pro uxore gravida pica laborantis, & quidem his verbis: Singularem caſum virorum judicio an opprobrio exponendum adducam; ſed riſum teneatis amici! Cum Buxovillæ in Alſatia adhuc degerem, ſæpe audivi de fabro jam ſene, quod uxoris ſuæ, quando gravida facta fuerit, perſonam egerit, dum maritus pro uxore vomeret & pica laboraret. Quod de illo Vixbohn nominato vix bona fide credidiſſem, niſi ipſius quoque filius, maritus jam factus, cum præſens adhuc eram, talia, qualia pater, ſeu paterentur ſeu ageret. Rarum etiam in hoc ſexum maſculinum degenerare, quem tamen ad generandum natura primarium fecit: & mirum, quod non & hic pater ſuum non degenerem filium aut filius nepotem, quem generavit, pepererit. Cauſam in marito poſſem quidem conjicere in effluvia ſympathica, ſi & ipſa vomuiſſet; Cur vero ille ſine illa vomuerit, obſcurior eſt ratio. Videtur fidem huic hiſtoriæ facere majorem ſimilis fere affectus, quem fortuitum quidem plerumque & non ſine joco dictum judicant plurimi, ego vero in aliquibus viris, etiam ex propria ipſorum obſervatione, perpetuum & conſtans vidi, quod quoties uxor eſſet gravida, toties dentium dolore laborarit maritus. Hanc tamen ſententiam erroribus vulgi annumerat maritumque loco uxoris gravidæ non ægrotare defendit Jacobus Primeroſius *de Vulg. Error. in medicin. Lib. II. cap. 13. p. m. 147 ſeq.* inter errores, inquiens, quam plurimos maxime ridendus hic eſſe videtur, quod vir credatur ægrotare iisque affici ſymptomatis, quibus ipſa mulier prægnans ſolet; illudque experientia confirmatum plurimi eſſe volunt. Habebam ægrum febre laborantem cum urina valde accenſa & turbida, qui ægrotationis ſuæ nullam cauſam agnoſcebat,

Maritus pro uxore laborans.

bat, quam uxoris ſuæ graviditatem. Nullibi terrarum, quam in in Anglia id obſervatum memini me audiviſſe, aut legiſſe unquam. Deinde dictus Primeroſius equidem concedit, gravidas mulieres, quæ corpore ſunt impuro, primis menſibus ex retentione menſtruorum variis ſymptomatibus affici poſſe, quas tamen cauſas vir in ſe non habeat; & licet maritus eo tempore, quo uxor gravida eſt, ægrotet, non tamen ex infectione, ſed peculiari corporis vitio id patiatur; cum res nova non ſit, viros & mulieres etiam ſimul ægrotare. At mirum eſt hactenusque ignotum, graviditatem affectum eſſe contagioſum, & non alias mulieres, ſed viros infici. Accidit ſæpe, ut, cum mulier bene valet, ægrotet maritus etiam abſens per aliquot milliaria. At ſi ex graviditate uxoris id patitur, cur ipſa eo tempore incolumis permanet? cauſæ enim naturales prius agunt in proximum, quam in remotum. Cumque noxios ejusmodi humores mulier ſecum ferat, prius ipſa & gravius ægrotabit. Nec admittit Primeroſius ſympathiam, antipathiam, contagium aliasque nugas, tandemque concludit: male cum viris ageretur, ſi, quoties uxoribus ſupprimuntur menſes, toties non ipſæ, ſed viri laborarent. Hæc tamen Primeroſii argumenta Johanni Paulo Wurffbainio non ſufficiunt, qui *M. N. C. Dec. II. An. 10. Obſ. 205. p. 410.* ubi de maritorum vomitu dentiumque dolore loco conjugum utero gerentium agens ita ſcribit: Utut Primeroſius, viros gravidarum ſuarum conjugum loco nonnunquam ægrotare, inter errores maxime ridendos numeret, & nullibi terrarum, quam in Anglia hoc obſervatum ſe audiviſſe aut legiſſe ſcribat, rei tamen hujus veritas quotidiana etiam in Germania noſtra confirmatur experientia; quod duplici hac vice exemplo mihi notiſſimo demonſtrare ſufficiat. Medicus quidam Norimbergenſis, quoties ex amplexu conjugali conjux ejus conceperat, toties, prout ipſe hoc publice non una vice in Dnn. collegarum præſentia non modo enarravit, ſed & ſancte affirmavit, primis ingravidationis menſibus, ſingulis mane diebus, moleſtiſ-

ſimo

ſimo ac vehementiſſimo conatu, limpidiſſimam evomebat lymphan, dilectiſſima ſua conjuge nequicquam de familiaribus utplurimum alias gravidarum ſymptomatibus ſentiente. Eandem fere ſortem Theologus ejusdem loci, eruditione, doctrina vitæque pietate haud leviter ſe commendans, expertus eſt, qui aliquot liberorum pater, usque dum conjux ejus primos fœtus ſenſerat motus, dentium dolore ſemper fuit vexatus, reliquo tempore a dolorifico hoc ſymptomate vel plane liber, vel rarius, nec tamen continua temporis ſerie afflictus.

§. II.

Cum proinde tam variis hucusque commemoratis & aliis ſymptomatibus vexentur gravidæ mulieres, non immerito, partim prægnantis matris, partim in utero exiſtentis fœtus gratia ſumma cura bonaque diæta eſt obſervanda; unde, juxta Franciſc. Bayle *Diſſert. phyſic. p. m. 114.* notandum, quanta debeat eſſe mulierum prægnantium temperantia, quam moderata victus ratio, quanta animi tranquillitas, ut liberos gignant & mente & corpore ſanos, in quibus rebus cum paſſim mulieres delinquant, imo nonnullæ ſui vix compotes omne genus intemperantiæ ſectentur, & pathematis continuo, quibusdam veluti furiis, agitentur, nec pudori, nec fœtui, quem in utero gerunt, conſulentes, ſubit mirari, cur in humano partu monſtra non ſunt frequentiora. Johannes Bickerus *Hermet. redivivus, ſive de conſerv. conſtant. Sanitat. Sect. I. cap. 14. p. m. 99 ſeq.* de prægnantium diæta admonet: Prægnans omnem motum vehementem fugiat, nec mammas conſtringat, nec nimis arcte cingatur, & quidem hoc toto geſtationis tempore. A principio conceptionis abſtineat a venere, decem dierum ſpacio. Per integram ſeptimanam utatur victus ratione tenui, deinde usque ad diem trigeſimum, moderato victu ex pane, carnibus palumbæ, & marinis illis, quæ alvum ſiſtunt, aſſis potius, quam elixis, deambulet in loco plano ac levi, deſideat ſuper mollia, nec caput madefaciat. Menſe octavo tranquilla ſit, cibos ſolito pau-

Gravidarum dieta.

ciores accipiat, &, ſi cum pondere pendet, ventrem faſciis diligenter ſuſpendat conſtrictum, ceroto etiam ex oleo myrtino, aut alio conſtringente cutem ventris oblinat, ut ſolidior evadat, ne in partus conatibus rumpatur: Menſe nono inferiores partes latius obvolvat, ſuperiores perſtringat: Loci item unguentis & mucilaginibus laxandi, & balneo frequenti emolliendi &c. Quamvis autem hoc loco Bickerus omnem motum vehementem prohibeat; minime tamen ſedentaria vita ſuadenda; ſiquidem Johannes Schenckius *Obſervat. med. Lib. IV. fol. 568.* gravidæ cujusdam meminit, quæ aſſidue ſedendo & nendo mira alvi aſtrictione correpta eſt; ex qua tandem in ſæviſſimos incidit dolores colicos, qui eidem fœtum, immaturum quidem, ſed vivum exorſerunt; a partu ingenti ventris tumore adeo non ſubſidente, ut magis exauctus fuiſſe videretur, unde paulo poſt vitam finiit. Aperto ejusdem corpore colum inteſtinum ſua ſede pulſum & gangræno-ſum, una cum vicinis muſculis abdominis denigratum, & ad canthari amplitudinem fæcibus infarctum, deprehenſum fuit, reliquis inteſtinis undique flatibus admodum prodigioſe diſtentis. vid. etiam Marc. Gerbez *Intric. extric. medic. Part. II. cap. 15. edit. in 4. pag. 140 ſeq. & cap. 20. p. 192 ſeq.*

alvi obſtructio.

Inteſtinum rectum gangræno-ſum.

§. 12.

Pica gravidarum.

De appetitu gravidarum nimio & extraordinario ſive de pica in *Chylologia noſtra cap. 2.* pluribus egimus. Huic tamen gravidarum appetentiæ pravæ aliquando a medico indulgendum eſſe admonet Johannes Bohnius *de Offic. medic. duplic. Part. I. cap. 4. pag. 79.* ſingularem, inquiens, conniventiam medici feminæ poſtulant impregnatæ, ſi malaciam aut picam experiantur, non raro abortus productricem: ubi prudenter agit, qui aliquando minus rigidus, licet aliquatenus aliena & inepta appetant, iis talia indulgent; modo detrimentum non adeo magnum ab iis fuerit metuendum & exceſſus omnis vitetur: Talem enim exceſſum ſeu nimium aceri & acidorum uſum fœtui noxium annotavit Chriſtia-

ſtianus Fridericus Garmannus in nobili quadam femina, quæ uterum gerens toto geſtationis tempore nullum cibum niſi acidum, prout ipſa retulit, expetiit, potus vero loco continuo acetum avidis hauſit faucibus. Excluſit poſtea fœtum absque epidermide, cætera perfectum & valentem quidem, qui tamen paulo poſt ob dolores a defectu cuticulæ cauſatos fatis cedere coactus eſt. Idem de Ludovico Hungariæ rege apud Curæum *Part. I. Annal. Siles.* legitur, cujus mater an eodem in acida flagrarit appetitu, incertum eſt. vid. *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 149. pag. 233.*

§. 13.

Quamvis menſium fluxus poſt conceptionem ordinarie ceſſet, atque poſt partum vel etiam fœtus ablactationem demum redeat, in quibusdam tamen gravidis quandoque eundem in prioribus, in aliis in poſterioribus graviditatis menſibus, vel etiam erratice apparere, paulo ante in hoc capite ut & in *Emmenolog. cap. 2. p. 203. 204.* multis exemplis monſtravimus, quibus adhuc alia annecti poſſunt; quale exemplum refert Franciſcus Mauriceau *dans les Obſervat. ſur la Groſſeſſe Obſ. 168. p. 93 ſeq.* de l'accouchement d'une femme, qui avoit eû durant les trois premiers mois de ſa groſſeſſe ſes menſtruës fort abondamment, ou plûtoſt des pertes de ſang, qui luy arrivoient deux ou trois fois par mois. *Et Obſ. 388. p. 228.* d'une femme qui avoit vuidé par deux differentes fois quelque peu de ſang par la matrice; l'une à deux mois & demy, & l'autre fois vers le ſeptieme mois de ſa groſſeſſe. Item *Obſ. 606. p. 352.* de l'accouchement d'une femme au terme de neuf mois, dont l'enfant ſe portoit bien, quoyqu'elle euſt eû une perte de ſang durant quinze jours, vers le commencement du ſecond mois de ſa groſſeſſe. Fluxum menſium cum gravibus ſymptomatibus in gravida obſervavit Johannes de Muralto in Eliſabetha A. e pago Tallwyl oriunda; & hæc annum ætatis quadrageſimum ſuperans, parvæ ſtaturæ femina anno 1681. cum jam ſeptem menſes gravida eſſet. *Menſium fluxus.*

eſſet, fluxum ſanguineum paſſa eſt, per quinque hebdomadas cum virium debilitate, tuſſi, reſpirandi difficultate, dorſi, lumborum & coxendicum dolore: ad præcavendum abortum quædam ſumpſit medicamenta, quibus uſurpatis convaluit, & legitimo tempore peperit. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 1. Obſ. 110. p. 271.* De fluxu ſanguinis uterino in gravida obſervationem communicat medicus Burdegalenſis, Contens in Nicol. Blegny *Zodiac. med. Gall. An. 2. Jul. Obſ. 1. p. 141.* Mulier, inquiens, ſecundo graviditatis menſe exeunte ab injuria externa paſſa eſt hæmorrhagiam uterinam inſignem, ad tempus usque partus productam, qui tamen ne una die ſtatutum tempus prætergreſſum eſt: Neque quies, neque remedia adſtringentia ſanguinis illam effuſionem ullo modo cohibere potuerunt. Iſtud vero admiratione dignum, quod in quatuor ſubſequentibus imprægnationibus, ſanguinis effluvium ſecundo menſe ſemper paſſa ſit &c. Et Wolfgangus Gabelchoverus *Curat. medicin. Cent. IV. Curat. 94. p. m. 208.* talem fluxum ſanguinis per uterum annotavit. Judith ſcilicet, conjunx M. Wilhelmi Gmælini, Diaconi Calwenſis, gravida conqueſta fuit, ſe jam per tres ſeptimanas ſemper ſeptima vel octava die percipere fluxum ſanguinis puri per uterum, & inde aliquatenus habuiſſe melius. Quorundam tamen remediorum beneficio abortum periculoſum vitavit & poſtea infantem vivum peperit. vid. etiam *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. X. Obſ. 40. p. 327.* Thom. Bartholin. *Epiſt. med. Cent. IV. Ep. 13. p. 47 ſeq.* Reiner Solenand. *Conſil. med. Sect. V. Conſ. 15. f. 492. §. 138 & 39.* Paul. Spindler. *Obſ. 67. p. 125.* Corn. Stalp. van der Wiel *Cent. I. Obſ. 76. p. 332 ſeq.*

§. 14.

per quas vias? Per quas autem vias in gravidis talis ſanguis menſtruus, abſque fœtus periculo, effluat, ut explicemus, ex Emmenologia noſtra repetendum erit, quosdam autores ordinarium menſium fluxum per uteri cavitatem, alios per uteri vaginam, & alios per utrumque locum derivare; quo loco etiam varias de gravidarum

ſan-

ſanguine menſtruo & hæmorrhagia uterina opiniones autorum recenſentur, quarum pleræque eo collimant, quod, cum in gravidis uteri orificium ad præcavendum abortum, per totum geſtationis tempus penitus occluſum ſit, talis hæmorrhagia potius per vaginæ, quam cavitatis uteri canales evacuentur; alii quoque talem ſanguinis effluxum in vaſis circa exteriorem interni orificii partem quærunt, vid. Franc. Mauriceau *l. a. Obſ. 168. p. 93.* De hac autem menſium gravidarum emanatione paucis adhuc eſt repetendum, quod menſes æque in gravidis, quam virginibus aliisque feminis non prægnantibus, per utrumque locum, cavitatem ſcilicet uteri ejusque vaginam emanare poſſint, quamvis differente effectu, ſcilicet ſi in prægnantibus menſes ex uteri cavitate fluunt, tunc per ſanguinis in uterum infuſi fluctuationem placenta facile divelli abortusque oriri poteſt. Quodſi vero menſes vel alius ſanguis ſuperfluus per vaginæ uterinæ vaſa expurgantur, abortus non æque metuendus erit. Quamvis enim Hippocrates *Sect. V. Aphor. 60.* ſcribat: ſi mulieri in utero gerenti purgationes menſtruæ prodeant, fœtum ſanum eſſe, impoſſibile, quod etiam quotidiana teſtatur praxis medica, id tamen, mea ſententia, de iis tantum intelligi debet, quibus ex uteri cavitate menſes profluunt, ſiquidem, contra hunc Aphoriſmum, aliæ quoque mulieres non ſolum primis graviditatis menſibus, ſed quandoque etiam per totum geſtationis tempus, absque ullo abortus periculo tributum lunare ſolvunt, qualia exempla hactenus recenſuimus.

§. 15.

Non autem ſolummodo ex utero ejusque vagina gravidarum menſes ſive ſanguinem ſuperfluum excerni videmus, ſed per alias quoque vias: Mulier enim Schwarzburgica, ætatis triginta annorum, habitus corpulenti & conſtitutionis plethoricæ, a primo conceptionis menſe usque ad ultimum ſingulis diebus vomuit ſanguinem, nonnunquam floridum, nonnunquam aliquatenus coagulatum in ſatis magna & unciarum octo quantitate, *per alias vias.*

ſine tamen noxa vel graviori læſione; integra cæteroquin valetudine uſa, uti annotavit Benjamin Scharffius *M. N. C. Dec. I. An. 9 & 10. Obſ. 6. p. 43.* Sutoris cujusdam uxor gravida ſtatis temporibus menſtrua vomitu ejecit, annotante Vito Riedlino *Obſ. med. 98. p. 228.* Vomitum ſanguinis in prægnante obſervavit Philippus Salmuth *Obſ. med. Cent. II. Obſ. 54. p. 82.* femina ſcilicet præcipuæ conditionis, incipientibus ſingulis imprægnationibus, crebris conflictabatur vomitionibus, quæ ſequentibus & partui propioribus menſibus quotidie exaſperabantur, adeo quidem, ut nonnunquam diei noctisque ſpatio ad quindecim vel viginti vices plus minus vomitionibus affligeretur. Sputum cruentum in femina quadam, quoties ad quintum menſem gravida, ſingulis alias catameniorum imminentiis, & ultima vice usque ad partus ultimum terminum, obſervavit Johannes Bohnius, vid. ejusdem Tract. *de Offic. medic. duplic. Part. I. cap. 20. p. 416.* Hæmoptyſin & hæmorrhagiam narium menſtruam in gravida innoxiam annotavit Michael Alberti, *Ephem. Acad. Nat. Cur. Centur. IX & X. Obſ. 38. p. 325 ſeq.* Feminam ejusmodi in hæmorrhagiam narium ſatis largam poſt venæſectionem incidiſſe, qua mediante natura ſolers ſanguinem quantitate & mole nimia peccantem motu ſpontaneo evacuavit ſe obſervaſſe, annectit Benjamin Scharffius *l. a.* Hæmorrhoides quoque fluentes loco menſium, in duabus mulieribus nobiliſſimis, jam quatuor menſes in utero habentibus, in quibus partus tempeſtivus conſecutus eſt & ſaluberrime adolevit, obſervavit Scholiographus Hollerii *ad cap. 55. de morb. intern. v. Joh. Schenck. Obſ. Lib. III. fol. 358.* Hæmorrhoidalem menſium fluxum fere continuum hic loci patiebatur femina quædam prima vice gravida, quæ filium legitimo termino equidem pariebat, ſumme tamen debilis quinta poſt partum die ſalvo filio remanente, animam Deo reddebat. Hæmorrhagiam menſtruam in gravida per talum communicat Alhardus Hermannus Cummius *M. N. C. Dec. I. A. 1. Obſ. 96. p. 224.* nimirum femina agreſtis, opulenta, ætatis ſuæ anno trigeſimo

ſimo quarto, anno 1667. tertium gravida, poſt primam ſtatim menſium retentionem pati incipit ſanguinis profluvium ex poplite ſiniſtro periodicum &c. Interdum etiam gravidis uteri hæmorrhagia accidit lethalis, uti recenſet Johannes Helwigius *Obſ. 141. pag. 383.* anno 1673. Ratisbonæ matrona quædam nobilis & ingenua, fœtu gravida, quinto conceptionis menſe hæmorrhagia uteri improviſo adfligebatur tam vehementi ac immodica, cum virium debilitate, ut ſæpius in animi deliqvium incideret, & pro agonizante haberetur, fœtu tamen ſemper ſe in utero naturaliter movente; cui malo quidem venæſectione atque variis medicinis obviam itum fuit, ſed omnia penitus incaſſum, ac fluor iſte per iteratas vices usque fere ad ultimum geſtationis menſem continuavit, quo fœtus demum debilitatus in utero ſubito moriens matri quoque mortem attulerat.

§. 16.

Quamvis in hac obſervatione venæſectio fruſtra fuerit adhibita, in aliis tamen gravidis, plethoricis imprimis, eadem non modo innoxia, ſed etiam maxime proficua eſt variaque ſymptomata impedit. Laborabat enim quædam gravida ſat plethorica, ob protractam diutius venæſectionem, vomitibus ferme continuis, cum calore præternaturali, & ſiti ſat moleſta, qua de cauſa ex conſilio medici ſanguinem ea, qua conveniebat, quantitate detrahi curavit, hincque a dictis ſymptomatibus liberabatur, teſte Vito Riedlino, filio *Obſ. 98. p. 229.* Poſt paream ſanguinis ſubtractionem in gravida femina ſanguinis vomitum in narium hæmorrhagiam fuiſſe mutatam ex *M. N. C. Dec. I. An. 9 & 10. Obſ. 6. p. 43.* modo adduximus. De matrona epileptica in ſeptimo menſe uterum gerente ter ſecta vena in talo tuto curata: vid. Zacut Luſit. *Prax. med. admir. Lib. I. Obſ. 27. Oper. Tom. III f. m. 7.* v. etiam *Lib. II. Obſ. 144 ſeqq. fol. 77.* Venæſectionem in plethorica ad partum difficilem ordinavit Johannes de Muralto *M. N. C. Dec. II. An. 1. Obſ. 103. p. 244.* Mulier, inquiens, viginti annorum, ſanguinea & primum

Venæſectio proficua.

gravida toto geſtationis tempore venæſectionem neglexit. Cum vero partus inſtaret, conatus impendere nequit. Suaſi venæſectionem in brachio dextro ſufficientem, qua celebrata parturiens puerum vegetum feliciter enixa eſt. In ſcholio ejusdem obſervationis annectit Muraltus: in Helvetia feminas ſi conceperint, & ſanæ & plethoricæ fuerint, toto geſtationis tempore bis terve ſanguinem utiliter mittere, ita enim primis menſibus præcaveretur abortus, proles a conſtitutione humida defenderetur, tandemque partus fieret facilior &c. ubi varia adhuc de gravidarum venæſectione admonet. De venæſectionis commodo in gravidis agens Johannes Schmidius *M. N. C. Dec. I. An. 9 & 10. Obſ. 48. pag. 113 ſeq.* refert, ſe in praxi ſua ſine noxa, tempore ingravidationis omni, urgente neceſſitate febrili, ſanguinem tuto detraxiſſe, non raro iteratis vicibus, non raro in bona ſatis quantitate, neque unquam aliquam inde percepiſſe noxam, cum ſæpius gravidæ majorem ſanguinis quantitatem evacuent, quam per venæſectionem ordinarie emittitur, ſine fœtus debilitate. Deinde etiam uxoris juvenculæ meminit, quæ aliquoties jam abortierat, ita ut abortuum numerus pene ſeptenarium vel octonarium excederet, poſt repetitam autem venæſectionem partum legitimum enixa eſt neque amplius abortiit. *Obſervatio.* Id quod etiam mihi in femina honeſta, aliquot jamjam liberorum matre, ante triginta annos in pharmacopœi noſtratis uxore, obſervare contigit, quippe quæ undecies in una ſerie abortum paſſa erat; poſtquam autem iterum, octava a nova conceptione ſeptimana, tormina abdominis, tanquam abortus prodromos ſentiret, ſtatim ipſi in brachio venam ſecari curabam; qua inciſa omnia ſymptomata remittebant, usque ad undecimam hebdomadem; hac enim finita dolores denuo redeuntes ſecunda venæſectione iterum ceſſabant, quæ etiam ob eandem cauſam metumque abortus, tertia vice ſeptimana decima quarta tali cum fructu repetebatur, ut ab ultimo hoc termino nihil amplius incommodi ſentiret, ſed juſto tempore filium optime vegetum, poſtea-

ſteaque etiam filiolam ad hunc usque diem adhuc viventes enite-retur. Utero gerentes primis menſibus, ne copia ſanguinis fœtum obruat, dummodo ſint ſanguineæ, phlebotomia ab abortu eſſe præſervandos, admonet etiam Dominicus Panarolus *Iatrologiſm. Pentecoſt. II. Obſ. 23. p. 46.* vid. etiam Gregor. Horſt. *Obſ. Lib V. Obſ 34. Oper. Tom. II. fol. m. 292.* Paul. Zacch. *Quæſt. med. leg. Lib. VI. Tit. 1. Quæſt. 7. n. 17. fol. 503.* Matth. Moron. *Direct. medic. p. 217.* De abortu bis venæſectione impedito vid. *M. N. C. Dec. I. A. 6 & 7. Obſ. 204. p. 301.* item Henr. ab Heer *Obſ. 14. p. 131 ſeq.* Plura vide de Abortu. item Theoph. Bonet. *Mercur. compitalit. Lib. XIV. fol. 577.* ubi de venæſectionis loco & tempore agit, variaque de gravidarum purgationibus & clyſteribus annectit.

§. 17.

Grevide cur coeant? non brute.

De gravidarum ſalacitate ac coitu non ſolum in Muliebribus, ſed etiam Spermatol. *Cap. 5. §. 72 ſeq. p. 311 ſeq.* pluribus egimus. Cur vero ratione coitus femina a reliquis animalibus adeo differat, ut, cum hæc poſt conceptionem venerem detrectent coitumque recuſent, femina econtra & equa, juxta Ariſtotel. *Hiſt. Animal. Lib. VII. cap. 4. fol. 435.* non modo marem admittant, ſed quandoque etiam cohabitationem multo fervidius, quam non gravidæ appetant; hujus appetitus venerei cauſas ſequentibus verbis reddit L. Cœlius Lactantius Firmianus *Lib. VI. de ver. ſap. cap. 23. p. m. 431 ſeq.* Venio nunc ad eam, quæ percipitur ex tactu, voluptatem, qui ſenſus eſt quidem totius corporis; ſed ego non de ornamentis, aut veſtibus, ſed de ſola libidine dicendum mihi puto, quæ maxime coercenda eſt, quia maxime nocet. Cum excogitaſſet Deus duorum ſexuum rationem, attribuit iis, ut ſe invicem appeterent & conjunctione gauderent. Itaque ardentiſſimam cupiditatem cunctorum animantium corporibus admiſcuit, ut in hos affectus avidiſſime ruerent, eaque ratione propagari & multiplicari genera poſſent. Quæ cupiditas & appetentia in homine ve-

hementior & acrior invenitur; vel quia hominum multitudinem voluit esse majorem, vel quoniam virtutem soli homini dedit, ut esset laus & gloria in coercendis voluptatibus & abstinentia sui &c. Et *p. 434 seq.* inquit: divina lex ita duos in matrimonium, quod est in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, quisquis compagem corporis in diversa distraxerit. Nec ob aliam causam Deus, cum cæteras animantes suscepto fœtu, maribus repugnare voluisset, solam omnium mulierem patientem viri fecit; scilicet ne feminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere; eoque facto, castitatis gloriam non tenerent. Sed neque mulier virtutem pudicitiæ caperet, si peccare non posset. Nam quis mutum animal pudicum esse dixerit, quod suscepto fœtu mari repugnat? &c. Quas rationes morales Johannes Benedictus Sinibaldus *Geneanthrop. Lib. VII. Tr. I. cap. 4. pag. 637.* ita reddit: prima ratio est, quod Deus immortalis ideo dedit, ut feminæ sine noxa gravidæ sustinerent virum, ne scilicet homines (viri) alienas mulieres cogerentur calcare: Secunda est, ut mulier gravida renuens virum pudicitiæ nomen acquirere valeret; nam brutæ pudicæ dici non possunt, cum naturaliter tantum agant, & impulsu duntaxat naturæ. Juxta Christ. Warliz *de Morb. biblic. cap. 12. p. 374.* præposteræ venus, & injusto tempore blandiens gravidis nocet, multorum malorum scilicet ferax, ob perturbationem circuitus humorum, qui ad fœtum alendum tendunt, unde loco benigni & laudabilis humoris nutritivi, vitiosus, spiritibus orbatus, in qualitatibus mutatus & adulteratus communicatur. Alii autem autores varias rationes physicas inquirunt, vid. Arist. *de Generat. Animal. Lib. IV. cap. 5. fol. 583.* De quæstione, an mulier, quo tempore uterum gerit, cum viro consuetudinem habere debeat? v. Hieron. Mercurial. *de Morb. Mulier. Lib. I. cap. 4.* in Israel. Spacch. *Gynæc. f. 223.* Joh. Bicker. *Herm. rediviv. cap. 16. p. 99.* seq. Joh. Bened. Sinibald. *l. c.* Roder. a Castr. *de Natur. Mulier. Lib. II. cap. 2. pag. 104 seq.* Spermatol. noft. *l. a.* Paul. Zacch. *Quæst. med.*

medic. leg. Lib. VII. Tit. 3. Quæſt. 3. n. 11 ſeq. fol. 639. n. 18. fol. 641.

§. 18.

Ob varias autem cauſas, ſuperfœtationem ſcilicet, vel etiam abortum vel alia ſymptomata, quæ tum matri quam fœtui primis & ultimis geſtationis menſibus accidere poſſunt, uxores gravidæ potius a coitu abſtinere, quam coitum averſum, vel illum modum, quem Marcus Gerbezius *Intricat. extricat. Part. II. cap. 20. p. 447.* commendat, (ſcilicet ut vir brachiis ſuis fortiter innixus coeat, ne prægnantis ventrem comprimat) admittere deberent. Juxta eundem Gerbezium certum eſt, frequentiorem coitum ſaltem primis geſtationis menſibus eſſe inſecurum, eo quod, teſte Franciſco de le Boy Sylvio, fere præciſe propter iſtam cauſam meretrices rariſſime concipiunt, aut ſi concipiunt, plerumque ante tempus abortiunt. Concubitum autem ante partum ſuadet Ariſtoteles *Hiſt. Animal. Lib. VII. cap. 4. fol. 435.* inquiens: quæ paulo ante partum concumbunt, facilius pariunt. Vix tamen hoc in paſſu ſemper feminis lex certa præſcribi poterit, cum ob humorum circa partes genitales ſtagnationem nonnullæ mulieres a conceptione longe evadant ſalaciores eoque ſæpius conjugalem amplexum deſiderent. Unde inquit etiam Nicolaus Venette *de la Generation de l' homme Part. II. cap. 3. Art. 3. p. 124 ſeq.* l' experience nous apprend, qu' une femme groſſe eſt plus amoureuſe au commencement de ſa groſſeſſe, qu' auparavant. Beaucoup plus de ſang & d' eſprits occupent ſes parties naturelles, etſi on la baiſe en ce temps-la, c' eſt de l' eau, que l' on jette ſur le feu d' une forge, qui plus il eſt arroſé; plus il eſt ardent. Les François ne ſont pas ſi retenus à careſſer les femmes groſſes que quelques autres nations. Il y a meſme des medecins qui ſont d' avis, qu' on les doit baiſer avec plus d' ardeur, pour obeïr aux loix de la nature, qui les rend alors plus amourenſes. Mais à dire le vray, ſi nous ſuivons le ſentiment d' Hippocrate, elles ſont de plus vehementes couches, quand elles ne ſont point careſſées pendant leur groſſeſſe, & *Cur abſtinere debeant, & quando?*

& nous voyons ſouvent arriver des accidens funeſtes aux femmes, qui ſe divertiſſent avec un homme, quand elles ſont groſſes; car ſi elles ne font pas de fauſſes couches, au moins deviennent elles groſſes une ſeconde fois. Les femmes du Breſil ſont bien plus retenuës, que nos Françoiſes, puisque dés qu'elles ſe ſentent groſſes, elles ſe ſeparent de leurs maris. Elles n'apprehendent pas, que les fortes ſecouſſes, de l'amour ébranlent un enfant, qui eſt fort delicat, dans ſes premiers mois, & que les regles, qui ſont ſouvent provoquées par la chaleur, que les baiſers reiterez excitent dans les parties naturelles d'une femme, l'etouffent & le ſouffoquent. Il ne peut meſme ſ'en garantir ſur la fin de ſa priſon, lorsqu'il eſt plus robuſte. Les liens, qui le tiennent ſaiſi, ſe relachent par ſa peſanteur, aux moindres efforts amoureux de la mere: & il eſt ainſi contraint de perdre la vie en naiſſant, luy qui ne l'a presque pas encore receuë. Et *Art. 5. p. 141 ſeq.* inquit idem Venette: Il y a beaucoup de difficulté à ſavoir, ſi une femme groſſe peut manquer à ce qu'elle doit à ſon mary. Les ſentimens ſont partagez ladeſſus. Quelques-uns veulent, que l'on puiſſe baiſer auſſi vigoureſement une femme, lors qu'elle eſt groſſe, que lorsqu'elle eſt vuide. J'en prends à témoin Julie, fille de l'Empereur Auguſte, qui eſtant groſſe voulut perſuader aux gens, que l'on ne faiſoit point tort à ſon mary de faire paſſer d'autres hommes dans ſa barque, lorsqu'elle eſtoit chargée de marchandiſes humaines, pour me ſervir de la penſée de cette femme. Les autres ont tant de ſcrupule dans cette occaſion, qu'ils ſ'imaginent, que l'on commettoit un grand crime, ſi l'on careſſoit une femme groſſe, & que l'on contribueroit à la perte de ſon enfant. Pour decider cette queſtion, on n'a qu'à obſerver ce qui ſe paſſe dans la nature parmy les beſtes, & on y verra que les cerfs, les taureaux, les beliers & quelques autres animaux ne touchent plus leurs femelles, quand elles ſont une fois pleines. Les accidens facheux, que nous avons remarqué cy deſſus pouvoir arriver à une femme groſ-

groſſe, qui reçoit les careſſes de ſon mary, ſont de cauſes legitimes, pour empêcher un homme de careſſer ſa femme. De fauſſes couches peuvent arriver par un flux de ſang, que les agitations amoureuſes excitent: une ſuperfétation peut ſurvenir; un faux germe ou un fardeau peut ſuffoquer l'enfant, comme Riolan nous témoigne l'avoir vû. En un mot ces accidens peuvent oſter la vie à la mere & à l'enfant. Au contraire les accouchemens ſeront plus libres, ſi l'on ne touche point une femme pendant ſa groſſeſſe. Et les enfans, ſelon la penſée d'Hippocrate ne naitront pas avant la terme: Ce furent ſans doute ces raiſons, qui empeſcherent le ſage Empereur de Conſtantinople, Iſaac Comnene, de toucher ſa femme, aprés qu'elle eut conceu; & quoyque ſes medecins le luy conſeillaſſent pour la conſervation de ſa ſanté; il n'en voulut pourtant rien faire, preferant ainſi la ſanté de deux perſonne à la ſienne propre. C'eſtoit meſmes une loy parmy quelques peuples payens, de ne connoitre jamais une femme groſſe. Ob ſupra adductas rationes, abortum ſcilicet ac ſuperfœtationem gravidis quoque coitum diſſuadet Petrus Müllerus *Diſput. de Jure Prægnant. Reſpond. Sigismundo Alupeck. Jen. 1686. habit. cap. 2. Th. 7. p. 11.* his verbis: Suadent phyſici, ut caveat mater, ne longiuſculo tempore poſt primum fœtum coeat, fit enim tunc, quippe utero magna ex parte ad partum usque ſe comprimente, ut maturato dolore primus partus intereat & poſterior conceptus perfici non poſſit, adeoque abigatur, ſimilis iis, quos abortus vocamus. Sin a primo conceptu ſecundus proxime molitus ſit paululumque temporis inter eos interceſſerit, quod ſuperfœtarit mater, naſci abſolvique poteſt, non ſecus ac ſi gemini naſcerentur. Ipſe Hippocrates *de Superfœtat. Oper. Sect. III. fol. m. 43.* inquit: Mulierem prægnantem, ſi venerem non exerceat, partu facilius liberari. Apud Judæos certa erat ſecta, Eſſenorum dicta, quorum nemo cum uxore prægnante concumbebat, ut oſtenderent, quod nuptias, non voluptatis, ſed liberorum cauſa inierint, referente

Flavio Joſepho *de Bell. Judaic. Lib. II. cap. 7. pag. m. 642.*

§. 19.

Coitus ante partum.

Ad quæſtionem: An maritus ab uxore tempore partui vicino debitum conjugale exigere poſſit? Conradus Philippus Hoffmannus *de inſignior. Puerper. Temporib. cap. 1. §. 18. p. m. 20.* ita reſpondet: Canoniſtæ unanimiter fere in eam abeunt ſententiam, conjuges mortaliter peccare, ſi tempore prægnantiæ venere utantur, quando verosimilis adeſt timor abortus; tum quod fœtus periculo exponatur, tum quod ipſa prægnans periculum incurrat ſuæ ipſius valetudinis. Si vero nullus abortus ſperandus ſit, concedunt concubitum cum gravida. Alii diſtinguunt tempora, ita ut primo ipſius prægnantiæ tempore & poſtremo debitum conjugale neque exigi neque reddi debeat; in intermediis autem conjuges debitum & exigere & reddere queant; idque ex ea ratione, quod primis & poſtremis prægnantiæ temporibus gravida facile abortiat, non item tempore intermedio. Item ad quæſtionem: ſe la donna gravida puo congiungerſi col marito ſenza periculo della creatura? ita reſpondetur nella Commare di Scipione Mercurio *Lib. I. cap. 21. p. 127.* eſſendo ſi detto, ch'è periculoſiſſima coſa non contentare le donne nei loro ardenti deſiderii, potremo affermare, che, ſe la donna gravida appetirà grandemente il congiungimento, ſi debbono computare i meſi della gravidanza, cio è, i primi, i mezzani, e gli ultimi; prohibendo le nei primi quattro meſi la congiuntione dell' huomo: perche è di gran pericolo, e può cauſare morte alla creatura: Negli ultimi ancora il damno è più certo, e più grande: perche, come dice Ariſtotele *nel libro 7. dell' hiſtoria degli animali, al capitolo 4.* congiungendoſi la donna in queſti meſi, partoriſce la creatura piena di mochi per difetto de' quali è facil coſa, che naſca nel ottavo meſe ſarucciolando dal ventre fatto lubrico per detti mochi. Reſtano dunque ſolo i meſi mezzani, ne' quali poſſa la donna accompagnarſi ſicuramente con l'huomo ſenza pregiudicio del feto. Sed reſpon-

reſpondet ad ea Paulus Zacchias, mulieres non omnes eadem natura quoad abortum præditas eſſe, quod aliæ facilius primis poſt conceptionem temporibus, aliæ facilius intermediis, aliæ temporibus partui vicinis, abortum faciant, ita ut ſimpliciter loquendo prægnantia, niſi aliunde timor adſit rationabilis, neque exactionem, neque reddition em debiti impediat, modo major, quoad uſus veneris, cautela adhibeatur in prægnantia, quam extra eam, inprimis cum a medicis mulieribus prægnantibus concubitus in extremis menſibus concedatur, ob id, quod partum faciliorem reddere exiſtiment. Aliud quoque periculum imminere volunt quidam ex coitu cum gravida, ſuperfœtandi nimirum & molam gerendi. Sed cum tum ſuperfœtatio, tum molæ generatio res rara ſit, inde nec ob hæc pericula concubitus cum prægnantibus diſſuadendus. vid. etiam Mich. Albert. *Jurisprud. med. cap. 4. §. 6. p. 87.* item Spermatolog. noſtr. *cap. 5. §. 73. p. 313 ſeq.* & Dionis *des Accouchem. Lib. II. cap. 4. p. 144 ſeq.* Conrad. Phil. Hoffmann. *de Puerp. tempor. cap. 1. §. 18. p. 20.*

§. 20.

De quæſtione, an gravidarum uterus tempore geſtationis incraſſetur, vel propter dilatationem attenuetur, vel an ſimul dilatetur & incraſſetur, in Muliebrib. noſtr. *Sect. III. cap. 2. p. 234 ſeqq.* pluribus egimus. vid. etiam Traité general des Accouchemens de M. Dionis *Lib. I. chapitr. 2. p. 37 ſeq.*

CAPUT IX.

De gravidarum animi pathematis & imaginatione.

§. 1.

QUantum damni atque periculi gravidis inferant animi pathemata, teſtantur non modo obſervationes medicæ, ſed aliæ quoque hiſtoriæ. Julia enim, Cæſaris filia, cum ædilitiis comitiis Pompeji Magni, conjugis ſui, veſtem cruore reſperſam e campo *e terrore abortus.*

domum relatam vidiſſet, territa metu, ne qua ei vis eſſet allata, exanimis concidit, partumque, quem utero conceptum habebat, ſubita animi conſternatione & gravi dolore corporis ejicere coacta eſt; atque ita exſpiravit, magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento. vid. Valer. Maxim. *Lib. IV. cap. 6. §. 4. p. m. 394.* Quod Plutarchus in vita Pompeji ſic tradit: Comitiis ædilitiis cum manus quidam conſeruiſſent, & circa Pompejum multi cecidiſſent, cruore cæſorum perfuſus veſtes mutavit, & cum multus ſervorum tumultus ad ædes ejus fieret, inter ferendum veſtes puella prægnans viſa cruenta toga concidit, nec multo poſt abortivum enixa, periit. De Marci Varronis uxore ſequentia narrat Marcus Aurelius *nell' Horologio de' Prencipi Lib. II. cap. 15. p. m. 231 & ſeq.* dove narra i caſi sfortunati, che avennero a donne gravide: nella ſeconda guerra Africana erano capitani Paolo Emilio & Marco Varrone due conſoli; di queſti Paolo Emilio fù amazzato, Marco Varrone vinto, & Annibale rimaſe nel campo vittorioſo. Publio Varrone poco avanti, che andaſſe alla guerra, s' haueà accoſtato con una Romana bella & giouane, nomata Soſia, laqual rimaſe gravida di ſette meſi, & quando udì, che Paolo Emilio era morto & ſuo marito ſuperato, ſubito cade morta rimanendole la creatura viva nel corpo &c. Ejusmodi exempla alibi in capite de Abortu plura reperies. Gravidis inſuper obeſſe ſolet repentinus terror, qualis quandoque ex inexpectato exortis incendiis, fulgure, tonitru, rixis, triſti nuncio, monſtroſis hominum beſtiarumve aſpectibus, & ſimilibus inopinatis, concipitur.

§. 2.

picturæ vitandæ. A picturarum quoque, tam elegantium, quam turpium, aſpectu gravidarum phantaſiæ facillime diverſæ imprimi poſſunt figuræ, à quibus etiam ipſi fœtus, materno utero adhuc incluſi, ſecundum Marc. Gerbez. *Intricat. extric. Part. II. cap. 20. p. 449.* facile ſimili forma figurantur. Quid autem hoc in paſſu moliatur mulieris imaginatio, monſtrat Levinus Lemnius *de occult. Natur. Miracc.*

Mirac. Lib. I. cap 4. p. m. 14 ſeq. Si quid, inquiens, illa animo concipiat, aut in obvia quæque inconniventes defigat oculos, mentique imprimat, ea plerumque infans in extima parte repræſentat. Sic inter amplexus & ſuavia ſi mulier oculos ac cogitationem in viri vultum dirigat, aut quem alium præſentem imaginatur, hujus effigies in fœtu ſolet elucere. Ea enim eſt imaginariæ facultatis vis & potentia, ubi mulier fixius quid intuetur, ut ſimile quiddam conſpectis emoliatur, adeo ut infanti varias rerum formas induci contingat, ac nævos, lentigines, lituras verrucasque imprimi, quæ non facile elui poſſunt, aut emaculari. Sic noſtrates matronæ ex leporis obtutu infantes edunt labello ſupremo bifido & bifurcatim diſſecto. Simili ratione nonnulli ſimis exiſtunt repandisque naribus, ore diſtorto, labris indecore prominentibus, totoque corporis habitu deformi, quod mulier conceptus ac geſtationis tempore, oculis totaque mente ac cogitatione in monſtroſas quasdam ſpecies fuerit defixa. Tale quiddam etiam in reliquis animantibus elaborare ſolent naturæ artifices, objectis ſub ipſo conceptus momento variarum rerum coloribus. Quo ſtrategemate aſſuque uſus Jacobus *Geneſ. cap. 30. v. 37 ſeq.* paſſim ſtratis objectisque virgultis, quibus cortices ademerat, maximam gregis partem, cum ſe inirent, maculoſo tegmine varioque ac verſicolore vellere præſtitit, de quo vide Remig. *Dæmonolatr. Lib. I. cap. 6. p. 68 ſeq.* Sic picturatas alites, ſic canes equosque ſcatulatos ac guttatos perficimus. Et *pag. 21.* inquit allegatus Lemnius: vehemens fixaque cogitatio dum rerum ſpecies vehementes movet atque identidem verſat, formam figuramque, quam aſſidua imaginatione revolvit, fœtui imprimit atque illi rei cogitatæ figuram inducit. Spiritus enim interni atque humorum affluentia rei excogitatæ pingit formatque imaginem. Nec vero temere aut ex nulla cauſa eſt, quod nonnulli enormi ſint corpore, aſpectu torvo atque inamœno, protuberantibus inflatisque buccis, ore diſtorto rictuque indecenti, cum hæc eo eveniant, quod gra-

gravidæ hujusmodi ſpectra ac ſimulacra cogitatione menteque conceperint, aut oculis intentius in illa fuerint defixæ: Sic nihil mihi æque improbari ſolet apud laſciviores mulierculas, quam quod catellis ſimiisque ſeſe impenſius oblectant, quodque illos ſinu geſtant, foyent, demulcent, baſiant, blandeque contrectant. Horum enim conſuetudine & aſpectu natura feminarum imperfecta, neſcio quid alienæ formæ animo menteque concipiat, ac fœtui inamabilem minuſque ſpecioſum vultum affingat &c. Qua de cauſa etiam inhumanus ille quarundam mulierularum mos quo catellos canieuloſve tota quaſi die in manibus geſtant, exoſculantur, & aliquid quaſi laſcivæ familiaritatis cum ipſis habent, Marco Gerbezio *Intric. extric. med. Part. II. cap. 20. p. 450.* reformandus videtur.

§. 3.

Phantaſiæ operatio. De tali prægnantium phantaſia ita ſentit Hieronymus Fracaſtorius *de Sympath. & Antipath. cap. 23. Oper. Part. prior. cap. 23. p. 92.* ſicuti in veneris appetitu facto intenditur virga, ſuggerente anima plurimum ſpiritus, & dolente membro calor & ſanguis concurrit; ad quæ ſi recte reſpiciamus, impoſſibile non exiſtimabimus, quod de prægnantibus dicitur, remanere ſcilicet in fœtu ſigna quorundam, quæ ipſæ avidiſſime appetivere: ſiquidem facta ingenti quadam phantaſia & appetitu quorundam, anima ex iis, quæ in corpore ſunt, proportionate aliquid movet præcipue in ſanguine, ex quo cum nutriatur fœtus, nihil prohibet, ſigna quædam ejus alimenti ita affecti in eo remanere, præſertim coloris, propter quod ea ſigna rubentia fere omnia ſunt, & exuſtionem aliquam in ſanguine factam oſtendentia: fortaſſe autem & figura cupitæ rei oſtenditur, quod in eo proportionali anima etiam figuram mentiatur.

§. 4.

a gravidarum phantaſia nævi. Poſſe autem gravidæ mulieris imaginationem fœtui adhuc in utero detento per pathemata non modo varios nævos & appe-

titus

titus infigere, ſed ſtupendos quoque effectus producere, imo fœtum in alienam plane ſpeciem mutare, ſequentia ab autoribus annotata quandoque fere incredibilia teſtantur exempla, absque ordine a nobis recenſenda. A denegatis ſcilicet picantium & gravidarum mulierum appetitui cibis & aliis ejusmodi deſideratis rebus, nævos ſic dictos maternos, ſtigmata & varias fructuum excreſcentias infantibus utero adhuc incluſis per matris impreſſionem imprimis, in Chylolog. noſtr. *cap. II. de Pic. & Malac.* multis exemplis probavimus, dantur tamen adhuc plurima ejusmodi macularum vel præternaturalium conformationum exempla, ab aliis cauſis, v.g. a terrore, vel alia gravidarum phantaſia dependentia.

§. 5.

Nævos fragiformes in capite habuit Johannes Helwigius, de quibus ſequentia refert *Obſ. 35. p. 125.* Ego ab infantia hucusque in capillitii parte ſiniſtra nævos ſeu notas gero trium fragorum, quæ quotannis menſe Martio, quando fragaria floreſcere ſolet, rubeſcere quoque incipiunt; poſtmodum paulatim ſeſe attollunt, usque ad Junium, fragorum fructus repræſentantes cum leni pruritu; denique in granula parva alba generantia ſponte decidunt, cutis ſpatio glabro & ſine pilis manente. Et cum adoleſcens ſcabie fœda corriperer cutis capitis inſigniter intumeſcebat, cætera cutis divellebatur, cum effluxu humoris ſeroſi fœtidi, usque dum tumor ſponte ſubſederit; unde nævum hunc a natura per cutem & capillitium oſſi bregmati alte infixum eſſe conjicio. Ortum autem ſuum habere, e matre ipſamet ſæpius audieram, ex imaginatione, cum ipſi gravidæ fraga in foro avide ſpectanti illorum comeſtio negaretur. Johannes Valentinus Willius condiſcipulum Mompelgardi habuit, cui tuberculum fragiforme in humero enatum erat, Junio menſe ſemper tumidius ac alias, quod matris deſiderio ipſe acceptum ferebat. vid. Thom. Bartholin. *Act. Hafnienſ. Vol. III. caſ. 83. p. 152.* Viennæ mulier quædam gravida pridie ante partum ſummo fraga comedendi deſiderio flagrans, *Fragum.*

grans, ſui tandem compos facta voti die ſubſequenti feliciſſime fœtum enixa eſt, cujus dorſum fragis integris & recentibus conſperſum viſum eſt, cum maxima circumſtantium admiratione, ſecundum relationem Tobiæ Czaſchelii *M. N. C. Dec. I. An 3. Obſ. 268 p. 483.*

§. 6.

Ceraſum. Honeſta quædam matrona Bernenſis puellum peperit, qui in medio naſi maculam aut potius tuberculum rubicundum, ſed parvum ad inſtar lentis habebat, & quidem ex imaginatione matris, quæ dum utero geſtaret, ceraſa avide, ſed fruſtra appetierat. Non diu poſt, creſcente puero macula illa in tuberculum (quod molle & flaccidum erat) quoque excrevit, & ceraſum per medium diſciſſum & naſo appoſitum præ ſe ferebat, teſte Guilhelmo Fabricio Hildano *Obſ. Chirurg. Cent. V. Obſ. 46. Oper. fol. in. 432.* vid. etiam *Cent. VI. Obſ. 66. f. 580.* Ceraſum in viro ceraſorum tempore rubeſcens obſervavit Petrus Borellus *Hiſtor. med. phyſ. Cent. III Obſ. 49. p. 236.* Nævos fragis vel ceraſis ſimiles, tempore verno, cum ejusmodi fructus matureſcunt, quotannis etiam rubicundiores fieri & matureſcere, ſæpius ſe obſervaſſe dicit Carolus Joſephus Myllerus *M. N. C. Dec. II. An. 7. Obſ. 225. p. 429.* Mater fœtui ceraſi notam impreſſerat, qui virideſcebat, flaveſcebat, rubeſcebat quotannis, iisdem ſtationibus, quibus ceraſa arborum; & compertum eſt, aliquem has viciſſitudines colorum in Belgio paſſum, in Majo & Junio; in Hiſpania vero easdem in Martio & Aprili; rurſumque in patriam redientem Majo & Junio; juxta verba Aloyſ. Temmik *Philoſoph. ver. Anim. Mund. p. m. 638.*

§. 7.

Morum. Pueri cujusdam coxæ dextræ rubi Idæi ſatis grande & protuberans morum implantaverat matris phantaſia, ob denegatam ſcilicet mororum illorum avide concupitorum ſufficientem eſum, eo quod vermiculum in ſpiram, inſtar ſerpentis contortum, inter illa reperiens, anguis eſſe pullum putans deterrita ſimulque

mulque indignata coxam ſuam dextra percuſſerat, juxta obſervationem Guſtavi Caſimiri Gahrliep *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 46. p. 90.* Mulierem quandam cum ſub moro verſaretur, & mora plura in ipſam deciderent, filiam genuiſſe, quæ in iis corporis partibus, in quas in matre mora deciderant, verrucas inſtar mororum habuit, refert Daniel Sennertus *de Conſenſ. Chym. & Ariſtol. cap. 14. p. 236.* Novit etiam Jacobus Gaffarellus aliquem, cujus fronti, ex impedito & denegato matris appetitu, impreſſum erat morum. Is, quoties edebat mora, ſuram convulſione inſolita lædi animadvertebat. Item noti Pariſiis mulier in labro inferiori morum ſimiliter habebat, quod cætera quidem anni parte carni æquale erat, at mororum tempore ingruente, paullatim attollebatur & rubeſcebat, donec eandem cum naturalibus magnitudinem & colorem adipiſceretur. vid. Jacob. Gaffarell. *Curioſit. in audit. Part. II. cap. 5. p. m. 101.* Petrus Borellus morum nigrum in fœmore, ut mater ipſius in brachio, habebat, quod etiam mororum tempore augebatur, uti ipſe *Obſ. med. Cent. III. Obſ. 49. p. m. 236.* meminit. Ex imaginatione matris gravidæ puella Maſſilienſis, ſedecim annorum, in fronte maculam geſtavit. Morum, quod veris initio, dum ejus ſpeciei arbores germinarunt, intumuit, vireſcens primum, poſt rubeſcens & nigreſcens maturo fructu. v. Phil. Jacob. Sachſ. *Gammarolog. p. 214.* Sequentem obſervationem in Kenelmi Dygbi tractatu Germanico, *de Sympath. p. m. 75 ſeq.* his verbis legimus: *Eine hohe Weibes-Perſon hat auf ihrem Halſe die Figur einer Maulbeeren ſo eigentlich, als ſie ein Mahler oder Bildhauer lebhaffter nicht könte ausbilden. Denn ſie hat nicht allein die Farbe, ſondern auch die Gröſſe, gehet auch über das Fleiſch heraus, als wenn ſie ausgehauen wäre. Dieſer Weibes-Perſon Frau Mutter, als ſie hohes Leibes, bekame Luſt zu Maulbeeren, und indem ihre Embildung damit ſo hefftig erfüllet, daß, als erſtenmahls ſie deren anſichtig wurde, ihr ungefehr eine auf den Hals fiel; Man eilete mit Fleiß den Maulbeerſafft abzuwiſchen, ſie ſpürete dazumahl im geringſten nichts; aber das*

Kind, ſo bald es zur Welt gebohren, brachte eine Figur einer Maulbeeren auf ſeinem Halſe, eben an dieſem Orte, dahin die Maulbeere auf ihrer Frau Mutter Hals gefallen war; Und alle Jahrzeit, wenn die Maulbeere zeitig, geſchwillet ſie, und dieſe Eindrückung oder vielmehr Auswachſung vergrœſſert ſich, machet Jücken und entzündet ſich. Mori fructum in amici æſtumatiſſimi gena dextra, tempore mororum ſatis magnum, poſtea vero iterum decreſcentem quotannis obſervare licebat.

§. 8.

Prunum. Mulier quædam gravida a pruno, in horto ex arbore ſuper axillam actutum decidente, perterrefacta filiolam pruni effigie prope axillam dextram ſignatam peperit, teſte Ehrenfrido Hagendornio *Hiſt. med. phyſ. Cent. III. Hiſt. 54. p. m. 353.* In fratris ſui brachio ſiniſtro nævum, figura, magnitudine & colore prunum Damaſcenum ſimulantem obſervavit Johannes Helwigius *Obſ. 35. Schol. p. 126.* Et Guilhelmus Fabricius Hild. *Obſ. chirurg. Cent. V. Obſ. 46. p. m. 306.* in puella octo circiter annorum ætatis excreſcentiam ad inſtar pruni in utero matris contractam in medio fronte excidit.

§. 9.

uaria. Filiola cujusdam fabri cultrarii ob denegatam matri prægnanti baccarum illarum, *Preuſſelbeere* noſtratibus dictarum, eſum, in naſi apice charactere talismodi baccæ ſigillata videbatur, juxta Ehrenfrid. Hagendorn. *l. a.* Recens ribeſium auri in utero impactum communicat Chriſtianus Franciſcus Paullini *M. N. C. Dec. II. An. 5. Obſ. 185. p. 351.* inquiens: Cum adhuc ſub corde ſuo me geſtaret dilectiſſima mater (ſcribit in Obſervationibus ſuis, Iſrael Schmid, Pruſſus) pridie ante partum, circa crepuſculum, in horto ambulans, ribeſia ambabus ingeſſit manibus, quorum unum integrum adhuc ſiniſtræ auri meæ firmiter impactum in lucem protulit. Lentes ruſtica quædam gravida veſperi maximo appetitu comederat, die ſequenti horis matutinis fœtum lentes in ore haben-

habentem pariens, ſecundum obſervationem Chriſtiani Franciſci Paullini *Philoſoph. Feyerabend cap. 66. p. 649.* Refert etiam Petrus Borellus *l. c.* ſe in gena viri uvæ figuram, ſoleæ marinæ etiam cum ſquamis ſuis figuram in tempore ſiniſtro; Tulipam in fœmore vidiſſe: Habuit etiam Borellus amicum, qui florum ſertum cum vitta in cute puellæ vidit; in alia caryophyllum florem cum majorana. Et ipſius Borelli ſoror lentes circa cordis regionem habuit. Ex ſequiori ſexu multas in pectore, aut collo aut brachiis, ceraſorum, piſorum, fragorum, ribeſiorum, foliorum, avellanarum & vulnerum quoque hiantium effigiem habentes, ſe noviſſe, inquit Georgius Hieronymus Velſchius *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 38. p. 61.* quo loco etiam de cicere in facie Marci Tullii Ciceronis, a quo nomen accipit, pluribus agit, curque in ſtatuis nummisque antiquis plerisque hoc cicer non cernatur, quid cauſæ ſit, indagat. De hoc cicere inquit Cornelius Stalpart van der Wiel *Obſ. rar. Cent. poſt. Obſ. 36. Sch. p. 380.* E. Tulliis qui fuerunt Arpini potiſſimum Cicerones ſunt appellati, quod auctor illorum neſcio quid in naſo, quod ciceris formam referret, habuiſſe dicatur, ut Plutarchus ſcribit, quamquam Plinius ita dictos putat, quod genus hoc leguminis optime ſererent.

§. 10.

Tumorem rapiformem fœtui in vulva enatum, ob rapam prægnanti matri improvide denegatam annotavit Nicolaus Tulpius *Obſ. med. Lib. III. cap. 30. p. m. 243.* ſcilicet dictæ repulſæ ergo lumbos ſuos ubi percuſſit mulier animi impotens, læſit tantopere tenellum fœtus ſui corpuſculum, ut inde in lumbis enata ſit ipſi inſignis rapa; quam anguſtiori pediculo innixam, quo auferret chirurgus, conſtrinxit eam arctiſſimo filo, deinde ſatagens emortuam ſcalpello excidere. Verum antequam res eo devenit, emoriebatur infans. vid. etiam infra de Tumoribus. *Rapa.*

§. 11.

Filiolæ medici cujusdam Hagienſis corpus prominentibus *Ficus.*

latisque maculis colore ficuum maturarum, cum prodiret, hic illic obſeſſum vidit Cornelius Stalpart van der Wiel, vid. *l. a. p. 379.* quas maculas, quia continue accreſcebant, ipſe per lixivioſa alcalia auferre ſtatuit, molesta tamen admodum fuit hæc curatio. Duas filiolas, quarum altera in genu dextro ficum, altera in dextra mammilla hepatis parenchyma habuit (quod utrumque ab appetitu imaginario dependebat) Manhemii vidit Johannes Daniel Geyerus. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 5. Obſ. 235. p. 459.*

§. 12.

Pomum. Sequentem obſervationem de cognata ſua retulit Marcus Marci: Mater ſocrus meæ, inquiens, gravida una cum marito arborem præteribat, pomis agreſtibus onuſtam, quæ ſpecie illius fructus jam maturi & ſuaviter rubentis illecta avellere nitebatur, irrito conatu fronde effugiente præſentem manum. Et cum a marito impediretur, ne noxam inferret, mœrori ſe dedit, totoque itinere pomum cupitum animo volutavit: nec minuebatur appetitus, licet alia poma maritus afferret, agreſtia ſaltem illa deſiderabat. Soluta partu prolem in lucem edidit cum notis manifeſtis illius pomi, quod ex mala infantuli ſuo petiolo dependebat, cum eoque creſcente pariter ſumebat incrementum figura & colore prorſus pomo aſſimilatum. Et licet adhibitis ligaturis ex arte petiolo inareſcente poſtea deciderit, veſtigium tamen & cicatrix, quo loco carni adhæſerat, ſemper remanſit. vid. Philipp. Jacob. Sachſ. *Schol. in M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 61. p. 119.* vid. etiam Laurent. Strauſſ. *de Fœt. Muſſipont. p. 6.*

§. 13.

Malum Punicum. Mulier ſatis formoſa maculam mali Punici in clune dextera ob matris malaciam habebat; quæ, dum florent balauſtia, rubeſcebat: dum fructus ad maturitatem pervenerint, flaveſcebat, cum quibusdam granis miræ rubedinis, ita ut imaginem aperti mali Punici præ ſe ferret: hyberno tempore evaneſcebat, ita ut nullum ipſius veſtigium appareret, donec redeunte vere florenti-

bus

bus balauſtiis denuo quoquo anno rubeſceret, juxta Dominic. Panarol. *Obſerv. medicin. Pentec. I. Obſ. 12. p. 7 ſeq.*

§. 14.

Alia mulier pridie ante partum laborabat deſiderio oleris, quod poſtquam comediſſet, poſtero die peperit prolem, cujus vertex erat tectus fruſtulis conciſi oleris, uti ex Arnoldo Senguerdo recenſet Tobias Czaſchelius *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 268 p. 483.* *Olus.*

§. 15.

Inſtanti partu mulier quædam farinæ triticeæ appetitu cruciabatur; quam cum ingeſſiſſet, poſt ſemihoram prodit infans, clauſis pugnis referens farinam ſiccam, ſimilem illi, quam mater antea ingeſſerat, vid. *ibid. p. 484.* *Farina.*

§. 16.

Timandra Britomandis regis Galliæ conjux cum ſecundo ventrem ferret, & pedes in agros ſpatiaretur, ſubito timore perterrita ad turbinis ſonum, qui ingentis campi meſſem cedentibus ſpicis percurrerat, filiolum edidit Aſtioriſten, paulo infra cervicis exitum & in crure dextro maculam, tanquam ſpicæ figuram ardenti purpura expreſſam habentem, uti ex Barclajo refert Petrus Müllerus *Diſput. de Jure Prægnant. §. 13. p. 15 ſeq.* *Spica.*

§. 17.

Uvæ figuram in gena viri vidit Petrus Borellus, & ſoleæ marinæ cum ſquamis ſuis figuram in tempore ſiniſtro, item tulipam in fœmore. Alius florum ſertum cum vitta in cute puellæ vidit, in alia caryophyllum florem cum majorana. v. Petr. Borell. *Cent. III. Obſ. 49. p. 236.* *Uva.*

§. 18.

De puero roſato ſequentem obſervationem refert Zacutus Luſitanus *de Prax. med. admir. Lib. II. Obſ. 242. Oper. Tom. III. fol. m. 76.* Gravida ſeptimeſtris roſarum virentium eſum duobus diebus omni conatu affectat, tempore quo roſæ non germinabant. Multo labore illarum ramus in privato hortulo inventus. Illa *Roſa.*

avide binarum non explicatarum adhuc folia mandit, alia in ſinu reſervat. Nono menſe peperit feliciter infantem candidiſſimum, cui in coſtis tria ſtigmata roſarum valde purpurea apparebant, in fronte & facie utraque roſarum trium imago puniceo colore infecta erat depicta, quare a vulgaribus puer roſatus vocabatur. Roſam in mamma annotavit Chriſtianus Franciſcus Paullini in honeſta & formoſa femina, tunc octodecim annorum & primum gravida. Hæc in pergula circa veſperam æſtate ſola ſedens forte obdormiverat, cumque e ſympoſio veniens maritus dormientem videret dilectam ſuam, furtim & ſuſpenſo gradu accedens joci ergo roſam rubram inter mammas, more ſequioris ſexus, pendentem lenta manu protraxit. Ipſa vero expergefacta & territa cœpit vociferari. Quam ut demulceret, nudis protractis mammis eam roſam, amplexus & oſcula inter, crebrius affricat, tandem in locum ſuum reponit. Tertio abhinc menſe parit puellam, in cujus læva mammilla manifeſta elegantis roſæ delineamenta, ſed pallidiora, quæ vero circa annos pubertatis ſaturatius rubuere, nunquam tamen magis & floridius, quam Majo, ſi cæteræ in hortis florerent roſæ, & tunc ab ebulliente ac acriore ſanguine moleſtum aliquando ſenſit pruritum. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 6. Append. p. 42.* Ancilla quædam gravida roſarum plures in ſinu geſtare gaudebat, & illarum odore maxime delectabatur; poſt menſes tres filium peperit in maxilla inſignem roſam habentem, quæ ſingulis annis menſe Majo conſpicue magis repullulabat, attollebatur, rubore ſuffundebatur ac dolebat; quod per plures annos obſervaſſe ſe ſcribit Caſparus a Reies *Elyſ. jucund. Quæſt. Camp. Quæſt. 50. § 36 p. 640.*

§. 19.

Paſſulæ. Cum baronis cujusdam uxor pridiana veſpera juſculum avenaceum paſſulis minoribus maximo cum appetitu avide comediſſet, poſtridie fœtum peperit illis ipſiſſimis paſſulis toto corpore obſitum; quarum adſpectu cum obſtetrix primo intuitu maxi-

maxime territa, varioloſum ex ipſo utero materno infantem ſe ſuſcepiſſe autumans, & quid de iis agendum ſubdubitans, tandem eas ungue tentaſſet, illas ipſas eſſe paſſulas priores aſſumptas, juſculo adhuc ſuo aliquatenus imbutas deprehendit easque poſtmodum omnes lavacro ſuſtulit, notante Guſtavo Caſimiro Garliep. *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 88.*

§. 20.

Idem autor *l. a.* de lactuca ſequentem refert obſervationem: *Lactuca.* Batavi cujusdam uxor partui jamjam vicina appetitu urgebatur lactucæ comedendæ valde intempeſtivo, adulta jam bruma, cum ejus nullibi fere daretur copia. Commode tandem vir in memoriam revocavit hortum aliquem ſplendidum ejusque hortulanum valde curioſum, leuca integra a ſuo domicilio diſſitum: Ut igitur uxoris ſuæ deſiderio ſatisfaceret, (uti ſunt hac in parte Batavi valde religioſi, nec facile appetitui prægnantium quicquam denegant) pedeſtri ſe itinere illuc ocyus contulit, & utut difficulter admodum ab hortulano tantum lactucæ obtinuit, ut patinam mediocrem implere poſſet; domum itaque feſtinans pro lubitu ſibi parandam illam obtulit uxori, quæ quantocyus præparatam cupide devoravit omnem, vixque elapſo bihorio infantem peperit, ipſiſſima illa lactuca undiquaque ſtipatum. Riſu cum a nonnullis exciperetur relatio, ſanctiſſime conteſtatus eſt relator, rem revera ita contigiſſe.

§. 21.

Femina quædam gravida cum ſociabus aliquot in calidum *Fungus.* deſcenderat balneum, arte a ſe paratum. In quo cum conſideret, alia junior & petulantior cæteris ſuſpenſo gradu a tergo furtim accedit, nilque minus talia cogitanti recentem fungum ſubflavum, ad arborem in horto decerptum nudæ lævæque mammæ fortiter & crebrius affricat ac apprimit. Ipſa perterrita & excandeſcens jocum egregia compenſat alapa. Tandem partus tempore prodiit

diit puella, e cujus læva mammilla elegans fungi figura enata. vid. Chr. Franc. Paullin. *de Talp. Sect. I. cap. 3. pag. m. 97 ſeq.*

§. 22.

Braſſica & caput vitulinum. Puella quædam in hypochondriis oſtendens binos nævos maternos, quorum dexter caput vitulinum, ſiuiſter vero braſſicam capitatam una cum foliorum venulis exacte referebat, nec braſſicam capitatam integram coctam, nec caput vitulinum coctum conſpicere valebat, ita quidem, ut ſi ad id cogeretur, in animi deliquium ac ſyncopen incideret, obſervante Georgio Sebaſtiano Jungio *M. N. C. Dec. I. An. 1. Obſ. 135. p. 299.*

§. 23.

Umbra. Primogenitus Guſtavi Caſimiri Garliep filius e ſecundo matrimonio, nævum, umbræ ſimilem, in alvo prope umbilicum geſtavit fuſcum, digitum fere longum, acſi penicillo, umbræ colore diluto, tincta eſſet cutis, eumque occaſione aranei, qui uxoris, ſub crepuſculo cum marito in horto ſpatiantis, ante vultum ſeſe celeriter demiſerat, quem illa, ignara, quid rei fuerit, manu abactura forte fortuna ventrem a fœtu turgentem leviter tetigerat, indicio manifeſto, fugacem illum ſub crepuſculo aranei tranſitum celerem & improviſum, confuſam hanc umbræ tantum ideam menti maternæ circa fœtus formationem occupatæ impoſuiſſe, juxta ipſius Garliep verba *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 90.*

§. 24.

Imago crucifixi. De imagine crucifixi pectori impreſſa ſequentem obſervationem annotavit Alexander de Inſul. Monachor. Anno 1188. devotiſſima mulier, ubi ſtabat, ibat, ſedebat vel cubabat, ibi imaginem crucifixi habebat appictam, ſeu adfixam aut poſitam. Diu noctuque inter ubera ejus pendebat, ceu faſciculus myrrhæ, ut canticum ait, ut nunquam non piis ſuſpiriis Jeſu crucifixi meminiſſet. Nunquam præteriit aut adſpexit talem imagunculam, niſi

ut

ut ad os & pectus premeret. Pariebat demum filium primogenitum, ipſi Deo in utero ſacratum, qui elegantiſſimam Jeſu crucifixi imaginem pectori habebat impreſſam, ſanguineis lineolis, vel potius arteriolis artificioſiſſime diſtinctam. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 4. App. p. 209 ſeq.*

§. 25.

Feminæ cuidam utero gerenti, cum alterius feminæ ſanguinem in venæſectione inſtituta exſilientem pelvi excipere vellet, guttulæ aliquot ſanguinis in brachium inciderunt. Hinc perterrefacta digitos ſub naſum poſuit. Puella nata nævum inſtar guttulæ ſanguinis iſto in loco poſtea habebat. vid. Caſp. Theoph. Bierling. *Adverſar. curioſ. Obſ. 9. p. 24.* Uxor Lüſitani cujusdam cum videret fratrem ictu ſauciatum & cruore perfuſum, manum utero gerens faciei adhibuit & enixa eſt filium maculam ſanguinis in facie gerentem, uti ex Petri a Caſtro Obſervat. med. MSS. refert Philippus Jacobus Sachs *M. N. C. Dec. I. An. 1. Obſ. 135. pag. 301.* quo loco addit, hanc maculam fuiſſe curatam, quod puer poſthumus in infantem per triduum tempore matutino anhelitum tacens efflaſſet. Feminam veſtigia quinque digitorum manus expanſæ colore ſanguinea in vultu repræſentaſſe, quod mater gravida feli, cauda præciſa ſanguinolentæ, improviſo occurrerat, atque perterrita vultum manu expanſa obtexerat. vid. Joh. Helwig. *Obſ. med. 35. Schol. p. 126.* In fœtu quodam recens nato, cujus mater quinto graviditatis menſe variolis laborarat, per totum corpus apparebant maculæ rubræ, quales alias a variolis remanere ſolent, tempore tamen diſparentes, uti mihi obſervare licuit. Femina quædam prægnans militem a commilitone verberibus male mulctatum, cruenta facie ſibi occurrentem, ut illatam injuriam ad vice-chiliarchum deferret, ex improviſo cernens, territa ſpectaculo illo horrido, ne ulterius illud oculis uſurparet, manu dextra totam cum utroque oculo frontem tegit. Quid fit? Paulo poſt partu filium excludit, cujus frons tota una cum oculorum palpe-

Macula ſanguinea.

Obſervatio.

bris, quousque faciem manus tetigerat, nævo ſanguinei coloris fœdata erat, qui tamen ſucceſſu temporis, illo adoleſcente, paulatim diſparuit. vid. *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 90.* Maculas duas rubras, inſtar ſanguinis guttularum, alteram in ſuperiori palpebra dextra, alteram prope ejusdem oculi canthum externum, in bibliopolæ Dresdenſis filiolo unius & dimidii anni hodie mihi cernere licuit, poſtquam ipſius mater gravida Tœplizii filioli Judaici circumciſioni interfuerat, inque tali actu aliquot ſanguinis guttas ex parte diſciſſa in operatoris faciem exſilierant, unde ipſa territa eundem palpebræ & oculi locum ſignatum duobus digitis attigerat.

Obſervatio.

§. 26.

Flammeus color.

Conjux Simonis Schulzii circa initium noni menſis prægnans, ſana & vegeta, inter cœnam inopinato metu percellitur, audito ſigno campanæ incendium in urbe indicantis; a quo temporis momento male habere cœpit, motumque infantis per triduum nullum ſenſit, ſequentibus vero diebus admodum debilem; tandem filiolum perfectum, ſed poſt baptiſmum tantum bihorium viventem in lucem edidit, cujus totum ſiniſtrum latus a capite usque ad calcem colore flammeo conſpiciendum erat; uti de propria uxore refert dictus Schulzius *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 83. pag. 158.* Paſtorem vidit Johannes Nicolaus Pechlinus, cujus toto pectore & vultu ſparſæ rubræ ſtriatæque maculæ, ignis flammantis inſtar miram conciliabant fœditatem, territa ad conſpectum furentis incendii gravida matre, quod aliæ feminæ notaverant, pectus viſumque manibus demulcente, translata adeoque in certam & ſolidam partem imagine optica. Hujus ipſius viri conſpectus alii gravidæ horrorem incuſſerat, qui idem etiam in infantem, ſed debilioribus notis minusque diſtinctis, tranſiverat. v. Joh. Nicol. Pechlin. *Obſ. med. phyſ. Lib. III. cap. 15. p. 430.* Anno 1672. nupta eſt Thorunii Scoto cuidam in vicinia habitanti virgo e Scoticis quoque parentibus orta, cujus ſiniſtræ manus dorſum fere totum

totum rutilus occupavit color, a matre gravida, incendium ſubito ortum advertente, atque ex terrore ſiniſtram ſuam contrectante, ei impreſſus; referente Georgio Segero *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 197. p. 371 ſeq.* Bibliopolæ cujusdam Gorlicenſis filia mentum rubicundo tinctum colore ad mortem usque circumferebat, teſte Ehrenfrido Hagendornio *Hiſtor. med. phyſ. Cent. III. Hiſt. 54. p. 353.* Coriarii Hafnienſis uxor poſt obſidionem urbis ſtigmate notatum infantem peperit, quod imputabat injuriis obſidionis. Crebris enim tormentorum bombis auditis viſisque globulis ignitis per urbem obſeſſam volitantibus territam ſe ſimiles globulos infanti ſuo impreſſiſſe querebatur. Item alium filium peperit, qui a primo nativitatis die in oſſis ſacri regione tuberculum geſtabat, quod poſtea excreſcebat, ut capitis magnitudinem æquaret atque inceſſum, ob nimium pondus, difficilem redderet; Figura hujus tumoris erat globoſa. v. Th. Bartholin. *Epiſt. med. Cent. III. Epiſt. 40. p. 152.* Gieſſæ matrona gravida propter incendium perterrefacta poſt triduum infantem, ſed undique maculis igneis contaminatum edidit; uti ex communicatione Gregorii Horſtii refert Guilhelmus Fabricius Hild. *Reſponſ. ad Mich. Dæring. Oper. fol. m. 900.* Eodem folio meminit etiam feminæ, quæ gravida cum caſu ictum bombardæ in coxam dextram, non globo, ſed charta madefacta & dentibus maſticata reciperet, protinus doloribus partus correpta fuit, & aqua, quæ fœtum comitari ſolet, paulo poſt effluxit. Sequenti die fœtum non tantum mortuum, verum etiam nigrum, quaſi pulvere tormentario infectus fuiſſet, edidit.

§. 27.

Sequentes caſus recenſet Johannes Nicolaus Pechlinus *Obſ. med. phyſ. Lib. III. Obſ. 15. p. 429 ſeq.* nota, inquiens, mihi eſt femina Gallica culta ac morata, quæ, cum gravida eſſet, diris excruciabatur dentium doloribus, quibus domandis cum nulla ſufficerent pharmaca, manum requirit chirurgi, quæ dentem evellat. Ille ergo, dum maxillam in omnes tentat partes, tandem impoſi- *Signum dentorum.*

to, quod putabat, in ægrum dentem forcipe, alium & vicinum corripit, tenet, lancinat, & male obnoxium vi quanta maxima effringit, nihil moratus feminæ lamenta; effractum dentem protinus ei objicit in materiam gaudii: verum illa, ob ſani dentis jacturam doloremque immenſum, continuo manum maxillæ admovet tresque impri mis digitos ad leniendum dolorem fortius impingit, donec ſedato nonnihil dolore & ipſa manum remitteret. Expectat interim poſt quatuor menſes partum, quem & juſto & favente Lucina enititur ſanum quidem, ſed nota ideaque trium digitorum impreſſorum in eadem illa mala, qua dolor fuerat, ſignatum, corrupta non leviter oris gratia. Dicti nævi etiam cum lunæ deliquiis & incrementis mirifice mutabantur; nunc majores, nunc minores, nunc levius, nunc ſaturatius tincti.

§. 28.

Verberum. Piſcatoris cujusdam uxor ſemper, maxime graviditatis tempore, male a viro nequam multata infantes peperit ad unum omnes, ſignis illis ſtigmatibusque in ipſis locis fœdatos, quibus verbera acceperat gravida, nunc levius, nunc altius impreſſa. Et vero unus infantum naſcendo perierat, quod, qui matris collum ſugillaverat fuſtis, embryonis medium plane diviſiſſet, manifeſto documento, verbera, quæ mater cervicis ſuperficie immediate acceperat toleraveratque, tenello embryonis corpori, quamvis per refractionem, fortius tamen & periculoſius impacta fuiſſe.

§. 29.

Virgarum ictus. Scortum quoddam publicum, quod magiſtratus minime gravidum (quemadmodum jactaverat) putabat virgis cædebatur. Verum poſt paucas ſeptimanas abortiebat gemellos, ictus virgarum in dorſo referentes, uti ex avtopſia refert Philippus Salmuth. *Obſerv. medic. Cent. II. Obſ. 14. p. 65 ſeq.*

§. 30.

Lardum. In gena virginis cujusdam dextra nævum, fruſtum lardi ſimulantem, ſe obſervaſſe ſcribit Johannes Helwigius *Obſ. 35. Schol. p. 126.*

§. 31. In

§. 31.

In puellæ cujusdam recens natæ mamma ſiniſtra nævus appa- *Figura equi.*
rebat ſubruber, piloſus, equum tam accurate repræſentans, ut caput, pedes caudaque diſcerni potuerint. Cauſam inquirenti Carolo Joſepho Myllero faſſa eſt mater hanc, ſe cum Lucernam profectura ſub crepuſculum iter feciſſet, in equum in via jacentem incidiſſe, qui derepente ſurgens eam (cum illum ob ingruentes noctis tenebras dignoſcere non potuerit) tanto terrore perculſit, ut dextra pectori admota attonita quaſi ſtaret, donec equo agnito ſemet recolligeret. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 7. Obſerv. 225. pag. 428.*

§. 32.

Femina quædam nobilis in Anglia, Kenelmo Digby ſanguine *Muſcarum*
conjuncta, ſolebat, uti tunc inter æquales & coætaneas ſuas moris *gra.*
erat, nigras illas maculas, quas vulgo muſcas, Gallice mouches vocant, in facie geſtare, quam conſuetudinem Digby conatus illi adimere, joco ſæpe dixit, infantem, quo proxime tumeret uterus, dum iſtarum macularum phantaſiæ perpetuo obverſantium ſolicitudine teneretur, cum iſtiusmodi nota impreſſa fronti naſciturum. Quæ cogitatio, quo tempore fœtus concipiebatur, tam alte inſedit animo, ut filia, quam proxime pepererat, ita prorſus, ut Digby prædixerat, & illa imaginabatur, in lucem prodiret. v. Kenelm. Digb. *Demonſtrat. Immortalit. Anim. Tr. I. cap. 38. p. 425.* vid. etiam ejusdem *Diſcurſ. de Sympath. p. m. 91 ſeq.*

§. 33.

Nobiliſſima quædam femina, cum prima vice puellam utero *Aranea.*
gereret, & ad menſam in converſatione aliorum ſederet, ex improviſo aranea, a quibus multum abhorruit, per menſam repſit; qua viſa menſam ſtatim reliquit, manum ad aliquam corporis partem abſconditam admovens, in qua puella nata araneam expreſſe depictam geſſit. vid. Caſp. Theoph. Bierling. *Adverſ. cur. Obſ. 9. p. m. 25.*

§. 34.

Gammari. Gammari figuram in mamma obſervavit Chriſtianus Franciſcus Paullini; Primaria ſcilicet femina audiens, a marito honeſtum quendam virum ad prandium eſſe invitatum, varia in foro coemit, quæ inter & gammaros. Supervenit autem famulus nuncians: herum ſuum hac vice abs alio detineri, velle tamen cœnæ intereſſe. Sic femina gammaros in ollam conjectos & urtica recenti contectos, interim aliud actura, in proximum cubiculum defert ibique ſub lecto ſuo reponit. Prandio finito & marito ad publica negotia redeunte, ipſa more ſueto quieti ſe tradit obque liberiorem reſpirationem & intenſum caniculæ æſtum, tunc ἀνωτερὶ ἔχυτα, a pectoris regione omnia veſtimenta ſubmovet, mammis partim nudis prominentibus. Interea aliquis gammarus chelis ſuis librum, orificio ollæ ſuper impoſitum, protrudit, lectum conſcendit & usque ad dextram feminæ mammam lentius progreditur, cui firmiter adhæſit. Expergefacta illa & valde attonita inſanum vociferatur. Advolat famula & tollit gammarum. Ipſa tandem peperit puellam, veram & accuratam gammari figuram in eadem mamma perpetuo geſtantem omnesque cancros, vivos pariter & coctos, angve pejus & cane devitantem. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 5. App. p. 17 ſeq.*

§. 35.

Muræna. Gravida quædam Ratisbonæ aliquando muranulas appenulas appetens, maritum, qui mercator erat, & tunc temporis ipſe illas vendebat, rogavit, ut ſaltim unicam edendam daret, ob inſignem appetitum, ne embryoni noxa accideret. At ille, ut non ſolum avarus erat, ſed præterea Cappadocum portentum, indignabundus murænulam denegat, reſpondendo, ſtolidam hanc eſſe imaginationem, hoc tempore eas eſſe raras & plurimo vendi poſſe. Gravida in lacrymas ſoluta murænulas ſe ubique odorari teſtatur. Ancilla nunciat hæc hero ſuo, qui abortum veritus parvu-

parvulum seligit, eamque in cauda tenendo hypocaustum intrat & uxori ostendit, ejusque imaginationem & lacrymas deridet. Verum ista, ira frendens prosilit a sede sua abreptamque e manu mariti murænulam in terram projicit, & pede conterit his verbis: en avare! nec ego edam, nec tu vendes. Metuunt quidem in domo omnes uxoris abortum, ob hanc excandescentiam; non tamen nocuit gravidæ; filia autem, quam legitimo tempore peperit, effigiem murænulæ habuit in planta pedis, & etiamnum habet, licet jam mater sit aliquot liberorum, annotante Johanne Adamo Gœritzio *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. X. Obs. 13. pag. 268 seq.*

§. 36.

Infantem flava cute natum annotavit Isibordus ab Amelunxen. Anno scilicet 1062. uxor Viti Bretsthels, Walpurgis, anno ætatis suæ vigesimo quinto tertium gravida, nescio quo inordinato appetitu ferebatur in crocum, adeo ut omnes fastidiret cibos, si non croco essent conditi. Peperit tandem lepidum puellum cujus tota cutis crocei coloris erat. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 4. App. p. 196 seq.* ubi Christianus Franciscus Paullini, simile fere exemplum ex Amato Lusitano allegat. Utrum vero hæc cutis flavedo a gravidæ matris imaginatione, an vero ab ipso croco humores & cutem tingente dependeat, dubium adhuc est. *Cutis flava.*

§. 37.

Interim tamen etiam cutis ab imaginatione gravidarum coloratur, sic, secundum Joh. de Muralt. *Clav. medic. Exercit. 6. p. 243. ger.* Regina Galliæ aspiciens pictum Æthiopem tempore coitus, filium nigro colore præditum enixa est, quo pertinet effatum Avicennæ *Lib. I. fen. 1. doctr. 2. cap. 14.* Corpus patitur propter affectiones & imaginationes animales, ipsæ enim imprimunt res naturales, quemadmodum accidit, ut puer ei similetur, cujus forma imaginata fuit in hora coitus, & ut sit ejus color propinquus colori ejus, quem viderunt parentes, cum fiebat casus spermatis. Humores etiam in corpore existentes colorem in cute immutant: sic *Color ni-*

sangui-

ſanguinei floridam habent cutem, bilioſi flavam; melancholici fuſcam, & pituitoſi albicantem &c. De fœtu nigro a matre pulvere pyrio aduſta excluſo obſervationem hanc refert Johannes Petrus Albrecht phyſicus Hildesheimenſis *M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 13. p. 39 ſeq.* Ante aliquot annos hic loci ſequenti modo acebatur. Depoſuerat ille, qui pulveris tormentarii conficiendi apud nos munere fungitur, ejus ad ulteriorem exſiccationem obtinendam duodecim libras prope fornacem, in ſellam: Vix ædibus, aliorum negociorum cauſa, egreſſus erat, cum ſcintillula ex fiſſura fornacis proſiliente dictumque pulverem incendente domus funditus & cum intenſo fragore everteretur. Duobus filiolis cum matre partui vicina in ſuperiori cubiculo placido fruentibus ſomno hic caſus exſtitit funeſtus: Diſperſis enim illorum corporibus in præterlabentem fluvium, vi fluminis ſuffocati necabantur; mater vero trabibus aliisque ædium partibus oppreſſa, miſere aduſta, ſemimortua inſtarque carbonis nigra extrahebatur. Admota igitur ſolita contra ambuſtionem curatione; refectisque ita viribus, ut fœtus motum ſatis fortem ſubinde perſentiſceret, inſequenti menſe filiolus nigerrimus, Æthiopem credidiſſes, lucem aſpiciebat, qui tamen vix baptiſmate tinctus ſomno conſopiebatur ſempiterno, ipſa matre paulo poſt ſimile fatum ſubeunte. Quem fœtus colorem a matris imaginatione ortum fuiſſe, non dubito. Anno 1656. die 9. Novembris, juſto pariendi tempore mulier quædam, quod Æthiopem forte occurrentem adſpexiſſet, filium excluſit, cujus facies & brachium dextrum cum manu coloris erant nigricantis &c. vid. Job. a Meckren *Obſ. med. chir. poſthum. cap. 1. p. 350 ſeq.* Plumbini dux cum de ſe prægnantem concubinam crederet invitaſſetque ad baptiſmi ſacra quam plurimos primarios viros, ea Æthiopem peperit coquo ſuo ſimillimum. Quapropter ridiculo habitus quæſtione deprehendit veritatem. vid. Mart. Weinrich. *de Monſtr. ort. cap. 17. p. 160.*

§. 38. Pe-

§. 38.

Penem nigrum in puello ex Æthiope genito annotavit Thomas Bartholinus *Hiſt. anat. Cent. IV. Hiſt. 5. p. 120.* Æthiops cerdo ergaſtulo Hafnienſi detentus amore puellæ ſervæ accenſus clanculum illam compreſſit. Gravida inde legitimo partus tempore enixa eſt prolem virilis ſexus, quæ matrem univerſo corpore cutis candore referebat, ſolus vero penis paternum genus nigrore prodebat, quod oculati teſtes plures & viderunt & mirati ſunt. Imaginationi matris id univerſum aſſignat Bartholinus, quæ partem vehementius deſideratam animo fixo comprehendens ejusdem colorem fœtui impreſſit. Et Gabriel Clauderus *M. N. C. D. II. An. 5. Obſ. 190. p. 301.* ſequens communicat exemplum: Æthiops, aulæ cujusdam alumnus, laſciva utitur venere cum meretrice Germana alba. Hæc tempore legitimo parit filium omnia membra album, excepto ſolo illo, quo virum ſe præſtitit taurus ille in venerem ruens, nigro & patriſſante. Pateſcit inde laſcivam iſtam in coitu phantaſiæ ſuæ impreſſiſſe non auream arenam, quam Ganges & Tagus transmittunt, alias ubivis gratiſſimam, neque delicatas culinæ & cellæ dapes, nec veſtium pulchritudinem, nec Floræ delicias nec Cereris divitias, ſed præ aliis omnibus impudici iſtius amaſii ſibi deſideratiſſimum Dic cur hic. Proditum ab Heliodoro legimus, Perſinam Æthiopiæ reginam ex Hiduſte marito, pariter Æthiope, filiam ſuſcepiſſe albo colore inſignem, quod, cum in viri amplexibus, ex quibus gravida evaſit, eſſet, fixis oculis intentoque animo in oppoſitam pulchræ Andromedæ imaginem ſe convertiſſet. Econtra narrant, Hippocratem hac cauſarum explicatione principem quandam mulierem, quæ alba, et marito pariter albo, prolem Æthiopis inſtar nigram ob id ſuſceperat, quod concumbens oculis obverſantem Æthiopis imaginem fortiter & aſſidue animo comprehendiſſet, adulterii ſuſpicione explicuiſſe. vid. Ambr. Paræi *Oper. Lib. 24. cap. 7. fol. 554.* Perſinæ Æthiopiæ reginæ maritum Caſparus Bauhinus *de Hermaphrod.* *Penis niger.*

phrad. Lib. I. cap. n. p. m. Hydaſpem nominat addens, quod, cum Perſina filiolam albam peperiſſet, inſtantem Æthiopibus colorem referentem, memens, ne color hic ipſi adulterii crimen conciliaret, maritum infantis nati conſpectum celaverit, continuo mortuum apud maritum fingens clanculum expoſuerit. Cum femina Ultrajectina ſubito Æthiopis feminæ conſpectu exterrita embryoni ſuo male memineret coloremque tranſiſſe plane crederet, remedium quæſivit in lotione, & hoc uno corpus ab inuſitata nigredine vindicari poſſe plane ſibi perſuaſit. Dum ergo totam ſe manibus, quo patent, perlueret, hinc inde intervallorum, quæ in pedum manuumque digitis ſunt, oblita filium peperit integrum quidem & album, ſed tamen illis partibus, quas aqua non attigerat, nigredinis veſtigiis pulchre imbutum. vid. Joh. Nicol. Pechlin. *Obſ. med. Lib. III. Obſ. 15. p. 432.* vid. etiam Joh. Swammerdam. *de Uter. fabric. in Bibloth. anatom. Part. I. f. 499.*

§. 39.

Puer albus in nigra. In alio puello, ex Æthiope & venuſta matre nato, absque dubio nigro virilitatem plane albam & alia mirabilia annotam legimus *M. N. C. Dec. II. An. 4. App. p. 208.* ſcilicet Alexander de Inſul. Monach. inquit: An. 1183. cum Erfurto tenderem Coloniam in Ubiis, vidi in oppidulo quodam lepidum puellum ex Æthiope & venuſta matre natum, in quo quatuor ſingularia notavi, 1) naſum fere cœruleum, 2) lunæ imaginem pectori manifeſte impreſſam, 3) in vertice pilos albos, cum cæteri eſſent atri & criſpuli, 4) addebant alii virilitatem ejus plane albam. Scilicet gravida mater linteamina lota amylo cœrupeo (intelligit *blaue Stærcke oder Stübels*) magis magisque cum expurgaret & nitidiora redderet, frater ejus forte ſuperveniens clanculum, immiſſo in patellam amyli plenam digito, oblinit eo naſum ejus. Ex quo terrore nævum iſtum aſperſerat infanti. Somnians aliquando, ac ſi luna magno cum fragore cœlo ſuper pectus ejus delapſa, valde perterrita, ſomniumque iſtud ſemper ruminans

minans & referens, & alteram inusserat notam. Ob terrorem igitur, ex hoc aliisque turbulentis somniis sæpe conceptum, capillos subinde fricabat, interdum candore eorum quasi delectata, coram speculo crebrius intuebatur, donec tertium infanti imprimeretur signum. De quarto judicent alii, non ego. Quibus Alexandri verbis annectit Christianus Franciscus Paullini: quam mirabilis phantasiæ vis, quam omnes, quotquot sumus & erimus, curiosi nunquam digne vel commendabimus vel explicabimus.

§. 40.

Rustici cujusdam filius crines varios a primis incunabulis in capite alebat, una parte nigros, albos altera capitis parte. Matris id culpa evenisse confessione ejusdem credebatur. Fatebatur quippe illa, cum uterum gereret, sacculum carbonum una capitis parte excepisse se, & exinde frequenti hujus rei imaginatione vexatam, teste Thoma Bartholino *Act. Hafn. Vol. II. Obs. 1. p. 1 seq.* Gustavus Casimirus Gahrliep filiam habuit russo crine natam idque occasione visi a matre russæ e carpento inopinato prospectantis puellæ capillitio, cum ædem sacram quatriduo forte ante partum adiret. vid. *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obs. 56. p. 90.* De capillis nigris & crispis ita scribit Levinus Lemnius *de Complexion. Lib. I. cap. 7. p. m. 46.* inter Belgas maritimos plurimi sunt nigro crispantique capillo ac cute fusca, præsertim qui æstivis mensibus solis ardorem perferunt, ac laboribus subeundis sunt assueti; quanquam hæc corporum varietas in multas causas referri possit, nempe vel regionis naturam, vel alimentorum vires ac facultatem, vel denique in mulieris latentes tacitasque imaginationes, quarum vis tanta est, tamque efficax, ut quæ sub ipso conceptus momento animo mentique obversantur, in fœtum elaborentur. Quum enim is sexus lascivus sit ac ludibundus, atque oculos in obvia quæque continenter defigat, fit ut naturalis facultas, quæ operi formando perficiendoque insistit, eo cogitationes mentisque conceptus dirigat atque ascititiam formam infanti inducat,

Capilli varii.

russi.

cani.

a parentum natura ac conditione prorſus alienam. Sic obſervatum eſt noſtra & avorum memoria, quum imperator Carolus ejus nominis Quintus, ex Hiſpaniis in Belgium inſtructiſſima claſſe eſſet delatus, ac numeroſa clientela, amploque procerum ac ſtipatorum apparatu has oras impleviſſet, mulieres, quæ paſſim geſtabant uterum, ex crebro Hiſpanorum contuitu, exactis novem menſibus decurſoque anni dodrante, infantes edidiſſe ſuperciliis capillisque nigris ac criſpis, tum colore illi nationi undique affimili; non quidem triobolares ac meritorias, quas genti fervidæ ac ſalaci ſe ſubjeciſſe credi par eſt, ſed ſpectatæ probitatis atque incorruptæ pudicitiæ matronas hujusmodi affectus in ſe ſuosque concepiſſe. Simili ratione, quum Belgis imperaret Maximilianus Cæſar ex Pannoniis, hoc eſt, Auſtriaca gente oriundus, feminæ ob Germanorum conſuetudinem ac conſpectum, flavis rutilisque crinibus infantes ediderunt, ac Germanis prorſus affines. *Obſervatio.* Civis cujusdam Dresdenſis machæropœi ſive enſium confectoris mater paupercula, at tineæ capitis mundificatione panem quærens, tempore quodam circa talem curationem occupata ſimulque gravida, ob campanæ ad templum convocantis auditum ſonitum nimis feſtinat manusque pinguedine urſina, qua pro hoc ſcopo uti ſolebat, adhuc madidas capitis ſui capillis componendis atque ornandis ex improviſo admovet, hincque non ſolum ſibi, ſed filio quoque tunc temporis adhuc in utero latenti, canitiem contrahit. Imo duo quoque filii, poſtero tempore ab ipſa nati, pariter primis ſtatim annis canos alere incipiebant, quorum alter, ſcilicet ſupra nominatus, hæc mihi de ſe ſuisque fratribus referebat.

§. 41.

Cornua. Anno 1573. in India orientali, in pago S. Laurenzii, infans duo magna cornua in capite gerens, natus eſt, uti refert Eberhardus Gockelius *Gallicin. med. pract. Conſil. Cent. I. Conſ. 39. p. 150.* Alias feminas legimus filios cornutos peperiſſe, quod Actæonis fabulam

lam in congreſſibus veneris eſſent coutemplatæ, ſecundum Caſp. Bauhin. *de Hermaphrodit. Natur. Lib. I. cap. 11. p. 120.*

§. 42.

Rerum abſurdarum monſtroſarumque aſpectum gravidis cavendum docet Marcus Gerbezius *M. N. C. Dec. III. An. 1. Obſ. 75. p. 113.* ſequenti obſervatione: Anno 1692. Labaci mercatoris cujusdam uxor, eo quod utero gerens bacchanalium tempore larvatos forte nimis curioſe contemplata fuerit, imo ipſa cum eis converſata ſit, poſt aliquot tandem menſes peperit filiolam, univerſa, præterquam modico frontis & menti ſpaciolo, facie adeo rubicundam, ut minio tinctam crederes. Quamvis id alii alterius cujuspiam feminæ media facie taliter coloratæ atque a dicta matre geſtationis tempore aliquoties in platea cum terrore ſingulari caſu conſpectæ fixiori aſpectui adſcribendum potius eſſe exiſtiment. *Facies rubicunda.*

§. 43.

De barba ex ſetis porcinis obſervationem ſequentibus verbis recenſet Chriſtianus Franciſcus Paullini *Zeitverk. Luſt p. 42 ſeq.* *Mein lieber Freund* Euſebius Hieronymus *Fellmann hat im Biſchoffthum Trident einen Bauer geſehen, deſſen Bart lauter Schweins-Borſten waren, drum er ihn ſehr offte abnehmen ließ. In der Woche, wie ſeine Muter mit ihm nieder kam, glitt ſie ohngefehr im Hoff aus und fiel taumelnd gerade auf eine vorbey lauffende Sau, die ſie mit der lincken Hand beym Schwantze, mit der rechten aber oben am Rücken ergriff, und ſo lange ſich an den Borſten anhielt, bis man ſie wieder aufrichtete. Wie ſie nun in dieſer Arbeit von der aus dem Koth kommenden Saue beſudelt worden, hat ſie ohne Zweifel dieſen Macul dem Sohn angeklecket.* *Barba.*

§. 44.

In conterminis Piſæ mulierem puellam edidiſſe pilis camelorum ſimilibus refertam, quia imago B. Johannis ante oculos ei perpetuo obverſabatur, recenſet Andreas Laurentius *Hiſtor. anatom. Lib. VIII. Qu. 14. fol. m. 302.* Et juxta verba Ambroſii Paræi *Op.* *puella pilosa.*

Lib. XXIV. cap. 7. fol. 554. teſtatur Damaſcenus, viſam ſibi puellam urſi inſtar villoſam, quæ non aliunde eam deformitatem contraxiſſet, quam ex eo, quod mater in ipſo excepti & concepti feminis articulo, in D. Johannis camelina, ut ſolet, pelle tecti imaginem, ex lecti oppoſitis fulcris pendentem, intuita eſſet.

§. 45.

Tumor frontis. Puella ſemeſtris erat in fronte deformata tumore valde rubente ac doloris experte, quem in utero adhuc deliteſcens contraxerat. Mater ægrotulæ, dum utero gerebat, vulnus in fronte accepit, ex quo multum ſanguinis profluebat & quod dolorem ſatis magnum inferebat; quare mater infortunii ſui certior fieri volens adiit ſpeculum & ſic non parum perterrebatur, vid. Joh. Muys *Prax. med. Chir. ration. Dec. III. Obſ. 1. p. m. 103.*

§. 46.

In lumbis. Paupercula quædam ſeptimo menſe prægnans cecidit ſupina in lumbos, ſed ſine evidenti cutis noxa. At infans in lucem editus habuit inſignem tumorem in lumbis, quo adaperto effluxit ipſi quidem frequens aqua, ſed non minus ipſa vita &c. v. Nicol. Tulp. *Obſ. med. Lib. III. cap. 29. p. 240 ſeq.* Uxor mercatoris Dantiſcani Danielis Stuve ab octo menſibus gravida plorantem cum eſella tolleret puerulum, animadvertit circa anum protuberantiam ad ovi gallinacei magnitudinem; perterrita mater ad rei novæ ſpectaculum, an periculum? medicum Johannem Schmidt illico vocari jubet, pronum interea tenens infantem ſuper genua; accedit ipſe, & procidentiam inteſtini recti eſſe affectum plurimis familiarem puerulis, etiam aſſeverat, qui fotibus & ordinariis remediis integre tolli poſſit, prout etiam brevi inteſtinum reponebatur. Juſto partus tempore puerulum enititur omnia ſanum, niſi quod in lumborum vertebris ad capitis pene magnitudinem ſacculum haberet, cruore refertum, excreſcentiam nimirum carneam cute obductam, in cujus apice ad imperialis magnitudinem livor apparebat, putredinis quaſi alicujus incipientis initium, quo

in

in loco rupta cutis ſponte ſua cruorem reddebat ad integram pene libram, vid. *M. N. C. Dec. I. An. 4. Obſ. 22. p. 24.* v. etiam Joh. Muys *Prax. Chir. Dec. I X. Obſ. 9. p. 390.* Civi Auguſtano filiola nata fuit quæ præterquam quod incurvis & male conformatis pedibus præditа fuerat, etiam tumorem ſupra os ſacrum in utero materno contraxerat, quo cauterii ope per chirurgum ſexta hebdomade aperto, plurimum aquæ, & plus, quam tumor continere potuerat, effluxerat, tumore hinc una cum viribus decreſcente; illudque ſerum non minima ex parte per ſpinalem medullam a cerebro deſcendiſſe creditum fuit, eo quod caput antea tumidiuſculum, & calvaria poſt mortem, octava a partu ſeptimana inſecutam, paſſim mollis comparuerit. Ipſum vero tumorem os ſacrum, mole magnum & prominens conſtituebat; quod fortior imaginatio materna in eam monſtroſam magnitudinem adauxerat, excitata a viſo ſæpe puero mendicante, qui claudus & corpore incurvo præditus per plateas urbis, pro eleemoſyna colligenda circumgeſtabatur, referente Luca Schrœckio *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obſ. 115. Schol. p. 275.*

§. 47.

Matrona quædam honeſta Bernenſis Helvetica die decimo ſeptimo anni 1689. formoſum alias enixa eſt puſionem, cum tempore inter ambos oculos ad naſi radicem connato, livido, mobili ac molli radice plana, magnitudinemque juglandis, ni ſuperante, æquante tamen. Hujus puſionis mater cum eſſet gravida, in octavo menſe ex improviſo & cum terrore aliquo obviaſſe hominem quendam vidit, ſtruma colli penſili maxima oneratum: quo viſo mater illam naſi partem fricuit, teſte Chriſtophoro Horchio *M. N. C. Dec. III. An. 3. Obſ. 96. p. 185.* ubi curam tumoris dicti reperies. *inter oculos a viſo ſtruma.*

§. 48.

De tumoribus circa collum ſtrumoſis in Caſp. Theoph. Bierling, *Theſaur. theor. pract. Caſ. 14. p. m. 175.* ſequens obſervatio legi- *in collo.*

tur

hiatus ille lente coalescere frontique formam redonare cœpit, annotante Johanne Nicolao Pechlino *Obs. med. phys. Lib. III. Obs. 25. p. 429 seq.*

§. 54.

Labia coalita. Anno 1672. in nosodochio Basilienſi femina quædam infantulum peperit, cui labium utrumque firmiter coaluerat, & superius adeo excreverat, ut bilinguem primo intuitu crederent, juxta inutroque exiſtentibus figuris leporinis. Mater rogata culpam terrificæ imaginationi, ex contemplatione hominis pari fiſſura laborantis & labio ſuperiore prætumido, attribuit, vid. Joh. Jacob. Harder. *Apiar. Obſ. 91. p. 340.*

§. 55.

Labia leporina. Ruſticus quidam per inflictam a patre matri gravidæ alapam roſtro leporino admodum præ aliis erat deformis, ſiquidem palati ſeu cæli extremitas aliqua, cum ipſius maxillæ parte (quaſi excisa) verſus nares ſurſum flexa iisque adnata erat cum myſtace & dentibus aliquot. Hunc intuita ex improviſo & exhorreſcens gravida quædam poſt tres ſeptimanas puellam peperit, cætera perfectam, niſi quod ſimile penitus roſtrum oſtentaret &c. referente Daniele Ludovici *M. N. C. Dec. I. An. 4 & 5. Obſ. 208. p. 294.* Plura exempla labiorum leporinorum ab imaginatione matrum, quæ vel lepores, vel etiam homines hac deformatione laborantes, intente aſpexerunt, ortorum hoc loco adducere ſuperſedemus, cum quotidie annotentur, & juxta Levin. Lemn. *de occult. Natur. miracul. Lib. I. cap. 4. p. 16.* noſtrates matronæ ex leporis obtutu ſæpe infantes edant labello ſupremo biſido ac biſurcatim diſſecto: alias rationes vid. Chr. Fr. Paullin. *Lagograph. Sect. I. cap. 3. p. 113.*

§. 56.

Labium leporinum cum uvula diviſa. Puelli cujusdam, qui labio leporino ita deformatus erat, ut ſimul palatum ad imas usque fauces fiſſum, & columella duplex, imo potius diviſa conſpiceretur, meminit Henricus Vollgnadus vid. *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 39. Schol. p. 542.* Quale exemplum

in

in filiolo ſtatuarii Dresdenſis obſervare mihi licuit; cujus tamen deformatio non æque labio leporino æquabat, hinc etiam ab adſtantibus ictus ſeu os lupinum vocabatur, quia labium infantis ſuperius cum maxilla, toto palato ſeu cœlo uvulaque ictu fiſſum quaſi videbatur. Dentes ictui proximi in utroque latere intra quatuor dies incredibiliter & ad perfectam magnitudinem procreſcebant, ut papillas maternas iisdem apprehendere atque hoc modo lac ſugere poſſet, quod primis diebus impoſſibile erat. Poſt tertiam autem ſeptimanam hic infans moriebatur. Hoc malum a me interrogata mater ex alterius pueri quadrimuli, ſibi primo geſtationis tempore ex improviſo obvenientis aſpectu ſe contraxiſſe fatebatur. Item anno 1682. amici mei uxor gemellos, & quidem alterum perfectum, alterum vero eodem modo deformatum pariebat, cujus erroris cauſam mater nullam aliam reddere poterat, niſi quod aliquot porcorum fumo exponendorum mactationi ſive occiſioni & diſſectioni attente adſtitiſſet. Scribit etiam Johannes Sperlingius *de Format. Homin. in uter. cap. 5. p. m. 105.* ſe noviſſe feminam, quæ, cum a lanio caput ſuillum ſecuri dividi vidiſſet, filium genuit, cui tota ſuperior palati pars cum maxilla ſuperiore & labio ſuperiore ad nares usque diviſa erat. *Obſervatio.* *alia.*

§. 57.

Femina quædam Heidelbergenſis gravida, non ita remoto pariendi tempore, ibat obſonatum ad macellum, cumque tempori jam plus ſatis, ut ipſi videbatur, apud lanium, dum carnes pro ea penderentur, exſpectando transmiſiſſet, moræ tandem impatiens, fruſtum quoddam arripit, ac perdi jubet: idei ex manibus ille, pro ſua ferocia, magno conatu denuo rapit, & appendens alii adſtanti feminæ vendit: eam rem iniquo illa ferens animo intra ſe ita exæſtuat, ut e naribus cruorem emitteret; quem dum a ſupero labro abſtergit, ſimul, quem maſculum in utero gerebat, abſtergit ſuperius labrum, velut eventus poſtmodum, non ita multis dierum interjectis hebdomadibus, oſtendit. Vixit turpi *Labium ſuperius abſterſum.*

...um annum, quo elapso peste corre-
...enck. *Obs. medic. Lib. IV. fol. m. 567.* quo
...ationem, similem fere, refert: Civis Ha-
...ellicis, uxor prægnans porcinam appetebat:
...se contulit sibique carnes elegit. Intervenit
...has carnes lanio tradit. Mulier commota ma-
...orte nasum perfricat. Unde factum, ut infantulus
...dem nasi loco retulerit: carnis etiam porcinæ fru-
...ontinuerit. In Westphalia non ita pridem ex phantasiæ
...pores cum rostro suillo natos fuisse, refert Christianus
...cus Paullini *Lagograph. Sect. I. cap. 3. p. 114.*

§. 58.

Jacobi Gaffarelli sororis cruri sinistro ex matris appetitu impressus fuit piscis, mira arte efformatus, vid. Jac. Gaffarell. *Curiosit. inaud. Part. II. cap. 5. p. m. 101.* Nævum piscis, quem nonnulli *Rætel* vocant, similem & punctulis suis subrubris exactissime repræsentantem Carolo Josepho Myllero in puero videre contigit. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 7. Obs. 225. p. 428.* Et Petrus Borellus novit virum, circa regionem cordis figuram piscis maximi, & alium cancri fluviatilis figuram corpori insculptam gerentem; vid. Borell. *Histor. med. phys. Cent. IV. Obs. 74. p. 336.*

§. 59.

Serpens. Femina quædam ex imaginatione matris prægnantis & occursum serpentis exhorrescentis in brachio adeo accurate cum omnibus coloribus depictam serpentem gestavit, ut vel naturaliter ibi latitantem arbitrareris, teste Johanne Daniele Geyero *M. N. C. Dec. II. An. 5. Obs. 235. p. 459.*

§. 60.

ostreæ &c. Lucas Tozzi exemplum pueri cujusdam Neapolitani refert, annum agentis decimum, cujus brachium sinistrum multis avidtiatum maternarum notis signatum erat, quæ ostreis, spondylisque & dactylis valde erant similia, cujusque metacarpium corpus can-

cri

cri marini digitique chelas referebant; quod piſcium genus mater ſexto geſtationis menſe venale viderat, cujusque cupidine correpta ſiniſtrum brachium manumque ſæpius, ut ipſa retulit, tetigerat. Idem etiam, quo anni tempore piſces illi pingueſcebant, manum brachiumque puellæ intumuiſſe febremque inde ortam fuiſſe tradit. vid. Cornel. Stalpart van der Wiel *Obſ. rar. Cent. poſter. Obſ. 35. Schol. p. 377.*

§. 61.

Vidit Philippus Jacobus Sachſius puellam aliquot menſium hortulani filiam, corpore alias ſano & vultu non invenuſto præditam: in ſingulis autem manibus aberant pollices; indices cum medio digito arcte connexi, annulares rurſus cum minimis, ut viderentur quaſi duæ furcæ. In dextræ manus interſtitio iſtius furcæ protuberantia quædam globoſa, qualis non raro cancrorum forcipibus ad naſci ſolet. Pedes omnibus carebant digitis, loco illorum pes in plantæ medio in duas divaricatus furcas, primum latiores, poſt in acutas cuſpides deſinentes exactiſſime referebant forcipes cancrinos. Mater fatebatur, ſe tempore geſtationis in rivo inſignem magnitudinem cancrorum avido aſpexiſſe vultu, quin & altero die eundem eo in loco rurſus reperiſſe, & ejusdem potiundi deſiderio flagraſſe, capere tamen non potuiſſe. vid. Phil. Jac. Sachſ. *Gammarolog. Lib. II. Sect. I. cap. 4. §. 14. p. 597.* Idem etiam *Lib. I. cap. II. p. 234.* pari ratione ex imaginatione matris, quæ forte cancri forcipe perterrefacta, embryoni digitorum loco chelas ſuccreviſſe refert. Similem hiſtoriam annotavit etiam Ehrenfridus Hagendorn *Hiſtor. med. phyſ. Cent. III. Hiſt. 32. p. 322 ſeq.* ſcilicet virgo quædam in oppidulo quodam degens, annos octodecim nata, juſtæ ſtaturæ neque inelegantis formæ. Hæc ſimulac in lucem edebatur, manus pedesque exhibuit, cancrinas chelas (*Krebsſcheren*) æmulantes, ſine pollicibus tum manuum, tum pedum, niſi quod pollicum loco maſſa quædam carnea videretur; & ipſa mobilis. Alias manus pedesque a nativitate pariter

Chelæ cancrinæ loco digitorum.

informes minoresque pro ætatis ratione erant, ex quorum extremitatibus duæ maſſæ carnoſæ, officulis tamen ſuis conſtantes, protuberabant, chelas cancriformes præſentantes, antrorſum acuminatæ, retrorſum vero verſus manus & pedes craſſiores. Pedes hinc difficiles faciebant greſſus, manus vero ad negotia peragenda expeditiores erant, quandoquidem fila e colo ducere aliaque domeſtica munia, non ita laborioſa, auxilio earundem *ſic* ſatis commode obire poterat. Quæſita, unde hoc *contraxiſſet* infortunium, hancque impetraſſet monſtroſam manuum pedumque figuram? reſpondebat, ex imaginatione matris, utero gerentis, quæ, facta olim in oppidulo aquarum inundatione, cum aquis domum irrepſiſſe cancros majuſculos, quibus a ſe viſis, perterrita nimis inde facta fuit ob inopinam eorundem præſentiam. Utriusque tam puellæ quam virginis icones *l. a.* reperies.

§. 62.

Digiti racemoſi. Mulier gravida decerpturа ex palmite racemum, ægre tulit, quam patiebatur repulſam, diſceſſitque tantum non mœſta, ſc animi ſe angens, ſed quaſi deſperanti proxima; unde factum, ut conformatrix uteri vis irritata effinxerit embryonis digitos præter naturæ ordinem, non tam ex articulis, quam ex acinis uvisque a tereti pediculo pendentibus, plane ad inſtar illius racemi, quem ipſi denegaverat hortulanus, juxta Nicol. Tulp. *Obſervat. medic. Lib. IV. cap. 64. p. 389.*

§. 63.

Digiti coaliti. Nobiliſſimi domini a Ketſchau, ſereniſſimi ducis Holſatiæ præfecti aulici, uxor anno 1674. menſe Januario filiam peperit, cui in ambabus manibus digiti, minimus nimirum, auricularis & medius adnati erant. Amaſiæ manus per jocum fortiter premere ipſi moris fuit: Gravidationis igitur tempore aliquam tam fortiter illius manus compreſſit, ut præ dolore clamorem edere coacta fuerit. vid. Caſp. Theoph. Bierling. *Theſaur. theor. pract. Obſ. 14. Schol. §. 5. p. 181.*

§. 64. Fe-

§. 64.

Feminæ cuidam gravidæ, quæ peſte cum bubonibus utriusque inguinis laborabat, a chirurgo ad extrahendum virus pro more ranæ imponebantur, poſtmodum autem dicta femina puellam, cujus minor digitus dextræ ranam repræſentabat, enitebatur, uti refert Philipp. Salmuth. *Obſ. med. Cent. I. Obſ. 95. p. 57.* *Digiti raniformes.*

§. 65.

Femina quædam aliquot annos conjugii fructum & effectum percipiens, de convivio quodam ſplendidiſſimo, binis miliaribus diſtante, ac reliquis ferculis laudabiliſſimis in abundantium rerum, & limaces apponendas fore, certior facta eo pruritu & appetitu vix non explicabili eſum limacum phantaſiæ impreſſit, ut hunc unicum cibum conſtanter tum temporis deſideraret. At cum hoc ipſum deſiderium occultaverat, & alibi locorum hujusmodi cibus non ad manus erat, filium debito tempore peperit, cujus membri glandem formoſiſſima limacis figura quoad omnia condecoravit: & hæc ob loci ac figuræ raritatem, juxta obſervationem Johannis Adami Loſpichleri *Ephemer. Academ. Nat. Cur. Cent. I & II. Obſ. 150. p. 313 ſeq.* *Limax.*

§. 66.

Filiola quædam in humero dextro, axillam verſus, caruncu- *Criſta galli.*
lam rubicundam, criſtatam a nativitate geſtabat, ob viſum ex improviſo a matre prægnante gallum Indicum, quem dono acceperat. vid. Ehrenfr. Hagend. *Hiſtor. med. phyſ. Cent. III. Hiſt. 54. p. 353.* Caſparus Theophilus Bierlingius feminam quandam cognovit, quæ cum pavore & tremore gallinas jugulabat. Hæc cum aliquando, dum gravida, ob ancillæ abſentiam, gallum, quem criſta tenebat, interficere cogeretur, averſis oculis ipſi gulam truncavit, & rejecto gallo abiit; digitis vero auriculam ſiniſtram tetigit, poſtmodum vero enixa eſt filiolum, qui loco auriculæ criſtam galli cum apicibus & interſtitiis habuit. vid. Caſp. Th. Bierling. *l. a.*

pag.

pag. 24 ſeq. Afferebatur etiam Johanni Valentino Willio anno 1649. infans, ſupra cujus utrumque oculum perque totam frontem infinitæ extuberantiæ molles, rubræ, cœruleæ, albæ, fuſcæ, variis denique variegatæ coloribus, non ſecus ac ſi galli Africani collum & caput fronti accreviſſet, extendebatur, procedente ſuper utrumque oculum criſta roſtrata galli Africani longiſſima; ſimilis excreſcentia, ſed aliquanto depreſſior, genas deformaverat. Cauſa tantæ deformitatis erat ſimilis facies aurigæ, quam forte gravida viderat mater. vid. Thom Bartholin. *Act. Hafn. Vol. III. Obſ. 83. p 153.* Baſileæ vidit Caſparus Bauhinus puellam paucis diebus vitalem, ob productionem in dorſo carnoſam, collo gallipavonis Indici ſimilem, pertuſam, ſanguine manantem, ob terrorem propter improviſum ſupra ipſius gravidæ dorſum gallopavonis ſaltum. vid. Caſp. Bauhin. *de Hermaphrod. Lib. I. cap. 12. pag. 129.* Et Matthæus Gothofredus Purmannus, *im Chirurgiſch. Lorbeer-Krantz Part. I. cap. 30. p. m. 168.* hanc de galli Africani capite refert obſervationem: *Eine vornehme Frauens Perſon zur Frauſtadt in Polen gieng im Junio anno 1664. im fünfften Monat mit einem Knæblein ſchwanger; Des Morgens früh, als ſie in die Kirche gehen und nun zu der Stuben-Thüre heraus treten wolte, hauet die Magd in der Küchen, ſo nicht weit darvon, einem Puter oder Calecutiſchen Hahne den Kopff dergeſtalt geſchwind ab, daß gemeldter Kopff der Frauen vor die Füſſe geſprungen. Die Frau über dieſen unverhoffien Vorfall entſetzet und verändert ſich, und greifft in derſelben Zeit an die Stirne über das lincke Auge, gehet, nachdem ſie ſich erbohlet, ohne Furcht in die Kirche. Weil ſie aber zu denen noch übrigen Monaten offt und vielfæltig daran gedacht, als hat ſie auch zu rechter Geburts-Zeit ein ſonſt wohlgebildetes Sæhnlein mit einem Stücklein angehengten Fleiſche über der Stirne, gleich dem abgehauenen Kopffe zur Welt gebracht; Welches ob es ſchon nicht gar zu groß, dennoch ſo natürlich anzuſehen war, daß es kein Mahler und Bildhauer beſſer formiren und abbilden kœnnen. Was aber das verwunderlichſte war, ſo nahm dieſes Stücklein Fleiſch im Frühling allezeit zu, gleich-*

gleichte denen Farben derer Türckiſchen Hüner-Kœpffe, und ſetzte ſich endlich gegen den Hevbſt wiederum &c.

§. 67.

Femina quædam Pragenſis puellum genuit præputio fere inciſo & inverſo, propter cogitationem vehementiorem, qua hoſpitem quendam peregrinum, tribus tantum a partu ſeptimanis, obſervaverat recitantem & exacte deſcribentem Judaicam circumciſionem, cui, tanquam rei ſingulari, matutinis horis interfuerat, teſtante Marcello Donato *de Medic. Hiſtor. mirab. Lib. VII. cap. 3. p. 667.* vid. etiam Gregor. Horſt. *Oper. Tom. II. Lib. II. Obſ. 3. fol. 523.* *Præputium inciſum.*

§. 68.

Cum artificis cujusdam uxor filium dilectum admodum hydrocele laborantem herniotomo ſubjeciſſet, de hac re valde ſollicita & contriſtata, tumque inſu per gravida filiolum deinde enixa fuit, qui ſcrotum teſticulis omnino vacuum habebat. An autem illi in corpore latuerint, quod facile fieri potuiſſet, anatomia quidem in puerulo, paulo poſt mortuo, docere potuiſſet, aſt parentibus ab eadem abhorrentibus, ſicque teſticulis nullo modo detectis, hunc defectum cum ipſa matre fatente imaginationi fortiori adſcripſit Vitus Riedlinus, fil. *Obſ. med. Obſ. 78. p. 182.* *Scrotum vacuum.*

§. 69.

Ridiculum eſt, quod prope Lipſiam non ita diu contigiſſe refert Petrus Müllerus *Diſput. de Jure Prægnant. Cap. 2. §. 13. p. 16.* Ruſticus ſcilicet quidam juvenculam ſuæ conditionis duxerat, quæ in primo coitu, ob nimiam τῆ γυναικείᾳ in modum erinacei aculeati aſperitatem, novellum maritum ad ſanguinem usque læſerat, quod hic indigne ferens diſſolutionem matrimonii in conſiſtorio petiit. Illam autem notam mater impreſſerat; cum per campum ambulanti inopinato erinaceus offerretur, ad cujus inſolitum aſpectum manum cunno admoverat. *Erinaceus.*

§. 70.

Mus. Feminam quandam in hypogaſtrio nævum vel maculam muri domeſtico aſſimilem geſſiſſe, ex fide dignorum relatione reminiſcitur Johannes Helwigius *Obſ. 35. Schol. p. 126.* Et Johannes Valentinus Willius amicum novit in Francia orientali, cujus in cubito perfectus mus cum pedibus & cauda exprimitur, plurimis pilis nigricantibus breviſſimis horridus, quod vitium a terrore matris derivat. vid. Thom. Bartholin. *Act. Hafn. Vol. III. Obſ. 83. p. 152.* Novit etiam Georgius Hieronymus Velſchius quendam, cui in gena muris piloſi effigies faciem fœdabat, qui cum lautiſſima ſemper fortuna uſus eſſet, hanc turpitudinem jam olim magno redimiſſet. vid. *Miſcellan. Natur. Curioſor. Dec. I. An. 3. Obſ. 38. p. 61.* Thorunii vixit vir quidam conſultiſſimus, cui uteri materni clauſtris adhuc incluſo imaginatio materna ad dextra tempora impreſſerat pellis muriini ſignum piloſum, quia mater gravida, cum ei forte fortuna obvius factus eſſet muſculus, ex terrore manum dextram dextris impoſuerat temporibus, teſte Georgio Segero *l. c. Obſ. 197. p. 371 ſeq.* Turpitudine iſtius notæ commotus dictus vir aqua regia locum affectum ſubtiliſſime inunxit, unde primum pili, mox & cuticula ſeceſſit; tandem vero chirurgus tempora eroſa mundavit atque obduxit, apparentibus hinc inde quibusdam cicatricibus. Huc pertinet etiam tumor in medio occipitis juglandem magnitudine æquans, tactu mollis, colore fuſco, & multis pilis obſitus, ſimilibus murium pilis, quem mater terrore contraxerat, teſte Johanne Ledelio *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obſ. 158. p. 363. 366.* Nævus, qui ortus erat ex matris terrore, conſpecto mure, murem referebat colore & forma; imo, quod erat valde notabile, odorem ſpirabat, ac mures ſolent, juxta obſervationem Chriſtiani Michaelis Adolphi *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. V & VI. Obſ. 15. p. 29.* Talibus ſtigmatibus etiam duos fœtus, duplici partu editos, feminam quandam improviſo murium conſpectu, cum eſſet gravida, perterrefactam ſignaſſe refert Lucas Schroeckius

ckius *Additament. ad Joh. Helwig. Obſ 35. p. 127.* Sequentem obſervationem recenſet Matthæus Gottofredus Purmannus *im Chirurg. Lorbeer-Krantz Part. I. cap. 30. p. m. 169.* his verbis: Anno 1667. *im Monat Auguſto gieng zu groſſen Glogau eine vornehme Frau im vierten Monat mit einem Tœchterlein ſchwanger, dieſelbe, als ſie an einem Morgen früh nach der Kirchen gehen will, bleibet an unſerm Hauſe, woſelbſten ich damahls noch in der Lehre war, bey einer Frauen ſtehen, mit ihr etwas zu reden; In wehrender Zeit iſt der andere Junge oben, wo wir ſchlieffen, und hat eine Maus gefangen, dieſe ſchüttelt er aus der Falle, auf die Straſſen. Die Maus, weil gedachte Frauen gleich darunter ſtunden, fællt der ſchwangern das Geſichte vorbey auf die Schaube, von der ſie aber auf die Erde fællt und wieder darvon læufft. Die Frau, weil ſie ſich ohne dem vor denen Mæuſen ſehr gefürchtet, entſetzet ſich dergeſtalt darüber, daß man ſie in das nechſte Haus bringen muß. Weil ſie aber in demſelbigen Moment an den rechten Backen gegriffen, und nach der Zeit ſich dieſe Sache gar zu ſehr eingebildet und zu Sinne gezogen, als hat ſie auch bey der herannahenden Geburt ein ſonſt wohlgeſtaltes Tœchterlein, mit einem Stücklein Fleiſch, gleich einer Maus an dem rechten Backen, auf die Welt gebracht; Und war daſſelbe dergeſtalt einer Maus ehnlich, daß auch, ob es damahls ſchon noch klein war, nichts (auch die Haare nicht) daran vergeſſen worden.*

§. 71.

Infanti cuidam, cujus mater ſexto ingravidationis menſe, ob glirem pectori inſilientem, ſubitaneo terrore concuſſa fuerat, ab orru tumor œdematoſus lumborum vertebras occuparat, qui ſubtus velut cauda donabatur linea piloſa, digiti longitudine, aſpectu horrida. ad nates usque pertingente. vid. Joh. Jacob. Harder. *Apiar. Obſerv. 91. p. 340 ſeq.* Murem majorem ſeu glirem in femore infantis recens nati, a matris terrore obſervare mihi contigit. Mercatoris ſcilicet Dresdenſis, nomine Kemrichii, uxor ultimis geſtationis menſibus gravida, a mure majori, in ſiniſtro pede ad femur

Glis.

Obſervatio.

femur usque ſub veſtimentis celerrime aſcendente ibidemque ſuper femore nudo, per mariti, in auxilium a clamante uxore vocati, manus compreſſionem enecato, tantum incurrebat terrorem, ut paulo poſt fœtum equidem vivum, eo tamen in loco mure ejusmodi piloſo ſignatum ederet. Cutis ſcilicet non modo erat mutata & piloſa, ſed etiam elevata, ita ut in altera parte cauda longa, in altera caput propenderet; ac ſi mus quidam conquaſſatus ac mortuus ſub cute jaceret. Imo poſt paucos a partu dies tota illa gliris circumferentia, inſtar carnis putridæ cum incipiente fœtore cadaveroſo ſeparationem minabatur, quæ etiam paulo poſt, absque ullo chirurgi adminiculo, ſequebatur, totumque illud carnis fruſtum, muris majoris figuram referens, decidebat, ingenti foramine, ad os femoris penetrante, in infante relicto; qui etiam fœtus admodum debilis poſt duas hebdomadas etiam vivere deſinebat. Imo Iſenaci formoſa & pudica matrona enixa eſt glirem, quod eo accidit; quia ex vicinis aliquis gliri nolam ſuſpenderat, ad cujus ſonitum reliqui fugarentur; is mulieri gravidæ occurrit, quæ ignara rei aſpectu & accurſu gliris ita territa eſt, ut fœtus in utero degeneraret in formam beſtiolæ, uti ex Luthero refert Martinus Weinrichius *de Ort. Monſtr. cap. 17. p. m. 160.*

§. 72.

Oculus vitulinus. Vixit Halæ Saxonum anno 1659. puella duorum annorum, cujus oculus dexter aliorum hominum oculis ſimilis erat, ſiniſter vero oculum vitulinum repræſentabat, neque audiebat, neque videbat, manu dextra gulam ſæpius prehendebat. Mater vitulum mactandum ſe nimium aſpexiſſe dicebat. Hanc puellam ſe vidiſſe refert Caſparus Theophilus Bierlingius *Adverſar. Obſ. 19. p. 140.* Oculos vitulinis ſimillimos, errore matris intempeſtive vitulinos, cum prægnans eſſet, conſiderantis, in filia concionatoris obſervavit Chriſtianus Helwigius *M. N. C. Dec. III. An. 5 & 6. Obſ. 70 p. 136 ſeq.*

§. 73. Chri-

§. 73.

Christiano Franciſco Paullini bona fide dixit Henricus *Himmel*, eccleſiaſtes Mihlanus, ſe puerum noſſe auribus aſininis natum, & molitoris filium, quod vitium prægnans mater contraxerat. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 4. Append. p. 209.* De infante aures leporinas habente, vid. J. G. Schenck. *Monſtr. Hiſtor. p. 13.* *Aures aſininæ* *leporinæ.*

§. 74.

Vixit Norimbergæ vir quidam, cujus mater, dum in utero ipſum geſtaret, cum marito aviarium auguſtiſſimi imperatoris Viennæ ingreſſa, laſcivis oculis, uti ſequior iſte ſexus ſolet, cuncta perluſtrans, ex improviſo aquilam præmagnis ungulis præditam conſternata vidit, & ita perterrita fœtui huic impreſſit labem, ut ſtatim a nativitatis hora in utroque pedum pollice ungulæ tales, aſt minores, apparuerint, atque adeo creſcente ætate cum annis creverint, uti Gregorius Hillingius *M. N. C. Dec. II. An. 1. Obſ. 160. p. 385.* delineat. Hoc ſingulare conſiderandum venit, quod vernali tempore dextri pedis ungula, autumnali vero ſiniſtri ungula ſponte ſua deciderint, denuoque de novo ſingulis repullularint annis. Ungulæ duræ erant, cineritii coloris, ad fundum, ubi adhærent pollici, concavæ. Exinde autem & puer & vir nihil incommodi vel doloris, etſi pedes iter egerit, perſenſit, ſed ſemper bono conſtitutus habitu, niſi quod ad melancholiam inclinarit, ad vitæ finem optime valuerit, & amplioribus calceamentis opus habuerit. Patavii ruſticæ puellæ in indice digito unguis averſa parte accreverat. vid. Thom. Bartholin. *Hiſtor. Anat. Cent. II. Hiſt. 44. p. 209.* *Ungues aquilini.*

§. 75.

De puero ſingulis annis cutem una & ungues, a matris impreſſione, exuente rariſſimam obſervationem annotavit Johannes Nicolaus Pechlinus *Obſerv. Phyſ. med. Lib. II. Obſ. 42. p. 316.* Puero ſcilicet Italo, Bernardino, cuticula craſſa admodum & *Cutis & ungues decidentes.*

ſquamoſa a collo ad manus & pedes usque deſcendebat, variegata admodum & notis violaceo-nigris inuſta; interiora autem manuum pedumque, volæ nimirum & planta, in cætera cutis novitate petroſarum exphyſium copia, uti rayæ clavatæ corium inferni ſolet, armata erant, non parum ab hoc offenſo manuum pedumque uſu; namque nec firmiter manu comprehendere, nec pedibus incedere poterat. Hanc cutim circa ſingulos autumnos eo tempore, quo natus erat, cruſtulatim & lamellarum reticulatarum inſtar decidere, novamque cum omni apparatu ſubnaſci, & ipſe, & qui aderant, teſtes affirmabant. Color autem cutis vel colubri aquatici aut teſtudinis inverſæ illum exprimere videbatur; & ſane ita erat. Matrem enim conſpectu teſtudinis, dum in littore maris aberrat, territam non coloris tantum, ſed & ingenii aliqua veſtigia concepiſſe, inque puerum, tum embryonem, transmiſiſſe, conſtans erat opinio. Addebat in fidem rei puer, magno ſe teneri aquarum deſiderio, & ſi occaſio ſuppeteret, protinus ad aquas advolare, imo ultra horæ dimidium ſub iis morari poſſe, & in univerſum frigoris ſe tolerantiorem eſſe, quam caloris, ne longe eum a piſculenta natura abfuiſſe credas. Nataverat & hoc, ungues ſive ungulas, promiſſa namque longitudo & ex longitudine nata curvitas beſtiarum iſtis haſce affiniores reddiderat, una cum cute deceſſiſſe, ſuccedentibus ſemper novis. Mirandum autem erat, illam cum matris imaginatione viſusque terriculamento immiſſam notam, tam pertinaciter hæſiſſe, ut cum annis creſcentibus, imo vel primo iſto, obliterari non potuerit, ſed usque regenerata originis ſuæ contumaciam prodiderit.

§. 76.

Nictatio. Fabri cujusdam cultrarii uxor cum gravida hominem perpetuo oculis nictantem attentius per aliquot temporis ſpatium aſpexiſſet, filium peperit, qui a partus tempore quintum annum agens tantam oculorum nictationem perpetuo patiebatur, ut & viſio non parum inde impediretur. Et licet hac de cauſa parentes

tes varia remedia adhibuerint, nil quicquam tamen iisdem effectum fuit. vid. Vit. Riedlin. fil. *Obſ. med. Obſ. 78. p. 181 ſeq.*

§. 77.

Menſes. Femina quædam Amſtelodamenſis gravidationis tempore ira percita ita commovebatur, ut menſtrua ei fluere inciperent, & deinde menſibus ſingulis redirent, ita ut illa, num vere gravida ſit, addubitaret; præcipue cum ſub finem gravidationis fluxus hic quindecim continuis diebus perſeveraret: eo nondum ceſſante, parit puellam, cui menſes fluere incipiebant ipſo nativitatis die, itaque fluxerunt quindecim omnino diebus: deinde ſuppreſſi redierunt poſt menſem exactum denuo, & poſt alterum iterum, poſt tertium autem puella epilepſia correpta interiit. vid. Theod. Kerckring. *Spicileg. anatom. Obſ. 87. p. 168.*

§. 78.

Gangræna. Gangrænam ex terrore materno embryoni impreſſam in duobus infantibus obſervavit Georgius Segerus *M. N. C. Dec. I. An. 4 & 5. Obſ. 147. p. 153 ſeq.* videlicet cum anno 1667. die 18. Julii Thorunii regii commiſſarii, ita volente ſereniſſimo, templum S. Jacobi, quod in novo oppido eſt, monialibus traderent, uxor gravida cujusdam viri literati, ibi habitantis, durante occupatione, inſigni anxietate & terrore angebatur. Hæc quinto poſt die enixa eſt filiolam, cujus dextri pedis digitos omnes ipſamque pedis plantam, & ſiniſtri digitos binos gangræna ita corripuerat, ut vix aliquam ſcarificationem ſentiret. Item, cum anno 1673. die quarto Novembris domus quædam flammam concepiſſet, & hæc, antequam reſtingueretur, ſuperiores illius contignationes confeſtim abſumſiſſet, fabri cujusdam bombardarii uxor gravida, ſcintillas cum fumo aſcendentes pavente animo oculisque ſuſpenſis obſervans, die decimo quarto Decembris puellam peperit, cujus utrumque crus gangræna occupaverat &c.

§. 79.

Mamma. Anno 1665. menſe Martio Argentinæ femina quædam femellam

lam parturivit monſtroſam cum duabus mammillis admodum candidis ex ore pendentibus linguæ adnatis. Venis atque papillis præditæ erant, quarum altera intus verſus os vergebat, ac ſi infans ſugere vellet. Magnitudine pugnum æquabant. vid. Caſp. Theoph. Bierling. *Adverſ. Obſ. 19. p. 40.* Feminæ etiam meminit Johannes de Muralto, quæ ex improviſo uber vaccinum in horreo quodam ſuſpenſum videns, ita valide perculſa fuit, ut fœtus in utero ſimulachrum ejus rei acceperit, ac puellam in lucem ediderit, ubere vaccino cum tribus papillis ad inguen dextrum præditam. Uber hoc cum infante indies incrementa ſumpſit, ac maxime ab eo tempore, quo ipſi catameniorum purgationes fluere cœperunt. Tandem hoc uber poſt obitum amputatum ſeptuaginta tres libras civiles pependit. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 2. Obſ. 88. p. 208 ſeq.*

Uber vaccinum.

§. 80.

Anno 1682. civi Auguſtano filiola nata fuit, quæ præterquam quod incurvis & male conformatis pedibus prædita fuerat, etiam tumorem ſupra os ſacrum in utero materno contraxerat, teſte Luca Schrœckio *Schol. in Obſ. 115. M. N. C. Dec. II. p. 275.* Et femina quædam Leidenſis gravida anno 1649. partu jam inſtante per plateam domum petens, in via defeſſa præ foribus civis cujusdam, cui manus utraque curva erat, in ſubſellio conſedit: interim civis ille januam inferiore parte clauſam & ſuperiore apertam accedens, manus curvas exſeruit, quas poſteaquam gravida ex improviſo conſpexiſſet, valde conſternata eſt, ut fere in lipothymiam incideret. Vir ille mulierem adeo conſternatam videns eam conſolabatur, vitrumque vino Gallico plenum propinabat. Mulier domum regreſſa caſum hunc infelicem marito ſuo narravit, male ſe interim habens, dein paucis diebus elapſis, filiolum curvis manibus & pedibus enixa eſt, ſecundum obſervationem Simonis Scholzii *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obſ. 61. p. 118 ſeq.* ubi addit, quod cum anno milleſimo ſexcentiſimo quinquageſimo primo ex Anglia per Belgi-

Pedes curvi.

manus curvæ.

Belgium in patriam iter fecerit, puerum iſtum bene valere compertus ſit, ſed manibus & pedibus in eodem ſtatu permanentibus. Filius Guſtavi Caſimiri Gahrliep primogenitus dextra natus eſt luxata & incurva, eo quod octiduum ante uxor carpento vecta mendicum in tranſitu luxatam ejusmodi dextram oſtentantem, vix oculi ictu ſpectaſſet, ab amica ſibi aſſidente mature monita, ut oculos averteret: Quod tamen vitium ſpleniorum ope poſtea correctum manusque in integrum reſtituta fuit. vid. *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 89 ſeq.*

§. 81.

Uxor Angli cujusdam, ſeptimo ingravidationis menſe circa rem culinariam occupata, bombardam explodi cum fragore inſigni audit, perterrita exinde globum clunes ferire exiſtimans manum derepente, averſura quaſi globum, circa inteſtinum rectum protrudit. Nihil mali ex eo tempore ſentiens juſto menſe puerulum parit, foramen circa anum rotundum habentem, quod circa inteſtinum rectum ad digiti longitudinem intra corpus, ut ſtylo immiſſo judicare licebat, extendebatur. Cum nullam initio exinde infans pateretur moleſtiam, opem parentes non petebant; poſt trium autem menſium decurſum ſanioſa per foramen effluebat materia, eaque & copioſa ſatis & acris, quam fletus & inquietudo continua monſtrabat, erodens tandem ſanies illa inteſtinum ipſum, quæ per anum naturæ ordine exire conſuevit materia, per foramen hocce fiſtulam referens, reddebatur, ita ut ſcybala per utrumque foramen ſeſe monſtrarent, ſicque miſere vitam trahens ſex menſibus ſupervixit, donec tandem accedente inflammatione obiret, referente Johanne Schmidio *M. N. C. Dec. I. An. 4. Obſ. 21. p. 24.* *Fiſtula ani.*

§. 82.

Prænobilis quædam femina temperamenti phlegmatico-bilioſi ac corporis obeſi, aliquarum jam prolium mater, noviter imprægnata, eodem, quo ſemper utero gerens correpta fuit capi- *Foramen ani par-vum.*

tis dolore graviſſimo, repetitim affligitur, nullo tum temporis medicamento remedibili, quam ob rem, præmiſſis præmittendis, uſus fonticulorum proponitur, admittitur unus, & doloris requies ſequitur ex hac parte; applicatur & alter, ſicque totum caput liberatur; interim tempore debito hora partus inſtat, & quidem feliciſſima; parturit etenim feliciter, at infantem feminei ſexus, cujus nates invicem tam firmiter cohærebant, & connectebantur, ut debita partium diviſio nulla, loco ani conſueti vero in plano non niſi foramen parvulum ad inſtar fonticuli ſignatum obſervaretur; puella autem recens nata paucas poſt horas vitam cum morte commutavit, ſecundum relationem Johannis Adami Lospichleri, *Ephem. Acad. N. C. Cent. I & II. Obſ. 150. p. 313.*

§. 83.

Inteſtinorum prolapſus ſeu hernia.

Quandoque etiam ex gravidæ matris phantaſia inteſtina & alia viſcera ſitum naturalem mutant & extra abdomen propendent; talem prolapſum ex matris repentina impreſſione ex Johannis Georgii Gockelii communicatione refert Johannes Sculletus *Armament. Chirurg. Part. II. Obſ. 60. p. 87.* Villica quædam primis geſtationis menſibus, meſſis tempore ſuburbanis ruſticisque operationibus incumbens, & frumenti per agrum hinc inde ſparſos manipulos colligens, ſub eorundem uno reptantium viperarum acervum ſubito animadvertit, harumque & figuram & motum umbilicali regioni ſuperimpoſita manu, ita ſtrenue ſibi imaginata eſt, ut toto quidem, quo utero gerebat tempore, utcunque bene habuerit, circa crepuſculum veſpertinum filiam quoad reliqua vividam quidem peperit, ſed ex radicata illa imaginatione non bene formatam, adeo ut omnia natæ hujus inteſtina, alias, ſecundum naturam, in inferiore ventre occultanda, hic præter naturam per relaxatum umbilicum, extra corpus tanquam magno in culeo recondita, ſolo peritonæo inveſtita, conſpicienda ſe præbuerint &c. Mulier quædam infantem peperit, cujus inteſtina

extra

extra ventrem ſita erant, quia geſtationis tempore viſum & cogitationes in mactatum conjecerat ſuem, extra cujus ventrem inteſtina profluxerant. vid. Cornel. Stalpart van der Wiel *Obſ. rar. Part. poſt. Obſ. 33. Schol p. 367.* ubi etiam ex Stephano Blancardo infantis meminit, qui inteſtinis extra abdomen propendentibus natus erat. Fortaſſe etiam ex matris phantaſia fuit omphalocele, cujus Felix Platerus *Obſ. med. Lib. III. p. 759.* de puella tumorem immenſum, in quo inteſtina tenuia deprehendebantur, ex umbilico propendentem ſecum in lucem afferente, meminit. Excreſcentiam carneam inteſtina referentem annotavit Johannes Fridericus Weismannus *Ephemer. Acad. N. C Cent. VIII. Obſ. 18. p. 279.* Femina ſcilicet cujusdam venatoris, mater quatuor liberorum, per quatuor & ultra menſes jam gravida, videns maritum aprum juniorem globulo plumbeo transfoſſum exenterantem, ſubito expaveſcit, quem terrorem firmius memoriæ impreſſit, cum videret inteſtina ex abdomine exempta in labrum repoſita, & per aliquot dies in culina conſervata, & ita quidem, ut poſt quartum menſem, nonum vero imprægnationis, infantem, excreſcentiam magnam ultra duas libras ponderantem in abdomine habentem ederet, quæ exactiſſime ratione coloris & figuræ inteſtina apri referebat. Uxor vietoris paulo poſtquam porcum mactare vidiſſet, infantulum enixa eſt, cujus infimi ventris partes extra abdomen propendebant, teſte Ludovico Hornicæo. vid. Guilh. Fabric. Hild. *Obſ. Chirurg. Cent. VI. Obſ. 66. fol. 580.* Pragæ anno 1610. puer incerti parentis naſcebatur, cui jecur, inteſtina, ventriculus, lien cum meſenterii maxima parte extra umbilicum nuda propendebant, teſte Marcello Donato *de medic. Hiſtor. mirab. Lib. VII. cap. 3. p. 664 & p. 666.* addit idem, matrem dicti infantis ad quæſtionem, num forte partui tali quandam occaſionem præbuiſſet? cum lacrymis reſpondiſſe, quod tribus menſibus ante partum vitulum mactandum detinere ab agmine militum coacta, eoque protinus aperto, procidentibus illico viſceribus abdominis,

quodammodo commota fuerit. vid. etiam Dan. Sennert. *Pract. med. Lib. IV. Part. II. Sect. IV. cap. 7. p. m. 316.* It. Gregor. Horſt. *Oper. Tom. II. Lib. XI. Obſ. 3. fol. 523.* Meminit etiam Chriſtophorus Horchius, ſe vidiſſe infantem recens natum, & per ſemihoram viventem, integumentis abdominis ab oſſe enſiformi ad umbilicum usque apertis, illisque calloſis, ita ut ventriculus cum meſenterio, inteſtinis & hepate, quaſi evulſa prolapſa erant extra cavum abdominis, colore ſanguinolento & inflammationem præceſſam indicante; Mater nimirum in tertio graviditatis menſe bovem mactare conſpexerat. vid. *M. N. C. Dec. III. An. 3. Obſ. 97. p. 189.* Abdominis hiatum viſcerumque & inteſtinorum propendentiam in puella recens nata obſervavit Godofredus Benjaminus Preuſſius, vid. *Ephemer. Acad. N. C. Cent. VII & VIII. App. p. 117 & 121 ſeqq.* ubi addit, puellæ hujus matrem faſſam eſſe, ſe primis geſtationis menſibus forte fortuna lanioni capellam mactanti & exenteranti proxime adſtitiſſe, ac viſcerum inteſtinorumque tractum propendentem ex abdomine ſæpius adſpexiſſe, ſeque capellæ hujus innocentis cædi intime indoluiſſe; poſteaque ſæpius, re familiari ſic exigente, lanionum tabernas viſitantem vitulos porcosque exenterare, horumque viſcera, ut fieri ſolet, convoluta & ex abdomine propendula vidiſſe ac præter ſpem intentionemque ideam de capella priſtinam phantaſiæ ſuæ ſive imaginationi ſuæ altius impreſſam probe obſervaſſe. In pago Carnovies, Cracovia, Poloniæ metropoli, duabus milliaribus diſſito, mendicus quidam obtulit ſe pagi dominæ, a quatuor menſibus & ſemis gravidæ, quam in ſui commiſerationem excitaturus, detexit herniam umbilicalem ſibi moleſtam; Domina ad mali magnitudinis conſpectum pavore adeo inſigni perculſa fuit, ut vix ad ſe redierit; objecti idea tota nocte ſubſequente imaginationi obverſante, imo ſæpius toto graviditatis tempore. At vero ſubſecutus eſt maxime lugendus effectus: fœtus enim, quem legitimo tempore peperit, umbilico geſtabat tumorem pugni magnitudine, coloris

ad

ad plumbeum vergentis &c. vid. Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gallic. An. 3. menſ. Febr. p. 28 ſeq.* Anno 1644. in Saxonia inferiori ab ancilla editus eſt puer, cujus ventriculus & inteſtina extra abdominis, cute externa ſaltem tecti & clauſi, cavitatem propendebant, item cor cum viſceribus aliis extra cavitatem thoracis prominebant. Cauſa miſeræ iſtius conformationis credebatur, quod ancilla iſta mactatum vitulum, tempore graviditatis, attente exenterari conſpexit. vid. *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 103. p. 166.* Aurifabri Auguſtani uxor gravida, aliquot jam antea liberorum mater facta, poſtquam vituli exenterationem in macello non ſine horrore contemplata fuiſſet, filiolam mortuam partu admodum difficili poſtmodum excluſit, cujus pars dextra abdominis, non procul ab umbilico ad ſpithamæ longitudinem fere dehiſcebat, lateribus divulſionis ſignum non præbentibus, ſed callo quaſi obductis, e quo hiatu inteſtinula propendebant, teſte Luca Schrœckio *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 232. p. 342.* Plura ejusmodi exempla ex variis autoribus *in Chylolog. noſtr. cap. 8. §. 12. p. 544 ſeqq.* adduximus. vid. inſuper *Ephemerid. Acad. N. C. Cent. VII & VIII. App. p. 118. 121. 124. 128. M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 126. p. 263.*

§. 84.

Squameum ac veluti phocæ pelle contectum puerum annotavit Cornelius Stalpart van der Wiel *Obſerv. rar. Cent. poſt. Obſ. 35. p. 374 ſeq.* Anno ſcilicet 1683. menſe Majo Hagæ puer quidam decem circiter annorum conſpiciendus exhibebatur, nomine Bernardus, Biſegliæ, quod eſt regni Neapolitani ad Hadriæ littora oppidum, natus, cujus patri Petro Antonio Conſiglio nomen erat, mater Elizabetha Naſtaſia vocabatur. Pueri illius manus pedesque toti quanti ſqamei erant, brachia autem & crura, atque adeo totum corpus, excepto ſolo capite, veluti phocæ pelle obducta, contactu dura erant, & ſcabra. Narrabat matertera, cujus curæ ipſe creditus erat, ortam fuiſſe iſtam cutis deformitatem, quod mater, cum linteaminum purgandorum cauſa littus peteret, in *Puer ſquamens.*

flumine vicino varios ſquamatos & teſtaceos vidiſſet piſces, quorum imaginem tam firmiter cerebro impreſſiſſet, ut non ita diu poſt a marito imprægnata, piſciumque perpetuo memor fœtum pepererit, inſtar piſcis ſquamoſum, facie tamen colloque decorum, reliquo autem corpore prorſus nigricantem, & obſcuro quodam, ſcabroque obductum muſco, quapropter idem nudus non tantopere frigore, quam quidem alii, infeſtabatur. Puer ille ingenio, quantum ætas ferebat, ſubtili & acri, ac, quod mirere, piſcium avidus admodum erat, adeo ut poſt crebriorem carnis eſum male ſe haberet. Ipſe etiam Scalpartius cum aliis medicis ex ejus corpore prodeuntem animadvertit, qualem piſces diffundunt, odorem, quem quivis admoto propius naſo percipere poterat. Delapſis veteribus novæ ſuccedebant illico ſquamæ, quibus avulſis, mox effluebat ſanguis. Ibidem loci etiam Scalpartius ipſius pueri delineationem adjecit.

§. 85.

Dentes ovini. Cum uxor concionatoris ſingulari utero gerentium deſiderio, nimis avide minusque caute dilectæ ovis os & inſitorum dentium ſtructuram rimaretur, fecit ut inſontis embryonis dentes ſimilem in modum formarentur, & infanti excluſo dentes ovini poſtea prodirent, quod puero & loquelæ ac maſticationis difficultatem, tum quoque inſignem faciei deformitatem non potuit non afferre, uti ex Conringio allegat Chriſtianus Helwichius *M. N. C.* *Obſervatio.* *Dec. III. An. 5 & 6. Obſ. 70. p. 136.* Similes dentes ſimilemque deformitatem, & absque dubio pariter a matris impreſſione, ante quadraginta aliquot annos in mercatore quodam Lipſienſi, ob talem naturæ errorem vulgo Schaafmaul dicto, obſervare licebat.

§. 86.

Imago Chriſti. Anno 1542. Pilſenæ Bohemiæ oppido puer natus imagine Chriſti, ſalvatoris noſtri crucifixi, quem beata virgo mater de cruce depoſitum ſinu ſuſtinet, pede altero ſupra alterum inflexo, & qui, ſi amoveretur, mox & quidem ſponte reductus reponebatur;

tur; Cui & collum erat reflexum, quare cibus in os difficulter inferi potuit: aliquandiu Viennæ Auſtriæ vixit, uti ex Fincelio refert Caſparus Bauhinus *de Hermaphrod. Lib. I. cap. 11 p. 119 ſeq.*

§. 87.

Spinam bifidam a matris imaginatione annotavit Johannes Muys *Prax. med. Chir. ration. Dec. IX. Obſ. 9. p. 390.* Puellam, inquiens, trium dierum inviſi, quæ connatum in lumbis geſtabat tumorem, pugni magnitudinem adæquantem, in medio carnoſum, alias pellucidum inſtar veſicæ aquam limpidam continentis. Tumor hic indies accreſcebat ac carnoſus evadebat etiam illic loci, ubi antea pellucebat. Poſtquam per trimeſtre ſpatium miſeram vitam traxiſſet, hæc ægrotula, motibus epilepticis correpta, tandem naturæ debitum perſolvit. Tumor poſt apertionem totus carnoſus erat, ſpina autem dorſi ſubjecta in medio adeo diviſa apparebat, ut fiſſuræ ovum columbinum potuiſſet imponi. Cauſam hujus ſpinæ bifidæ ac tumoris lumbaris hanc reddit dictus autor, matrem prægnantem ſuper dorſum in terram prolapſam eſſe ac poſtea ſæpius inter ambulandum manum dorſo læſo impoſuiſſe, ut ita dolorem aliquatenus demulceat, atque hoc pacto forſan ſpiritus animales impetuoſe in ſpinam dorſalem infantis provolarunt illamque molliuſculam ac teneram adhuc diffiderunt. Simile tumoris rapiformis & ſpinæ bifidæ exemplum refert Nicolaus Tulpius *Obſ. med. Lib. III. cap. 30. p. 242.* & quidem ob rapam prægnanti matri improvide denegatam. Cujus repulſæ ergo lumbos ſuos ubi percuſſit mulier animi impotens, læſit tantopere tenellum fœtus ſui corpuſculum, ut inde in lumbis enata ſit ipſi inſignis rapa. Sub quo tumore in defuncto cadavere ſpinæ medulla plane lacera apparebat. Et *cap. 29. p. 240.* idem autor meminit puellulæ, ſeptimo menſe prægnantis, quæ ſupina in lumbos cecidit, ſed ſine evidenti cutis noxa. At infans in lucem editus habuit inſignem tumorem in lumbis, quo adaperto effluxit ipſi quidem frequens aqua, ſed non minus ipſa vita. Qua ſublata, dictus

Spina dorſi bifida.

colore & figuræ ſimilitudine monſtroſos pilos a matre contraxit, quæ gravida, quum ſacræ ſynaxi intereſſet, attentis nimium oculis novam urſi pellem contemplabatur, quæ nuper pro more loci ad aram ſtrata fuerat. Adolevit jam ad juſtam hominis magnitudinem, ſed barba caret, quæ qualis ſit futura, tempus docebit. Et Martini IV. pontificis neceſſaria puerum inſtar urſi villoſum Romæ peperit, quod eo tempore, quo conceperat & geſſerat uterum, frequenter urſorum imagines, quæ Urſinorum inſignia ſunt, oculis ac mente volviſſet, uti ex Caſparo Schotto refert Georgius Fridericus Rallius *de Generat. Animal. Sect. V. §. 22. p. 226.* Philippus Camerarius hanc hiſtoriam *Horar. ſubciſiv. Cent. I. cap. 54. p. 239.* ita recenſet: Monſtrum crinibus & unguibus urſo ſimile, Nicolao III. Pontifici Romano, concubinam ſuam peperiſſe tradit Johannes Balæus, in ipſius actis, & citat Johannem Noviomagum in illuſtrationibus Bedæ: Hanc concubinam Martinum IV. primo ſui pontificatus anno ad ſe recepiſſe & ne ſimilis illi caſus accideret, cum prole urſos omnes in palatio per Urſinæ factionis pontifices olim depictos, præcepiſſe auferri & deleri, (non ignorabat enim, quod formæ in ipſa venere, a feminis conceptæ, in productis infantibus expreſſæ non raro maneant) tradit idem autor ex hiſtoricis. Anno 1655 filiola publicis nundinis ſe ſpectandam exhibuit, quæ toto corpore, mento imprimis, hirci inſtar piloſa. Referebat is, qui eam circumducebat, matrem ejus gravidam impetus varios ſuſtinuiſſe ab hirco quodam illatos, quocumque modo removere hoſtem hunc laborabat, nihil efficere valuerat, juxta Job. a Meekren *Obſ. med. Chir. poſthum. cap. 1. p. 353.*

§. 91.

Rerbus canibus. Notatu quoque digna eſt obſervatio Johannis Georgii Sommeri *M. N. C. Dec. II. An. 1. Obſ. 40. p. m. 113 ſeq.* communicata, nimirum nobiliſſima quædam matrona prægnans filiolam cum canicula in menſam locaverat, mater menſæ aſſidens videt filiolam durius vellicare aures caniculæ luſus gratia ſecum jacentis: ecce cani-

canicula cum inimico faucium ſtrepitu in filiolæ faciem involat ejusque naſum dentibus petit. Hoc nobiliſſima mater perterrita paulo poſt, juſto quidem tempore, ſed laborioſe enitebatur filium, qui ſimulac in lucem editus eſſet, ex faucibus ronchum ſonorum per triginta ſex horas edebat, qui roncho canis in hoſtem involaturi non erat abſimilis. Cumque hic ronchus uſu medicamentorum aut parum levaretur, aut paulo poſt rediret, mulieres dictæ caniculæ aures & caudam per os recens nati infantis ſtringebant, quo facto ronchus quidem diſparuit, ſed epilepſia pertinax ſubſecuta, quæ per Dei gratiam medicis auxiliis ſublata eſt. Item moditoris cujusdam uxor tempore geſtationis uteri horrendo ſuis grunnitu perterrita ſtato quidem tempore peperit filium, ſtrepitum huic grunnitui ſimilem gutture edentem. Plebejæ mulieres inſolito hoc in caſu, quid agendum, anxie quæritant, tandem a vicinis edoctæ in fimeto corruptas quasdam ſetarum ſuillarum reliquias ab illa ſue (carne ejus nulla amplius ſuperſtite) infanti per os ſtrinxerunt, quo facto ſtrepitus ille craſſus deſiit & infans poſtea in robuſtum juvenem adolevit. v. *ibid. p. 114.* Grunnitum ſuillum in infante ſex menſium, cujus mater gravida ſaginandis porcis operam dederat, ante paucum temporis ſpatium obſervare mihi contigit. *Grunnitus ſuillus.* *Obſervatio.*

§. 92.

Rariſſimæ obſervationis eſt, quod ex communicatione Johannis Franci refert Roſinus Lentilius *Miſcell. med. pract. Part. I. & II. p. 370.* ſequentibus verbis: Vidi puerum octo circiter annorum, feminæ mendicæ filium, ex cujus ventriculo, tempore præſertim pluvioſo, vox ranarum audiebatur, ac ſimultæ ranæ coaxarent. Inquirenti mihi, unde hoc veniret? mater reſponſum dedit: deſideravi tempore graviditatis & opipare vixiſſem, modo talismodi animalcula habere potuiſſem, audivi quidem coaxationes eorum, ſed carnis non particeps eſſe potui; hinc deſiderium adhuc eſt in ventriculo filii mei. *Coaxatus ranarum.*

§. 93.

Uvula duplex. Interdum columella ſeu uvula duplex deprehenditur. Puer enim octennis ad Johannem Muys veniens conquerebatur, quod ultimas verborum ſyllabas difficulter pronunciaret. Inſpicit hic linguam & penitus loquelæ depravatæ originem inveſtigans invenit duas uvulas ex faucibus dependentes, quæ, dum puer os aperiebat, a ſe invicem ſeparabantur, alias ſatis conjunctæ; unde mox conjecit aerem ex pulmone propulſum ac per anguſtias utriusque uvulæ intermedias progredientem loquelæ vitium afferre, ſed immedicabile. vid. Joh. Muys *Prax. med. chir. rational. Decad. 8. Obſ. 9. p. m. 326.* Quæ columellæ duplicitas ſeu abundantia absque dubio a matris impreſſione dependet, uti ex ſequentibus exemplis patet. Duplicem enim uvulam a matris imaginatione obſervavit Johannes Bohnius, in honeſta quadam femina Lipſienſi, quæ cum gravida ſpeculum ore aperto aliquando adiiſſet, ut uvulam ſibi luxatam conſpiceret, puellam poſtmodum edebat duplici uvula præditam: uti dictus Bohnius in collegio Pathologico referebat. Absque dubio etiam alia duplicis uvulæ exempla a matrum phantaſia dependent; Andegavi enim hominem triginta annorum, qui duplicem habuit uvulam, legitimo in loco pendentem, ſe vidiſſe ſcribit Jacob. Rolandus *Agloſſotomograph. cap. 2. in M. N. C. Dec. I. An. 3. p. 568.* Bis quoque Lucæ Schrœckio uvulam geminam obſervare licuit, uti ipſe teſtatur *M. N. C. An 6 & 7. Obſ. 228. p. 337.* & quidem prima vice dum juvenis viginti quatuor annorum ipſius curæ ſubjectus ſingularem in columella naturæ luſum exhibendo, duplicem eam conceſſiſſe oſtenderet, non quidem immediate palato adnatam, ſed ex carnoſa aliqua rotunda excreſcentia, palato juncta, tanquam e baſi quadam propendentem, cæterum naturali plane ſitu locatam, ac figura & magnitudine juſta præditam. Alterum exemplum ancilla viginti duorum annorum præbuit, cujus palatum duæ pariter uvulæ unitæ occupabant, quoad figuram nihil inſoliti oſtendentes magnitudine ſaltem naturalem illam haud æquan-

æquantes. Duplicem etiam columellam se in puello vidisse, scribit Henricus Vollgnadus *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obs. 239. Schol. p. 342.* quæ tamen potius fuit divisa. In orphanotrophio Dresdensi ante viginti annos puer alebatur quindecim annorum, nomine *Færster*, qui etiam a matris impressione in loco consueto binas monstrabat uvulas, quæ circa radicem unitæ videbantur. *Observatio.*

§. 94.

Econtra vero alii columellæ absentiam seu defectum a nativitate annotarunt, e. g. in puella quadam Gorlicensi, quæ nihil incommodi inde passa est, uti de patruelis sui Johannis Hagendornii observatione recenset Ehrenfried Hagendorn *M. N. C. Dec. I. An. 2. Obs. 239. p. 341 seq.* item *Histor. phys. medic. Cent. I. Obs. 68. p. 102.* De filio, qui columella & tonsillis destituebatur, unde & lac, quod sugebat, per nares statim reddebat, ideoque vigesimum primum saltem ætatis diem attingebat, vid. Phil. Salmuth. *Obs. med. Cent. III. Obs. 6. p. 115.* Bina exempla infantem post nativitatem uvulæ defectu laborantium, observavit Georgius Wolffgangus Wedelius *M. N. C. Dec. II. An. 5. Obs. 5. p. 12.* Idem Wedelius etiam *Tr. de Morb. Infant. cap. 4. p. 12.* uvulæ defectum vidisse ait, quod mater piscículis vivis deglutiendis addicta ore aliquando piscis aperto inspectoque dedisset ad ideam talem repræsentandam occasionem. Unde id advertebatur a partu, quod papillam sugenti lac per nares extrorsum regurgitaret. Cui remedium suasit profundiorem in os infantis impressionem, ut breviori via lac melius deglutiri posset, ingerendo papillam longius. In progressu vero ætatis non poterant certæ literæ sermone exprimi, vid. etiam Act. Erudit. Lipsi. *An. 1717. mens. Sept. p. 404.* *Uvulæ defectus.*

§. 95.

Scribit Antonius Deusingius *de Fœt. Mussipont. Section. VII.* se novisse exemplum, quo perterrefacta uxor pastoris ecclesiæ, quod videret oculum filiolæ baculo forte punctim læsum, triduo post enixa est filium oculo orbatum, cum interim filiola ipsa læsa *Oculi privatio.*

convaleſceret, ac ne viſum quidem amitteret. vid. Laurent. Strauſſ. *Hiſtor. Muſſipont. p. 112.* Huc pertinet etiam cautela, quam Chriſtianus Johannes Langius *Oper. Part. III. Diſp. VII. §. 43. fol. 89.* chirurgis exhibet, ne in gravidis dentis evulſionem temerarie adminiſtrent, ſiquidem Salmuth referat, aliquando gravidam quandam ocularem dentem ſibi extrahi paſſam paulo poſt fœtum fuiſſe enixam ſiniſtro deſtitutum oculo. vid. etiam ipſe Philip. Salmuth *Obſ. med. Cent. I. Obſ. 86. p. 53.*

§. 96.

Penis & teſtes. Refert etiam Johannes Nicolaus Pechlinus *Obſerv. medic. Lib. III. Obſ. 15. p. 431.* talem Archei Feſcennini vim in fronte naticujusdam impudiciſſimis teſtium colisque notis ſeſe exſertiſſe, quod Onolsbaci apud egregium medicum, Lælium, vidiſſe meminit. Imo, pergit idem Pechlinus, dum hæc ſcribo, objicit monſtrum fortuna, quod & ipſum impudici aliquid in viſu alere videtur, excitatum, ſi matri tanquam teſti credendum, ab improviſo conſpectu prodigioſe turriti aut pileati militis ex illis, quos *Dragons* hodie vocant; hujusque fœtus monſtroſi figuram loco allegato dictus autor communicavit.

§. 97.

Vulnera. Femina quædam quatuor ultra menſes gravida templum conſcendit, tumulum, cui oſſa matronæ nobilis inferenda erant, cum mulierculis curioſis aliis viſitatura. Adſtans incidit in ſtatuam Salvatoris crucifixi, humi jacentem vulnusque inſculptum lateri & cum ſanguine emanente affabre depictum defixis oculis contrectat, ut a feminis, quas comites habebat, abſtrahenda eſſet. Puerperium deſtinato tempore inſtat, filium enititur vulnere ſub pectore quaſi ſtudio inflicto conſpicuum, quod ſanguinem lymphatico humore mixtum (*als ein Fleiſchwaſſer*) ſtillabat, elapſis aliquot demum hebdomadibus conſolidato, juxta relationem Chriſt. Ludovic. Gœckelii *M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 151. p. 312 ſeq.* Quandam gravidam, cum jam partus inſtaret tempus, maritum

ſtri-

ſtricto gladio inſequutum frontique ejus plagas & vulnera minitatum eſſe ipſamque poſt prolem peperiſſe ingens in fronte gerentem vulnus, e quo ſanguis profluxerit tam abunde, ut ſiſti nequiverit prolesque obierit, ex Cornelio Gemma refert Johannes *Sperling. de Format. fœtus in uter. cap 5. p. 105.* Cum matrona quædam hernioſa, ex nobiliſſima familia Bernenſi oriunda, ſecta & feliciter curata fuiſſet, & poſt menſes ſex a curatione puellum progenuiſſet, vulnus non exiguum in inguine infantis repertum fuit; cujus cicatrix etiam poſt trigeſimum ætatis annum, adhuc apparebat. vid. Guilh. Fabric. Hild. *Obſerv. Chir. Cent. V. Obſ. 3. f. 385.* Quo loco etiam ſequentem obſervationem addit de gravida monomachiam duorum obſervante, quæ cum alterum ab altero transfodi videret, admodum perterrita digito oculorum palpebram petiit & paulo poſt puerum mortuum, cui caput transfoſſum erat, genuit. Et in epiſtola ad Mich. Dœring. *fol. 900.* his verbis eandem obſervationem ex communicatione Danielis medici Dusbergenſis, refert: Matrona gravida, cum duos inter ſe confligentes videret, & ex iis unus gladio perfoderetur, nec non mortuus in terram corrueret, ſupra modum perterrefacta & perturbata (exclamando & nomen Domini, pro eo, qui cecidit, invocando) manu dextra oculos obvelavit. Eadem die doloribus partus correpta fœtum mortuum, cui caput ab oculo ipſo, ad occipitium usque perfoſſum erat, edidit. Novit etiam Daniel Sennertus feminam, quæ cum vidiſſet, a lanio caput ſuillum ſecuri dividi, filium genuit, cui tota ſuperior palati pars cum maxilla ſuperiore & labia ſuperiore ad nares usque diviſa erat. v. *ejusd. Conſenſ. & diſſenſ. Chymic. & Ariſtot. cap. 14. p. 236 ſeq.* *Caput transfoſſum.*

§. 98.

De ſternutationis idea fœtui a matre per totam graviditatem ſternutante impreſſa obſervationem recenſet Caſpar Bezoldus *M. tio. N. C. Dec. III. An. 5 & 6. Obſ. 183. p. 425 ſeq.* Sutoris ſcilicet uxor virago & primipara, quæ dum virago eſſet, prævis per unum vel alte- *Sternutatio.*

alterum diem sternutationibus instantis tributi lunaris admonebatur, ab ipso fœcundati uteri momento, ad tempus usque puerperii, nullum diem intermisit, quo non crebro, aliquando ultra quinquagesimam vicem (potissimum a cœpta ad mediam usque gestationem) sternutaret, affectu isto eatenus fœtui indemni, quod ipsum non præmaturius utero ejecerit, hac tamen ratione nocivo, quod in eodem sigillatus ab hora partus ad præsens usque tempus (quo vitæ ejus primus annus ad finem tendit) illum explosione narium sonora quotidie crebrius turbare non desinat, matre interim a puerperio molesta ista sternutatione plene defuncta.

§. 99.

motus lascivus. Singularem gravidæ imaginationem communicat Daniel Ludovici *M. N. C. Dec. I. An. 4. & 5. Obs. 208. p. 293.* Honesta, inquiens, femina, sub gestationis fere finem, negotii expediundi causa, ad vicinam ostio minus obserato invisens, tandem illam per cameræ rimam meridiari cum amico videt, non sine risu & joculari apprehensione. Post tres præterpropter septimanas enititur puellam, cum vigilaret, varie semet (sed modo, quem apud Martialem facilius quis legerit, quam ego descripsero) moventem; ut cum annicula jam in sella sederet, etiam facies inde cum rubore nonnunquam intumesceret. Primo torminibus parentes adscripserant, sed, cum postmodum minus verecundum viderent, ad me detulere annum tunc cum dimidio natam, uxori meæ rem aperuit mater, nec per extantiora adhuc exempla absonum id ratus sum; curam vero pro talium more aut nullam aut perdifficilem futuram. Nihilominus experiundi gratia per quatuordecim dies vesperi quidem quotidie granum unum cinnabaris nativæ, mane guttas tres vel quatuor spiritus cephalici Hartmanni dedi, sicque incompta illa motitatio evanuit. Sexennem autem Quartillam hanc Petronianam dysenteria sustulisse dicitur.

§. 100. An-

§. 100.

mira flexibilitas.

Anno 1676. ſartoris cujusdam pagani uxor in nundinis Sittavienſibus circumforanei hiſtrionem cum ſaltatrice ſua in utriusque manus annulari crotalum geſtante, in publico loco choreas agentem mirasque geſticulationes, deformes oris diſtractiones corporisque tortuoſas flexiones perficientem, ore, quod dicitur, & oculis intentoque animo adſpicit. Paulo poſt eadem ex difficili partu enititur puellulam viventem, depreſſis naribus & labiis ad utramque maxillam duplici modo ſciſſis. De minimo utriusque manus digito itidem loco cymbali exigua eaque rotunda carnis portiuncula dependebat. Corpuſculum vero anterius, poſterius, dextrorſum ſiniſtrorſum, quocunque lubebat, modo, projici poterat, acſi lumbares vertebræ vel nullam oſſis conſiſtentiam haberent, vel plane deficerent. Mirandum ergo, qua ratione imaginatio matris magnam ſuam virtutem in fœtum integerrimum & partui fere vicinum exercuerit, teſte Chriſtophoro Seligero *M. N. C. Dec. I. An. 8. Obſ. 55. p. 92.*

§. 101.

Carnis portiuncula.

Femina civis cujusdam Zittavienſis, cuſtodis ad D. Johannis uxor, gravida ſub concione, virgunculæ a dextris aſſidenti & cum pyxide ſua balſamica ludenti cum oculis mentem aliquoties communicans, tempore debito pariebat puerum, alioquin formoſum, cui in utroque annulari pars carnoſa dura, rotunda, adnata erat. Hanc obſtetrix ſtatim a primo intuitu cultro tonſorio abſcidit, puerque poſtmodum adhuc vivens, exiguum, carnoſæ pyxidis ſuæ balſamicæ, veſtigium, cuilibet monſtrabat, uti idem Seligerus, loco allegato recenſet. Ante quindecim circiter annos generoſiſſimi domini comitis a D. conjux non prima vice puerpera filiolam bene formatam pariebat, niſi quod a matris, circa graviditatis initium, intentis oculis cor vitulinum conſiderantis impreſſione in manu dextra, circa digiti auricularis radicem, excreſcentia quædam cordiformis, cordis gallinacei magnitudine, pe-

Obſervatio.

diculo quaſi membranaceo extra manum propenderet, quæ tamen pars carnea, impedito per ſucceſſivam fili ſerici conſtrictionem ipſius nutrimenti affluxu, exſiccata poſt aliquot dies decidebat.

§. 102.

e vini pa-ce fœtus mortuus.

Matrona quædam ad pariendum vicina prævia confeſſione apud menſam Domini ſe ſiſtebat. Vini autem ſacri parte porrecta atque ab hac aſſumpta abire recuſat gradumque ſuſtinet. Quæritanti ſacerdoti, an forſan vini nihil accepiſſet? reſpondet, ſe quidem ejus portionem deguſtaſſe, ſed ſecunda vice idem expetere. Annuit ſacerdos atque iterum delibandum id matronæ præbet. Quo facto tertia vice calicem deſiderat, quo recuſato triſtis domum petiit, quartoque inſequenti die tres filios enixa eſt, quorum duo priores ſani ac vivi erant, tertio mortuo mundum ingrediente. Si ultima vice in ſacra ſynaxi vinum ipſi non fuiſſet denegatum, firmiter, ſe omnes filios vivos peperiſſe, ſibi habuit perſuaſum: quod non adeo abſurdum imaginationis efficaciam in ejusmodi mulieribus ponderanti videri poteſt, juxta *Joh. Petr. Albrecht. Obſervat. 14. M. N. C. Dec. II. An. 6. p. 40.* Quam gravidarum phantaſiæ efficaciam confirmare etiam videntur feminæ, pica erga virorum ſuras vel carnem laborantes, atque ob tertium denegatum morſum duos tantum vivos infantes, tertium autem mortuum enixæ ſunt, quarum exempla in Chylolog. noſtr. *cap. 2.* circa finem adduximus.

§. 103.

obeſitas ſtupenda.

De ſtupenda pueri recens nati obeſitate ex matris gravidæ impreſſione ſequentem obſervationem communicat Fridericus Wilhelmus Clauderus *M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 190. p. 380.* Cum aliquot ante annos copiæ electorales Saxonicæ Cygneam, ad delectum militum inſtituendum, hinc inde paſſim moverentur, contigit, ut præfectus quidam excubiarum, vir rara pulchritudine ac corpore athletico præditus, in pago *Corbuſſen*, non procul ab oppido

pido Ronneburgo diſtante, apud ruſticum pernoctaret, ibi ex itinere (Sirius enim tunc ardebat) fatigatus, habitu militari & chlamide exutus pectus denudabat. Ruſtici uxor per aliquot menſes gravida ob raram a ſe conceptam hancce pulchritudinem in admirationem ducta, militem pectore nudato ad menſam ſedentem, fixis continue intuens oculis tanta afficiebatur delectatione, ut nihil magis in votis haberet, quam quod ſemper eundem aſpicere ac manibus contrectare illi licitum eſſet. Imo ſibi adeo impreſſit illius imaginem, ut per totam demum noctem ipſi oberraret ante oculos. Quid fit? tempore partus accedente, peperit filiolum quoad omnia corporis membra perfectum ac ſanum, attamen valde ſucciplenum ac obeſum, qui ſtatim a tempore puerperii inſolita pinguedine ac nimia corpulentia indies aucta in tantam accrevit corporis molem, ut mater eum in faſciis ſolitis ulterius continere non poſſet; his tamen non obſtantibus per annuum temporis ſpatium lacte proprio nutrivit. Ablactatus puellus optima ſemper utebatur valetudine &c.

§. 104.

Anno 1686. paupercula femina Alzææ gemellos peperit, quorum alter habebat veſicam ſanguine repletam, totum os occupantem, etiamque extra illud propendentem; qua levi punctura aperta, ſtatim proſiliit ſanguis, non ſecus ac ſolet fieri arteria vulnerata; continuavit aliquandiu, donec vitam cum morte commutaret. Cauſam hujus veſicæ Johannes Richier, dicti loci phyſicus, infantis matri adſcribit, quippe quæ pharmacopæo pleuritico, qui ob impeditam venæſectionem largam ſanguinis copiam per os excernebat, linteis ſanguinem ex ore prodeuntem abſtergebat, & quia jam gravida erat, procul dubio inde hoc vitium contraxit fœtus. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 199. p. 396 ſeq.* *Veſica ſanguine plena.*

§. 105.

Guilhelmus Fabricius, Hildanus puerum octennem vidit, qui cataractam ſiniſtri oculi in ipſo utero matris contraxerat. Ma- *Cataracta.*

ter enim dum gravida eſſet, ob intempeſtivam lacrymationem cataracta affecta fuerat, ex quo videmus, quam fortis & valida apud prægnantes ſit imaginationis vis atque efficacia, v. Gu. Fabric. *Obſ. chir. Cent. V. Obſ. 3. fol. 386.* Nota quoque mihi eſt femina, Michaelis Schrœteri uxor, aliquot liberorum mater, quæ ſecunda vice gravida certam perſonam, in ſiniſtro oculo cataracta laborantem, ſæpius intentis oculis animique commotione intuebatur, præterlapſo autem ordinario prægnantiæ termino, etiam filium pariter in ſiniſtro oculo cataractam habentem peperit, qui hoc tempore, quo hæc ſcribo, octennis adhuc vivit.

Obſervatio.

§. 106.

abdomen pertuſum.

De ictu bombardæ & gladii proli per impreſſionem matris impacto ſequentia refert Roſinus Lentilius *M. N. C. Dec. III. An. 2. Obſ. 117. p. 176.* Anno 1644. juvenis quidam Geislingenſis, ad oppidi mœnia habitans, bombardam in oppidi foſſam explosit. E regione diverſata piſtoris uxor menſem octavum gravida, perterrefacta, ſe plumbo trajectam credidit, manu ſua dorſum illico contrectans, inde male habens, triduo poſt infelici partu fœtum eſt mortuum enixa ſine ullis profuſi vel tantilli cruoris veſtigiis. Ad oſſa coxendicis ecce foramen totum abdomen pertundit, quod exitum ſibi prope umbilicum ita parabat, ut ab uno limbo ad alterum, ceu per ſyringam viſui tranſitus pateret. Deinde vidit Simonius chirurgus Tubingenſis monomachia Briſaci coeuntes cum baliſtario triarium, quorum iſte baliſtarius (quos vocant, qui tormentis bellicis explodendis deſtinantur) gladio totum corpus terebrante confoſſus occubuit. Iſtius itaque baliſtarii de mariti ſalute ſollicita uxor gravida, cum ex improviſo digladiantibus occurſaret, intra paucas horas, mariti clade perterrefacta, fœtum enititur iisdem, quibus parens, locis perforatum. Quæ binæ hiſtoriæ, tametſi perſimiles exiſtant, in hoc tamen differunt, quod Geislingenſis fœtus pertuſus fuerit eo in loco, quem ſua manu

fœtus perforatus.

manu gravida mater contrectarat, Briſacenſis vero eo, quo pater, vulneratus interierat. vid. etiam §. *134.*

§. 107.

Cohæſio gemellorum.

Nobilis femina in Finmarchia ex ſuperiori hypocauſto in culinam deſcendens ſub ſcala forte reperit canes venaticos a coitu cohærentes. Quo fœdo ſpectaculo perterrita non deſtitit quidem, clauſis foribus, utrumque baculo tamdiu delumbare, donec ſejungerentur. Peperit vero poſtea gemellos diverſi ſexus mortuos, at pudendis canum inſtar monſtroſe cohærentes. Qui ocyrus & clanculum tumulati rumorem effugere publicum, uti ex communicatione Ambroſii Rhodii refert Chriſtianus Franciſcus Paullini *M. N. C. Dec. II. An. 5. App. p. 53.* Imo matrona Venetiis una portione gemellos edidit, quorum corpora cancellatis cruribus ita juncta invicem erant, ut ægre ſexus diſcerni poſſet: quod aſpexerat propudioſam quandam imaginem, qua complexus ſponſorum exprimebatur, uti ex P. Schott. adducit Petrus Müller. *Diſp. de Jur. Prægnant. cap. 2.*

§. 108.

Vulva intus birſuta.

Idem Ambroſius Rhodius, dicto Paullini ingenue faſſus eſt, ſe in Laplandia vidiſſe puellam lepidam ac venuſtam, cujus vulva vero intus erat piloſa. Cauſam conjecit in phantaſiam matris, quæ forte crebrius contrectarat membrum mariti, pilis valde luxurians, & dormiens digitum in genitalia ſua intruſerat. vid. *l. a.*

§. 109.

horrida facies.

Horridum imaginationis in gravida effectum anno 1697. in ſtatore annorum ſex ultra quinquaginta obſervavit Roſinus Lentilius *Miſcell. med. pract. p. 360.* Caput enim erat vaſtum, facies tumida, oculi quaſi ſugillati, labia cærulea; vultus integer cæruleus magis colore, quam fuſcus, immo color talis, qualem referre ſolent apexabones, transparente per cutim teneram obſcuro cruore. Nunquam talem vidi, ſiquidem nativi coloris in facie tota ne parva lineola. De cauſa nævi decumani quæſitus reſpondit,

ſuperiori tricennali bello, quum Harburgo, prope Donaverdam, incolæ ſibi fuga conſuluiſſent, matrem collectis pretioſioribus reculis in arcem editam Harburgenſem ſe contuliſſe, ut alicubi ſua conderet. Ibi cum latebras huic negotio aptas quæ ſiviſſet, obveniſſe ad templi parietem valvas binas, intra quas erat ſtructus mons oliveti, cum hiſtoria Dominicæ paſſionis ſtatuis e ſaxo excisis. Gravida mater diſtractis valvis intuitu ſubitaneo fertur in S. Johannem crucis dominicæ adſtitis, pigmentis ejusmodi incruſtatum, qui librum inſuper ſub axilla rubrum geſtaret; perterrita mulier valvas illico clauſit quidem, aſpectus tamen charactere in phantaſia relicto, natus hinc puer, non ea tantum, quam deſcripſi facie, verum & libri colorem in dextro latere oſtendens. Goudæ in Hollandia mulierem quandam videntem greges gallinarum Indicarum, conſternatam fui ſſe, ut poſtea pepererit fœtum habentem faciem multis excreſcentiis carnoſis multiformis coloris galli Indici inſtar defœdatam, ex Sebaſtiano Münſtero refert Daniel Sennert. *de Chymic. & Ariſtot. Conſenſ. cap. 14. p. 236.* vid. etiam Joh. Schenck. *Obſ. med. Lib. IV. f. 566.*

§. 110.

facies pallida. Retulit Zacuto Luſitano Doctor Valle, medicus eximius & expertus, ſe vidiſſe feminam, quæ plures infantes pepererat pallore vultus ita infectos, ut cadaveris imaginem referrent, quod illa inter coeundum, infantem mortuum in lecto ante oculos depictum intueretur, quo remoto alios deinceps peperit vividos, formoſos & rubicundos. vid. Zacut. Luſit. *de Medic. princip. Hiſtor. Lib. III. Hiſt. 12. fol. m. 487.* Witenbergæ civem cadaverosa facie fuiſſe natum, eo quod mater uterum ferens obvio cadavere ſubito fuerit pavefacta, refert Joh. Bened. Sinibaldus *Geneanthrop. Lib. VIII. Tr. I. cap. 1. p. 680.* v. Martin. Weinrich. *de Ort. monſtr. P. I. cap. 17. p. 160. b.* Mulierem quandam mortuum infantem peperiſſe ad ſimilitudinem puelli, quem ſingulari artificio ex marmore in cubiculo habuerat, ex Joh. Baptiſtæ Portæ *Mag. natur. Lib.*

Lib. II. cap. 23. refert Philippus Camerarius *Cent. I. cap. 54. pag. 240.* Ipſius autem Portæ verba *cap. 20. p. m. 92 ſeq.* ſic ſonant: Quædam mulier pulchros filios parere percupiens candidum marmoreumque puerum beneque formatum ante oculos ſibi propoſuit, talis enim formæ puerum exoptabat coeundo & uterum gerendo, quam ſæpiſſime animo volutabat, enatumque poſtea fœtum oſtendit mater obeſulum, nec a marmoreo ſimulacro diſſitum, ſed ita pallentem, ut verum imitaretur marmor, & veritatis experientia patuit. Experimento quotidie deprehenditur, gravidam de morte parentum, amici aut mariti, triſtem audiens nuncium eniti infantem cadaveroſa facie præditum, uti ex Chr. Warliz. allegat Petrus Müllerus *de Jure Prægnant. cap. 2. §. 13. p. 15.*

§. 111.

Mulier prægrandi utero tumens cum partus tempora non procul ab Epiphaniæ feſto ſeu trium regum, vulgari calculo conjeciſſet, aliis alludentibus, ac ſi reges tres utero ferret, quod felix fauſtumque ſit illa reſpondit. Neque fefellit eventus rei: nam regum profeſto enixa eſt proles maſculas tres, quarum una colore bituminis regem æthiopem præ ſe ferebat, etſi eadem non vixerit diu, uti ex Gemma refert Johannes Schenckius *Obſ. med. Lib. IV. fol. 565.* Regem quendam, qui paulo antea de æthiope habuerat ſermonem, uxori commiſtum eadem mente revolviſſe imaginaria quadam repræſentatione tametſi tum ipſe tum uxor albo colore eſſent, æthiopem genuiſſe ex Galeno refert Simon Majolus *Dier. canicul. Colloqu. 3 fol. m. 42.* *trium regum abbiops.*

§. 112.

In oppido Eſſen, in Marchia, matrona quædam gravida cum caſu ictum bombardæ in coxam dextram, non quidem globo, ſed charta madefacta, & dentibus maſticata reciperet, protinus doloribus partus correpta fuit, & aqua, quæ fœtum comitari ſolet, paulo poſt effluxit. Sequenti die fœtum non tantum mortuum, verum etiam nigrum, quaſi pulvere tormentario infectus fuiſſet, edidit, *Fœtus mortuus & niger.*

edidit, juxta Guilhelm. Fabric. Hild. *Epiſt. ad Mich. Dæring. Oper. fol. 900.* Gravida tonitru perculſa fœtum mortuum membris convulſis rigidisque edidit. vid. *Act. phyſ. med. Acad. Nat. curioſ. Obſ. 3. p. 5.*

§. 113.

Capita coalita. Tempore Sebaſtiani Münſteri prope Moguntiam accidit, cum duæ mulieres in platea confabularentur, alteram ex improviſo venientem a tergo frontes utriusque colliſiſſe, & poſtea alteram earum, quæ prægnans erat, inde filias duas peperiſſe frontibus ad naſum usque cohærentes, quæ ſic decem annis continuis conjunctæ vixerint. vid. Dan. Sennert. *de Chymic. cum Ariſt. conſenſ. & diſſenſ. cap. 14. p. 236.* vid. etiam Hieron. Cardan. *de Subtilitat. Lib. XII. fol. m. 379.*

§. 114.

Oſſis occipitis abſentia. Filia præter propter tres annos nata, cujus mater jam ſeptem menſes & dimidium geſtabat uterum, imprudens per valvas ſuperne prolabitur in caput: advocatur chirurgus, qui poſt artis ſuæ tentamina os occipitis confractum eſſe pronunciat; hoc, quaſi fulmine icta, mater ita percellitur, ut poſt octo dies infantem ederet in lucem vita & toto occipitis oſſe carentem. Loco oſſis viſebantur quædam pelliculæ dilaceratæ & divulſæ ab invicem, vid. Theod. Kerckring. *Spicileg. Anatom. Obſ. 64. p. m. 129.*

§. 115.

Cranii defectus. Rivetus chirurgus Pariſienſis accerſitus, ut obſtetriciam exerceret in uxore cujusdam pannificis, peracta extractione fœtus rite conformati, alterum itidem eduxit cranio orbatum cum pauxillo cerebro, etſi ſatis adhuc vitalis fuerit, ut ad ſacras usque ædes deferri valuerit ibique ſacro fonte ablui. Hoc vero præſertim admiratione dignum, quod, antequam a matre conſpectus fuerit ille fœtus, prædixerit, capite illum orbum futurum; eo quod ſingulari animi attentione conceptionis tempore conſpexiſſet imaginem B. Virginis, ſic depictam, ut caput illius a manu

nu, cooperiretur. v. Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gallic. An. 3. menſ. Auguſt. Obſ. 9. p. 106.* Pueri recens nati, ſed antea mortui cranium in fragmenta multiplicia vixque numerabilia comminutum vidit Antonius Everhardi. Cauſam hujus mali profeſſa eſt puerpera, quod ante quatuordecim dies ex ſcamno, prono capite primum in menſam, mox capite ſupino in terram turbata valde concidiſſet, nulla continui ſolutione, excepta in fronte excoriatione levi ſe manifeſtante. vid. Georg. Frider. Rallius *de Generat. animal. Sect. V. p. 231 ſeq.* De muliere nobili egregium, ſed mortuum & calvaria carentem fœtum pariente vid. Franciſc. Roſſet. *de Part. Cæſar. Append. Caſp. Paulin. p. 223.*

§. 116.

Uxor civis Hafnienſis anno 1673. menſe Auguſto enixa eſt filium tam acceptum, quia primogenitus, quam ingratum, quia primam lugendi materiam parentibus præbuit: una enim manu mancus prodiit & altero pede curvus. Forte enim obvians prægnans mater mendicantem, manu truncatum & pede flaccidum viderat, cujus ſpeciem nec die nec nocte potuit obliviſci, referente Thoma Bartholino *Act. Hafnienſ. Vol. II. Obſ. 1. p. 2.* quo loco dictus autor ſequentem admonitionem maxime neceſſariam annectit: magno periculo prægnantium occurrunt in plateis locisque publicis mendicantes, vel morbo ſacro concidentes, vel membris mutili. Utinam his provideretur in rebuspublicis, ne publice oberrando inficerent mortale genus. Absque dubio autem adductum exemplum idem eſt, quod in juvencula Gerhardiana annotavit Olaus Borrichius *l. a. Obſ. 82. p. 201.* Hæc ſcilicet quarto geſtationis menſe aream palatii regii incauta perambulans conſpicatur ad pedem Byrſæ egenum mendicato viventem, qui, ut miſeria ſua miſericordiam tranſeuntium evocaret, truncam manum ſuam & pedem mutilum late oſtentabat. Viſo hoc infelici oſtento illa cohorruit, ut domum revertens marito triſtitiam inde conceptam ſignificaret, & de frigore dorſi circa os ſacrum con- *Manus defectus.*

quereretur. Ille frigidulam auram viæque longioris moleſtias cauſari & alia atque alia lætitiæ argumenta conquirere, ut erat ſagax & non inſcius futuri, ſi imaginatio conſtantius uxori adhæreſceret. Quid multis? perit tandem facti memoria & animus gravidæ a ſollicitudine revocatur ad quietem. Interea ex horaria ſpeculatione turbata feminæ imaginatio eas jam in embryone duxerat lineas, eos ſignaverat characteres, qui totis ſex menſibus neſcirent obliterari. Prodit enim juſto tempore miſellus infans & easdem infelicitatis notas manu pedeque, quas in mendico ſpectaverat mater, in auras vitales ſecum exportat. Vidit etiam Paulus Spindlerus Heroem Ducali familia oriundum, ex obſidione Budenſi anno 1686. vulneratum, Poſonium delatum, & poſt Viennæ extinctum, qui altera manu carebat, eo quod ipſius mater cum ipſo gravida in Poloniæ tumultibus, a milite in conſcenſione arcis, ubi cum Duce, marito ſuo reſidebat, captivata & gladio in manu ſine tamen ulla læſione percuſſa, amputatam ſibi eandem conſternata crediderit. vid. Spindler. *Obſ 96. Schol. p. 171.* Et Guſtavus Caſimirus Gahrliep. *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 88.* exemplum recenſet, quod ex illuſtriſſimæ cujusdam principis ore habet. Cum ſcilicet illius arx, in qua ab omni hoſtilitate, vi pactæ neutralitatis ac prolixiſſimarum pollicitationum, omnino ſecura reſidebat, inopinato ex inſidiis occuparetur, ipſaque ſereniſſima oborti circa crepuſculum veſpertinum, in tranquilla alias aula inſoliti tumultus cauſam ſciſcitatura per feneſtram in atrium proſpiceret, ac cuidam paucorum, quos alebat, præſidiariorum officiali dextram, qua ictum gladii capiti ex improviſo intentatum amoliri tentabat, amputari cerneret, inopino ac triſti ſpectaculo validiſſime commota, ſumma inſuper & inexcuſabili perfidia in captivitatem abducta, una cum principe ſuo & liberis, omnique opulentiſſima ſupellectili ſpoliata, quatriduo poſt partu difficili enixa eſt principem, omnibus alias numeris abſolu-

ſolutiſſimum, ac tam corporis, quam animi dotibus, quod adoleſcens ejus ætas docuit, excellentiſſimum, ſed manu dextra quæ nusquam apparuit, mutilum. Amſtelodami Maria de Vogeler Henrici Hoochcameri conjux ſiniſtra manu caruit ex terrore, quo mater gravida fuerat perculſa a mendico, qui neganti ſtipem ſubito tanquam minabundus oſtentavit nudum manu truncatum brachium ſuum, uti ex Lindano refert Antonius Deuſingius *de Fœt. Muſſipont. p. 23.* De puero, qui ſiniſtra manu prorſus deſtituebatur, ejus vero loco pedem felis anteriorem obtinebat, vid. Philipp. Salmuth. *Obſ. med. Cent. II. Obſ. 15. p. 66.* Fœtui manum periiſſe, quod manus matris a ſcropha grandiore periculum immineret, vid. Anton. Deuſing. *de Fœtu Muſſipont. Sect. VII. p. 112.* Sartoris uxor Mechliniæ præ foribus vidit militem in conflictu manum amittere: ſtatim perculſa horrore peperit filiam una manu, altero autem cruentoque exſtinctam, quod manus ejus non reperiretur, & hæmorrhagia infantem interimeret, juxta relationem Johannis Baptiſtæ van Helmont *de Inject. material. §. 9. fol. m. 367.* In vicino pago Grisheim Johannis Ochlens, piſtoris, uxori gravidæ, paulo ante partum, ſues ſaginanti, a grandiori ſcropha dextra manus ore prehenditur, unde factum eſt, ut terrefacta mulier pareret filiam, ſine manu dextra, cætera ſanam. Cæterum nuſpiam dextra manus reperiri potuit, neque vel oſſa, vel ulla in lochiis apparuit putrilago, in quam manus computruiſſet, uti ex Laurentio Strauſſio recenſet Georgius Fridericus Rallius *de Generat. Animal. Sect. V. §. 22. p. 232.* Ante aliquot anno ancilla quædam Palæodresdenſis ex furtivo amore gravida infantem enitebatur, non modo ſiniſtra manu, ſed dimidio quoque ejusdem lateris brachio mancum, ſiquidem totum brachium anterius, ulna ſcilicet radius & manus, deerat, circa extremitatem autem oſſis humeri duo prominebant digiti. Cum poſtea dicta mater de cauſa monſtroſi hujus fœtus a me examinaretur, reſpondebat ipſa: tempore ipſius graviditatis, ſæpiſſime mendicum quendam, eo- *Obſervatio.*

dem modo mutilatum, in ſuam culinam veniſſe, hocque monſtrato brachio vitioſo eleemoſynam aut victum ab ea petiiſſe.

§. 117.

Digitorum defectus. Interdum digiti aliquot ob gravidæ matris imaginationem deſunt. Suinſurti enim accidit, ut uxor cujusdam lanionis circa dimidium gravidationis tempus in mola occupata ex improviſo ſpectaret manum miniſtri molitoris digitis quatuor mutilatam, hinc perterrefacta adſtantibus mulieribus factum narrat, a quibus animatur, &, ut manum miniſtri paulo accuratius contempletur, informatur; illa dictis paret, aſt poſtmodum enixa eſt filiolam cætera vegetam, cujus manus dextra pollice quidem donata, aſt quatuor reliquis digitis naturæ conformibus erat orbata, quorum loco particulæ carneæ breviores, parum mobiles, absque ullis articulis, cartilagineis protuberantiis aut unguibus extabant, teſte Johanne Laurentio Fehrio *M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 30. pag. 84.* Pollicis defectum in filiola circa finem octavi menſis nata obſervavit Franciſcus Mauriceau *Obſerv. 640. p. 372.*

§. 118.

Brachiorum defectus. Brachiorum quoque a matrum maginatione deficientium exempla annotata leguntur, ſiquidem ſecundum Joh. Baptiſtæ Helmont. *l. a.* uxor Marci de Vogeler, mercatoris Antverpienſis, anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo videns militem mendicantem, cui pila ferrea in obſidione Oſtendana dextrum brachium abſtulerat, illudque adhuc cruentum circumferebat: mox abinde filiam peperit orbam brachio, & quidem dextero, cujus cruentus adhuc humerus per chirurgum ſolidari debuit. Nupſit Mercatori Amſtelodami, cui nomen Hoochcamer, illa anno 1638. adhuc fuit ſuperſtes. Neque etiam uſpiam reperibile fuit brachium hoc dextrum nec oſſa, &c. Mulierem ex oppido S. Maxentii, cum prohiberi non poſſet, quo minus miſerum infantem feminæ alicujus peregrinæ, qui ſine brachiis natus fuerat, viſum iret, expleto ad pariendum tempore, ſimile monſtrum peperiſſe, in quo

ne

ne quidem minima excreſcentia prominebat, quæ locum brachiis prodeundis deſtinatum oſtenderet; ex Digby refert Georgius Fridericus Rallius *l. a. p. 230.* Ab occurſu ejùsmodi mutilì ſimilem partum annotavit Roſinus Lentilius *Miſcell. med. pract. Part. I. p. m. 3.* inquiens: Anno 1676. cognata mea duorum antea liberorum mater, tertio partu enixa eſt filiolum ambobus brachiis adeo usque truncatum, ut neque eorum ullum extiterit veſtigium. Contemplata autem curatius erat mendicum his artubus mutilum, & ſtipem in regia via prope Lipſiam petentem. Hardevici circumforaneum hominem ſine brachiis natum & ad ſcribendum pedibus natum ſe vidiſſe, ſcribit A. Deuſing. *de Fœt. Muſſip. p. 18.* quo loco etiam conſimilis feminæ, pedibus ad nendum & ſuendum, loco manuum utentis, ex Mercato meminit. Idem infortunium expertus quoque eſt Thomas Schweickerus Saxo-Hallenſis, qui ſine brachiis fuit & ad decrepitam ætatem ſupervixit, omniaque munia quæ alii ingenioſiſſima opera ſuis manibus eadem, hic pedibus incredibili fere ſolertia perfecit. Cum enim in editiore loco, qui æquaret altitudinem tabulæ, in qua eſculenta appoſita erant, conſediſſet, apprehenſo pedibus cultro ſcindebat panem & alios cibos, pedes ea poſtea nec non etiam potum, veluti manu, ori porrigebant. Pedibus etiam tam elegantes pingebat latinas & germanicas literas elegantiſſimas, cultello quoque parabat calamos ad ſcribendum aptiſſimos. Ipſius autem pedum digiti ita erant oblongi & ad res tenendas apti, ut procul aſpicientibus manus (pallio enim ſuo verecunde admodum crura tegebat) viderentur; uti refert Philippus Camerarius *Horar ſubciſiv. Centur. I. cap. 37. pag. 169 ſeq. & Cent. II. cap. 8. p. 27 ſeq.* quibus locis Johannis Poſthii epigrammata in dictum Schweickerum reperies. Hujus Schweickeri iconem communicat Johannes Georgius Schenckius *Hiſtor. Monſtr. pag. 31 & 35.* qui etiam *p. 30.* meminit, eundem quoque admirabili induſtria eadem, quæ arcularii dedolando, ſculpendo, ſcindendo, forando, ſerrando ingenioſiſſima efficere ſolent opera, velut co-

lumnas, periſtylia ejusque generis alia, pedibus felici imitatione præſtitiſſe. Hunc autem brachiorum defectum propter terrorem fortemque imaginationem matris, eum forte fortuna pauperem brachiis orbatum videret, accidiſſe, ex Matthia Quado probat Guilhelmus Fabricius, Hildanus *Obſ. Chir. Cent. VI. Obſ. 66. p. 580.* vid. etiam Gregor. Horſt. *Oper. Tom. I. fol. 463.* Lutetiis quoque olim viſus eſt vir quadragenarius quadrato corpore, qui etſi brachiis careret, omnia tamen, quæ manibus perfici ſolent, munia, haud infeliciter obibat. Humeri enim trunco & capite colloque vibrato ſecurim in palum oppoſitum, tam certo & valido ictu, quam manu quivis alius vir, ejaculabatur, aurigæ flagellum tanta vi diſtringebat, ut aere validius percuſſo reſonaret. Cæterum pedibus edebat, bibebat, chartis luſoriis & talis colludebat. Tandem latro & ſicarius deprehenſus, ex cruce ſtrangulatus rotæ affixus eſt. vid. Ambroſ. Paræi *Lib. XXIV. cap. 6. fol. 554.* Plura ſine brachiis natorum exempla commemorat Johannes Georgius Schenckius *l. a. p. 28 ſeqq.* Philippus Camerarius *Hor. ſubciſiv. Cent. I. cap. 37. p. 170.* Fort. Licet. *de Monſtr. p. 8. 56. 60.*

§. 119.

Pedum defectus. Femina viginti ſex annorum quinto geſtationis menſe a mendici in platea eleemoſynam petentis atque, pro viſceribus magis commovendis, prætereuntibus os denudatum, ab amputatione pedis relictum oſtendentis, intuitu ita terrore perculſa atque commota eſt, ut aliquandiu eum oculis quaſi infixum tenuerit memoriaque abſentis, quanquam oculis inerraverit; Exactis aliquot diebus nihil amplius curavit, bene ſeſe habuit, juſtoque tempore partus, ad novi menſis finem, infantem mortuum in lucem protulit, partibus ſuperioribus a vertice ad umbilicum rite ac egregie diſpoſitis, pulcherrima maſcula facie ornatum; deformitatem & monſtroſitatem in inferioribus, ab umbilico nimirum ad extremum corpuſculi præ ſe ferebat; quod loco pedum ſenſim acu-

cuminatam caudæ vervecinæ inſtar ſuperius tres digitos transverſos latam ac craſſam, inferius vero in apicem terminantem, dimidii pedis longitudine ad umbilicum reflexam excreſcentiam carnoſam oſſibus imprægnatam gerebat &c. referente Johanne Henrico Hottingero *M. N. C. Dec. III. An. 9 & 10. Obſ. 233. p. 413.* vid. etiam Joh. Georg. Schenck *l. a. p. 28. 51 ſeqq.*

§. 120.

Pes anſerinus.

De pede infantis anſerino ex matris terrore notabilem hiſtoriam recenſet Chriſtianus Franciſcus Paullini *M. N. C. Dec. II. An. 6. App. p. 70.* Dederat nimirum ancilla nobilis & maxime ſtrenui Dn. ab Uſslau, equitum magiſtri, anſeribus ſaginandis ſuetum pabulum, cui nequam puer ſemen hyoſcyami & cicutæ clanculum & petulanter immiſcuit. Cœperunt illi titubare, ſtupere, ſtertere, denique magno clamore inſanum prœliari & ſe invicem mordere. Advolat opilionis conjux tunc gravida, ut ſtabulo expelleret tumultuantes. Sed ecce! unus isque maſculus, dextro pede elevato, magno ſtrepitu, clamore & impetu in mulierem involat, quem illa repagulo ligneo, quod forte dextra tenebat, abactura percutit, ut claudicaret. Hinc perterrita maxime cruciabatur, rens, ſe pœnas hujus facti luituram. Terrore igitur & errore hoc menti obverſante perpetuo, id tandem effecit mulier, ut filium pepererit, cujus pes dexter inferius vere eſſet anſerinus.

§. 121.

Infans ſine pedibus & brachiis.

Anno 1655. vidit Jobus a Meckren puerum octo vel novem ſeptimanarum, pedibus brachiisque privatum, cujus mater triginta octo annorum liberos plurimos ſaniſſimos antea pepererat. Monſtri vero hujus cauſa erat, quod filium tredecim annorum in prælio navali Anglico brachiis pedibusque orbatum certo ſibi perſuaſiſſet; vixit hic puer ad menſes quinque v. Job. a Meckren *Obſ. med. chir. poſthum. cap. 1. pag. m. 351 ſeq.*

§. 122.

Ipſius capitis defectum annotavit Johannes Baptiſta van Helmont

Capitis defectus.

mont *de Inject. material.* §. *9. fol. m. 367.* Uxor, inquiens, mercatoris cognita nobis, ut audivit quod uno mane decapitarentur tredecim (tempore Ducis Albani contigit Antverpiæ) ſtatuit ſpectare detruncationes. Adſcendit ergo cubiculum familiaris ſibi viduæ, in foro morantis; viſoque ſpectaculo ſtatim illam adorſus eſt dolor parturientis peperitque maturum infantem cruento collo, cujus caput nusquam apparuit. Et *Tract. Nexus ſenſitivæ & mentis* §. *14. fol. 220.* meminit mulieris, quæ cernens Bruxellæ in foro aliquem capite plecti, pariebat fœtum decollatum, cujus caput juxta truncum reperiebatur. Item Franciſcus Mercurius ab Helmont *Obſervat. circa homin.* §. *94. p. 108.* meminit gravidæ, quæ cum decollari quendam vidiſſet, paulo poſt fœtum enixa eſt, cui non tantum deerat caput, ſed plane diſparuit. Mirabilis item eſt relatio de infante nato, cujus mater ſeorſim partu excluſerat caput, & ſeorſim truncum; prægnans enim cum ſtupore in foro malefici cujusdam caput detruncare conſpexerat, uti ex Dygbæo recenſet Petrus Müllerus *Diſput. de Jure Prægnant. cap. 2.* §. *13. p. 15.* vid. etiam G. W. Wedel. *Patholog. dogm. Sect. II. cap. 9. p. 319.* Zittaviæ ante aliquot annos factum, ut faber quidam ferrarius ſecuris manubrio uxorem, per quatuor menſes prægnantem percutiendo, collum quoque ejus contingeret, unde hæc abortivum enitebatur fœtum, cujus caput plane detruncatum ſeu a trunco ſeparatum comparuit, ſecundum relationem Johannis Bohnii in *Colleg. Patholog. de monſtro acephalo.* vid. *M. N. C. Dec. II. An. 9. Obſ. 148. p. 258.*

§. 123.

Cerebri defectus.

De puella ſine cerebro nata hiſtoriam narrat Johannes Jacobus Wepferus *M. N. C. Dec. I. An. 3. Obſ. 129. p. 205 ſeq.* Jacobi Ernii uxor decies feliciter peperit, undecima vice utero gerens, circiter medium geſtationis tempus incidit in ruſticorum, ſtrictis gladiis dimicantium, turbam, viditque unum in capite, undique manante ſanguine, vulneratum, ac ambabus manibus, hoc ſpectaculo valde

valde territa caput perfricuit. Poſtmodum peperit legitimo tempore puellam, non gravioribus nixibus, quam quibus cæteros fœtus edere conſueverat. Puella e clauſtro materno liberata, & communis auræ particeps facta aliquoties vagiit & manus pedesque movit. Obſtetrici cæterisque mulierculis vittam carneam in capite geſtare videbatur; Eodem die ſacro fonte tincta circa duodecimam noctis horam viſus uſuram amittebat. In ſectione occurrebat moles convexa, rubicunda, anfractuoſa, ſimilis fere cerebro jam denudato, adeo ut cerebrum cute capillata & maxima cranii parte ſpoliatum explorationi ſe ſiſteret. In dextro latere, ſeparata membrana tenui, loco cerebri deprehendebatur moles ex plurimis veſiculis, & ne minimum quidem cerebri apparebat: quod etiam in ſiniſtro latere evenit.

§. 124.

Quandoque etiam a matris impreſſione penis defectus annotatur; cum enim Baſileæ barbitonſoris cujusdam ædes incendium paterentur, ejusque uxor gravida expergefacta præ terrore induſium induere oblita, nuda prorumperet, a famulo nuditatis admonita, illico manum pudendo præpoſuit: poſtmodum puellum, membro genitali, non vero teſtibus carentem enixa eſt, qui paucos annos ſupervixit. vid. Caſpar. Bauhin. *de Hermaphrodit. Lib. I. cap. 4. pag. 40.* Plura de penis a nativitate defectu exempla *in Spermatolog. noſtr. cap. 3. §. 20. p. 117.* reperiuntur. *Penis defectus.*

§. 125.

Pariſiis in noſocomio ſtultus ad annum usque vigeſimum vixiſſe perhibetur, cui oſſa brachiorum, crurum aliarumque partium a nativitate fuerant diſrupta, non aliam ob cauſam, quam quia mater ipſius prægnans non ſine terrore conſpexerat malefico cuidam oſſa a carnifice publice confringi. vid. Joh. Muys *Prax. med. chirurg. rational. Dec. III. Obſ. 1. p. m. 103.* Femina quædam gravida, cum quadam die vicini ſui infantulum ex alto quodam muro in terram corruere videret, ſupra modum perterrefacta at- *Oſſa diſfracta.*

que commota fuit, nihil aliud ſibi perſuadens, quam infantulum iſtum omnia ſua confregiſſe membra: & aut in ipſo caſu, aut paulo poſt vitæ ſuæ finem facturum: cum tamen ne minimam læſionem ex caſu iſto receperit. Manſit gravida in iſtis anguſtiis & animi perturbationibus per aliquot ſeptimanas. Tandem vero non absque difficultate fœtum edidit, ſed mortuum, habentem omnia ſua membra veluti confracta & mirum in modum contorta. Sed, quod ſummopere admirandum, indutus fuerat infantulus prænominatus, cum ex alto delaberetur, veſte quadam alba, undique fimbriis rubris adornata, quæ rubræ etiam fimbriæ in fœtu iſto mortuo evidentiſſime apparebant, juxta Guilh. Fabric. Hild. *Reſponſ. ad Mich. Dæring. Oper. fol. m. 900.* Item cum nobilis quædam matrona primo utero geſtaret & ſub initio ſecundi menſis imprægnationis ante crucifixum tranſiret, nec non latronis ad ſiniſtram pendentis crura confracta diſtortaque attente & nimis curioſe inſpiceret, puellam ex dextro crure mirum in modum deformem poſtea procreavit, ſecundum eundem Fabricium *Cent. III. Obſ. 56. fol. m. 240 ſeq.* qui in conſilium vocatus rotulam nullam invenit, crus, quod valde extenuatum & cum altero crure proportionem nullam habuit, coxam verſus retractum fuit, neque extendi potuit &c. Ibidem etiam meminit illuſtris cujusdam gravidæ, quæ cum quadam die crepidis incederet & forte fortuna vacillaret, aliquo modo commota atque perturbata fuit. Puellum poſtea progenuit, cui pes dexter ita diſtortus fuit, ut digiti verſus talum interiorem, totusque vero pes ſuram verſus reflecteretur. Itaque cum incederet, non planta pedis, ſed potius malleolo exteriori ſolum calcabat. Exemplum feminæ, quæ, cum aſſiſteret ſupplicio, quod rota in hominem flagitioſum ſtatuebatur, adeo a ſingulis ictibus facile conſternata fuit, ut filium peperit a prima nativitate fatuum, cujus ſingula oſſa diſtracta erant pariter, ac illius, qui ob flagitia commiſſa dictam pœnam ſuſtinuit, ex autore Scrutinii Veritatis refert Johannes Jacobus Harderus *M. N.*

M. N. C. Dec. II. An. 2. Obſ. 185. p. 402. Aliud exemplum de viribus imaginationis in prægnante annotavit Nicolaus Blegny *Zodiac. med. Gallic. An. 1. menſ. Mart. Obſ. 6. p. 62.* ſcilicet puellam, ſub regimine matris conſtitutam, effrænata licentia eo perduxit, ut viri cujusdam irretita amoribus, in ejus amplexus ruerit, nec ſemel, ſed iterato. Ex condicto loco, quarto aut quinto a primo concubitu die, redeunti occurrit carnificina facinoroſi poſt ſtrangulationem confractis artubus rotæ impoſiti. Non eo momento ſolum terror inductus ab horriferi ſpectaculi aſpectu, ſed & metum incuſſit proprium crimen admiſſum, ac pœnæ a matre expectandæ, a natura digitis in manibus & pedibus deſtituta: Ad hæc animi pathemata, non abortus, ab ejusmodi cauſis induci ſolitus, ſed effectus multo magis prodigioſus conſequutus eſt. Puella enim illa cum legitimo tempore enixa eſſet, conſpectus eſt infans pedibus & manibus aviæ ſuæ perſimilis; oſſibus, qua parte confracta fuerant in nocente dicto, matre præſente, diviſis; cute iisdem locis lacera. Collo autem, extremis brachiis & tibiis vibicum funis quadam ſpecie circumdatis, adeoque conſtrictis, ut quibusdam in locis contuſionis notæ adeſſent, in aliis cutis ipſas ambientis diſruptio, non abſimili fere modo, quo a funibus illis exilibus, quibus furciferorum colla conſtringuntur. Gravidæ, ex familia magna, ad fores ſtanti occurrebat mendica brachium truncatum, quo eleemoſynam extorqueret, oſtendens; illa ſubito conſternata filiam mox peperit, cujus brachii oſſa ad tactum omnino mobilia, vi imaginationis de ſtatu ſano deturbata, maxime ea, quæ manus digitorumque adeo ut non niſi truncatum brachium exhiberent. v. Joh. a Meckren *Obſerv. poſthum. I. p. 347 ſeq.*

§. 126.

Alio quoque modo fœtus jam formati in utero vulnerantur, *Plaga dorſi.* v. g. Francofurti matrona quædam honeſta exploſa bombarda perterrefacta, cum prægnans eſſet, infantulum peperit, plagam in dorſo habentem, non aliter formatam, acſi a glande tormenta-

ria inflicta fuiſſet, juxta Ludovici Hornicæi epiſtolam ad Guilhelmum Fabricium, Hildanam perſcriptam. vid. *hujus Obſ. chirurg. Cent. VI. Obſ. 65. fol. 580.* Johannes Georgius Schenckius in puella octiduana umbilicotenus vulnus manifeſtum, patulum, veluti pugione confoſſum, a prima conformatione, atque ab utero matris congenitum deprehendit. Cauſam hujus inquirens inaudivit, maritum uxorem prægnantem circa initia geſtationis, inter cæteros impetus, etiam gladio minaci ſtricto inſecutum; cujus ictum femina hauſta firmiter imagine apprehendens embryoni eum quoque deinceps ictum, veluti manu ſicarii & ferro formatum, affinxit. vid. Johann Schenck. *Obſ. medicin. Lib. IV. fol. 565.* Femina quædam gravida quatuor ultra menſes templum conſcendit, tumulum, cui oſſa matronæ nobilis inferenda erant, cum mulierculis curioſis aliis viſitatura. Adſtans incidit in ſtatuam Salvatoris crucifixi humi jacentem vulnusque inſculptum lateri & cum ſanguine emanante affabre depictum defixis oculis contemplatur, ut a feminis, quas comites habebat, abſtrahenda eſſet. Puerperium deſtinato tempore inſtat, filium enititur vulnere ſub pectore quaſi ſtudio inflicto conſpicuum, quod ſanguinem lymphatico humore mixtum (*als ein Fleiſchwaſſer*) ſtillabat, elapſis aliquot demum hebdomadibus conſolidato, referente Chriſtiano Ludovico Goeckelio, *M. N. C. Dec. II. An. 6. Obſ. 150. p. 313.* Aliquot exempla ex aliis auctoribus adducit etiam Georgius Fridericus Rallius *de Generation. Animal. Sect. V. §. 22. p. 231.* e.g. vulnus thoraci infantis utero geſtati inflictum, gladio tamen non pueri, ſed prægnantis thoracem vulnerante. Alii fœtui vulnus fronti illatum ab irato patre, matris fronti ſtricto gladio ſolum minitante. Item puer quidam aperto thorace, quod mater virum ſuum vulneratum ibi conſpexerat. Et *p. 230.* ſequentem recenſet hiſtoriam: Uxor lanionis Medioburgenſis, poſtquam mendicum prono capite dorſoque ſuper manus & genua incedentem, eum in modum, ut a tergo nil niſi lumbi, clunes pedesque ad decuſſim

in

inflexi viderentur, aliquoties conſpicata fuiſſet, poſt ſex impræ-gnationis menſes ex præpoſtero lapſu, primo pueri rite formati, poſtea vero monſtri, ad præmemorati mendici formam externam capite ſcilicet & pectore carentis fecit abortum. vid. etiam §. *114.*

§. 127.

Dantur adhuc alii gravidarum phantaſia orta fœtus monſtroſi. v. g. Uxor cujusdam ſcriniarii Caſſellis die quadam dominica ſacram concionem in aula frequentans, unum ex liberis ulnis gerens, alterum manu ducens ad angulum interioris aulæ areæ accellit, liberorum deſiderio quasdam aves ibi videndi ſatisfacere volens, circa illud tempus utero concepit, & poſt ſex ſeptimanarum vel circiter ſpatium abortum paſſa fuit, & fœtum avis capite excluſit: Quod cum Johanni Dolæo ab obſtetrice eadem die renunciatum fuiſſet, ad ſcriniarii ædes ſe contulit, fœtumque ante ſex ſeptimanas nequaquam conceptum, caput aquilinum habentem reperit. vid. *M.N.C. Dec. II. A. 8. Obſ. 132. p. 191.* Pierre Damian, Archeveque de Ravenne, & Cardinal raconte, que Robert Roy de France ayant épouſe une de ſes proches parentes, en ût un fils qui avoit le cot & la tête d'une oye. vid. *Traité des monſtres de Jean Palſyn p. m. 194 ſeq.* vid. etiam Fortun. Licet *de Monſtr. Lib. II. p. 180.* Quindecim circiter a conceptione dies capitis vituli edendi deſiderio tenebatur mulier quædam, humoque appetitum marito communicabat, qui ut uxori quamprimum ſatisfacere ſatagebat; at quamdiu hoc ollæ impoſitum excoquebatur, ideam rei expetitæ tam fortiter animo inſculpebat, ut fœtus cuncta cranii oſſa carne ſpongioſa inveſtita apparerent, quæ anfractus, membranas, quæcunque tandem capitis vituli cuncta forma præ ſe fert, intuentibus exhibebat; Cujus item oris interiora, rugas & circumſcriptiones, quæ in illo animali animadvertuntur, obtinebat, juxta Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gallic. An. 1. Mart. Obſ. 5. p. 61.* vid. etiam Steph. Blancard. *Collect. med. ph. Cent. I. Obſ. 33. p. 61.* Mer-

Caput aquilæ.

anſerin.

vituli.

Caput carpionis. cenaria quædam Pragæ avidè de capite carpionis piſcis comedens, cum objurgaretur, pudore affecta in patinam rejecit ambeſum piſcem; & licet poſtea ad eſum hortaretur, obſtante pudore & doloris acerbitate noluit parere: Surrexit lacrymabunda, triſtis & caput cubito innixa aſſiduo piſcem illum cogitabat. In partu poſtmodum edidit infantulum, cujus caput non prorſus humanum, ſed ex dimidio piſcem referentem viſum; illa nimirum parte, quæ cubito matre innitente fuerat compreſſa, ita ut ipſum quoque os in duo ſemiora, inque partes ori humano & quale carpioni, ſimiles divideretur; quin & color cyaneus & ſquamarum ſimilitudo eidem ineſſet; uti ex Marco Marci recenſet Philippus Jacobus Sachs a Lewenheimb *Schol. in Obſ. 61. M.N.C. Dec. I. An. 2. p. 119.* Pariſiis 1645. die S Benedicti mulier ſexto menſe gravida marem enixa eſt, capite fere piſcis carpionis, quanquam lingua major & reliqua in facie plana. vid. Thom. Bartholin. *Hiſtor. anat.*

caput felinum, *Cent. II. Hiſtor. 44. p. 209.* Lugduni Batavorum 1638. femina vulgaris conditionis prope templum D. Petri enixa eſt fœtum capite felino, cætera elegantem. Monſtri occaſionem matris imaginatio dederat; prægnans enim felem in lecto ſuo cum horrore viderat. Et Amſtelodami 1637. nata in platea vitulina ſutoris uxoris filia capite equino grandi. Ibidem etiam alia ferebatur capite fuil-

equinum, *ſuillum,* lo edita; ſed incerta fama. vid. ibidem Bartholin. *p. 210.* Monſtrum

raninum, facie ranina natum depingit Ambroſius Paræus *Oper. chirurg. Lib. XXIV. cap. 7. fol 555.* hujus ſcilicet mater gravida febre diſſexata, mulierculæ cujusdam conſilio, ranam vivam manus palmæ affixerat, tamdiu detinendam, quoad immoreretur parti; eo habitu in viri amplexus venerat de nocte & conceperat ex viro ſuo Amadæo parvo. Hanc Johannes Bellangerius chirurgus, perſpicaci ingenio vir, monſtroſæ deformitatis fœtus cauſam eſſe arbitrabatur. Eslingæ ante aliquot annos cauponis filia, lanioni nupta & gravida, quia ovem, cujus jugulum maritus inter mactandum cultro punctim feriebat, inſpexerat, ſibique imaginando altius im-

ovinum,

preſſe-

preſſerat, infantem poſtea, capite ovino, edidit, teſte Eberhardo Gockelio *Gallicin. med. pract. Cent. I. Conſil 39. p. 151.* De infante monſtroſo & horribili capite hirſuto, canis vel cati ſimillimo Baſileæ nato, vid. Joh. Georg Schenck. *Hiſtor. Monſtror. pag. 2 & 4.* ubi plura exempla reperies. *caninum.*

§. 128.

Notus fuit Johanni Nicolao Pechlino præclariſſimus vir magnisque eruditionis dotibus inſignis, qui præter ſimiæ vultum, quem ex terrore mater conceperat, minas etiam geſticulationesque, quibus id genus animalis ludere ſolet, ad unguem referebat. v. Pechlin. *Obſerv. phyſ. medic. Lib. III. Obſ. 15. p. 431.* Ante unum vel duos annos, latrunculatoris ſervi (*Steckenknechts*) uxor infantem ſuperiori corporis parte ſimiam referentem (quia ſibi circumforanei cujusdam in foro ludentis ſimiam adhuc dum gravida preſſe imaginabatur) pariendo egeſſit, uti ſcribit Eberhardus Gockelius *l. a. p. 151.* Nobilis quidam alebat ſimiam, quæ joci gratia menſam circumibat. Uxor illius gravida ludens cum ea frequentiſſime, poſt in partu infantem edebat cingulo tenus ſimiam, (quousque ſcilicet circa menſam ſaltans conſpici potuerat) intra vero hominem, miſerum ſpectaculum. vid. Philipp. Salmuth *Obſ. med. Cent. II. Obſ. 16. p. 66.* Mulier quædam quadrimeſtris gravida peperit puellum ſimiæ toga hiſtrionica indutæ omnino ſimilem, quem funambulum conſpexerat, cujus videndi ſummo deſiderio antea tenebatur. Res autem ſic accidit: Mulier ante quadrimeſtre & ſemis prægnans inviſit ſimiam toga hiſtrionica veſtitam, quanquam maritus admodum reniteretur. Bruti iſtius eo habitu donati imago animo tam alte infixa fuit, ut excutere nunquam potuerit, quantum conaretur, adeo ut tempore ſtatuto veram ſimiam pilo & toga hiſtrionica indutam in lucem ediderit. Cucullus & panniculus admodum diſtincte fuerunt obſervati, fubucula rubra fuit, brachia obvolvens, plicis & figura idonea donata fuit. Vultu puer ſimiam omnino retulit, brachia, crura & corporis trun- *Simiæ vultus.* *Simia.*

truncus ſimilia fuerunt brachiis, cruribus & trunco illius bruti: Paucis a ſimia nequaquam diſcrepavit, ſi pilos exceperis, quibus inveſtitus non fuit. Item pollicibus in manibus caruit. vid. Nicol. Blegn. *Zodiac. med. Gallic. An. 4. Mart. Obſ. 19. p. 95 ſeq.* Sic puer duodecim annorum duorum pedum longitudinem vix attingebat, facie ſimiam repræſentabat, vocem articulatam nullam edebat, ſed tantum ſtridorem & cachinnos. Hirſutus valde ad femora. Gravida mater quinque menſium ex cercopithecæ accessu conſternata fuerat. vid. Gerard. Blaſii *Obſervat. anatom. p. m. 123 ſeq.* Quomodo fœtus humanus in utero in ſimiam mutari poſſit, vid. Franc. Bayle *Diſſert phyſic. 3. Art. 7. §. 5. p. m. 122 ſeq.*

§. 119.

Satyrus. Extraordinariam hiſtoriam recenſet etiam modo allegatus Nicolaus de Blegny ibidem *p. 106.* Ante quinquaginta circiter annos, inquiens, Normanni quidam ludicra agentes, comœdias alternis celebrabant. Cum aliquando comœdiam paſtoralem agerent, contigit, ut nobilis, qui domicilium præbuerat, ac ſatyri perſonam repræſentabat, concubitum cum uxore expeteret, quæ nymphæ habitum induerat, ac procul dubio novo illo habitu libidinem in marito excitaverat; imo forte ille ſatyri, quem induerat, paſſionis venereæ œſtrum induxerat: Quicquid vero ſit, peracta comœdia urgente libidine uxorem in locum abditum pertraxit, congreſſum iniit, imprægnavit, genuitque elegantem ſatyrum, quem uxor nono menſe exacto peperit. Refert etiam dictus autor, eundem fœtum in omnibus fuiſſe ſatyro ſimilem, atque in omnibus ſcientiis & virtutibus educatum fuiſſe, in quibus tam inſignes progreſſus fecit, ut cum fratres in partes hæreditatis paternæ ipſum admittere nollent, quod ſcilicet monſtrum eſſet, juxta legem inhabile ſucceſſioni, ipſe pro ſe dixerit cauſamque propriam egerit tam proſpere, ut in partes hæreditarias admiſſus ſit. Scribit etiam Olaus Borrichius *Actor. Hafnienſ. Vol. I. Obſ. 94. p. 183.* chirurgum quendam obſtetricium, Tamponettam, cujus lara-

lararium infantibus variis ex utero materno evulſis, & in ſpiritu Terebinthinæ vitreis vaſculis exceptæ natantibus, venerabili horrore diſtinguebatur, monſtraſſe & ſatyrum humanum, hoc eſt, infantem a ſe extractum, juſtæ quidem magnitudinis, ſed toto corpore hirſutum, deficiente collo, quippe cujus caput intra humeros ſe quodammodo contraxerat.

§. 130.

Canis. De cane ex matris impreſſione genito hanc obſervationem communicat Cornelius Stalpart van der Wiel *Obſervat. rarior. Cent. I. Obſ. 72. p. 309.* Eliſabetha Tombay, obſtetrix, eduxit die 21. Septembris anno 1677. e cujusdam feminæ utero caniculam quandam membranis ſuis cinctam viventemque, ſed pilis carentem, nec non omnibus rite formatis abſolutam membris atque minori digito magnitudine parem. Ipſa autem mulier nihilominus gravida permanſet ac poſt quatuordecim hebdomadas ſanum admodum ac bene natum peperit filium. Hæc autem (quantum ex iis, qui nullo occupato præjudicio Stalpartio rem narrarunt, ipſe intelligere potuit) ita contigere: Maritus homo plebejus, rudis & potui deditus, inſolito plane, inverecundo ac prorſus inhumano modo uxorem, & quidem invitam a tergo ſubinde cognovit, fuſtibus & ferri acie ipſi minitatus, niſi perverſæ veneri obſequi vellet; quin & vel canis procreationi ſe daturum operam, ſceleſtiſſimo dictitabat ore. Quæ deteſtanda dicta, ut & coitus ille verè caninus tam alte & continue hæſerunt animo ejus, ut imaginatrix vis aſſidua abominabilis hujus dicti factique reminiſcentia adeo invaluerit, ut canis hanc tandem fuerit efformata.

§. 131.

Glis. De matrona glirem pariente ſequentia ex Luthero in Geneſin, refert Martinus Weinrichius *Comment. de Ort. monſtr. cap. 17. p. m. 160. b.* Memini, me puero, Iſenaci formoſam & pudicam matronam eniti glirem, quod eo accidit, quia ex vicinis aliquis gliri nolam ſuſpenderat, ad cujus ſonitum reliqui fugarentur; is

mulieri gravidæ occurrit, quæ ignara rei ſubito accurſu & aſpectu gliris ita territa eſt, ut fœtus in utero in beſtiolæ formam degeneraret. Per glirem Lutheri autem nihil aliud intelligendum vult Chriſtianus Franciſcus Paullini, quam murem majorem, quem plebs *eine Ratze oder Ratte* appellat, uti ex aliis autoribus probat *M. N. C. Dec. II. An. 6. App. p. 70.*

§. 132.

Dæmon filiam. Memorabile imprimis eſt, quod Ludovicus Vives ſcribit, Margaritam, Maximiliani Imperatoris filiam, aliquando narraſſe Lamuzœo, homini docto, & Ferdinandi Ungariæ regis oratori: Quemadmodum in Brabantiæ oppido, quod Boſcum Ducis appellant, quum in ſupplicatione publica, quibusdam ex divorum numero conſtituta, nonnulli in ea pompa (ut ex veterum ceremoniarum traditione fieri ſolet) angelorum, alii cacodæmonum ornatu incederent, unus ex iſtis perſonatis, poſtquam diu laſciviſſet, & tripudiaſſet, domum ſtatim, pruritu percitus, excurrens uxorem corripuerit, atque in lectum conjectam velle ſe cacodæmone imprægnare dixerit, quod etiam perfecit. Filium ſiquidem procreavit, infelici genio ſimilem, qui, ſimulac natus eſſet, exſilire ac curſitare cœpit. vid. Phil. Camerar. *Horar. ſubciſ. Cent. I. cap. 54. p. 240.* vid. etiam Martin. Weinrich. *de Monſtr. Part. I. cap. 17. p. m. 160.* Kenelm. Digb. *de Immortalis. Anim. rational. cap. 38. p. m. 425.*

§. 133.

Autores allegati. Poſſent hoc loco alia adhuc infantum, tam a gravidarum matrum impreſſione, quam ab aliis cauſis monſtroſorum exempla referri, quæ tamen benevolus lector, ſi plura deſideret, ex his & aliis autoribus colligat, evolvendo Johann. Georg. Schenck. *Monſtror. Hiſtor.* Fortunii Liceti *Tract. de Monſtris*, quem gallice edidit Jean Palfyn cum additione quorundam monſtrorum recentiorum, vide inſuper Joh. Schenck. *Obſ. medic. Lib. IV. fol. 564 ſeq.* Partuum mon-

monſtroſorum aliquot exempla refert Eberhard Gockelius *Gallicin. medic. practt. Cent. I. Conſ. 39. p. 150.* Thom. Bartholin. *Act. Hafn. Vol. III. Obſ. 59. p. 97 ſeq.* Caſp. Bauhin. *de Hermaphrod. Lib. I. cap. 9. p. 115 ſeq.* Philipp. Camerar. *Hor. ſubciſiv. Cent. I. cap. 54. pag. 238 ſeq. Cent. II. cap. 67. p. 275 ſeq.* Simon. Majol. *Dier. canicular. Part. I. Coll. 2. f. 35. & Part. II. Colloqu. 4. fol. m. 523.* Monſtrum anno 1654. repertum humanis ſeptem capitibus diſſimilibus conſtabat, quorum medium præſtabat cæteris, uno oculo & facultate videndi in ipſa fronte ſuper nares donatum; reliqua capita ſuis quoque oculis prædita erant, ſed ſine omni videndi uſu. Solum caput medium per os cibos capiebat. Septem capitibus reſpondebant ſeptem brachia, ſeptemque manus, quæ ſuum ſingula peragebant officium &c. v. Ant. Deuſing. *de Fœt. Muſſipont. p. 20.*

§. 134.

Brutorum imaginatio. Labia leporina in porcellis.

Non autem hominum tantum, ſed brutorum quoque feminæ prægnantes imaginatione varios nævos atque præternaturales fœtuum conformationes producere poſſunt. De labiis enim leporinis in porcellis ſequentia refert Petrus Rommelius *M. N. C. Dec. II. An. 4. Obſ. 84. p. 169.* Nemo eſt, qui ignoret, quantum imaginatio in hominibus ſanis & morboſis, præprimis etiam in gravidis valeat, licet modus, quomodo id fiat, plurimos lateat, fereque omnes adhuc torqueat & ſolicitos habeat: Non minus tamen mirandum videri poſſet, imaginationem talia etiam in brutis (quibus nonnulli etiam mentem & rationem, non omnino brute, tribuunt) efficere poſſe. Præterita æſtate civis Ulmenſis ſcrofæ aliquot porcellos, ore leporino ſive bifurcato labio notatos, enixa eſt; quos, quia ob hanc cauſam ſugere atque ita nutriri non potuerunt, in præterfluentem Danubium abjicere neceſſarium fuit. Cauſam monſtroſæ hujus efformationis porcæ dominus aliique, rei pecuariæ gnari, dixerunt fuiſſe imaginationem & terrorem, quo porca prægnans, in agris & campis paſcens, a lepore, de improviſo ex latibulo ſurgente fugaque ſe proripiente, per-

Lepores cum roſtro ſuillo.

terrefacta fuit. Econtra in Weſtphalia non ita pridem lepores cum roſtro ſuillo, ex eodem phantaſiæ errore, fuiſſe natos refert Chriſtianus Franciſcus Paullini *Lagograph. curioſ. Sect. I. cap. 3. p. 114.* Quo loco etiam refert, Meinhartum a Lüchtringen, monachum Corbejæ Saxonicæ ad annum 1212. porcellos cum auribus leporinis nobis ſiſtere addit. Ex Alexandro de inſula Monachorum Corbejæ Saxonicæ de monſtro caprino hæc refert idem Paullini *M. N. C. Dec. II. An. 4. App. p. 209.* Anno 1185. parentis mei molitor in uno ſtabulo alebat aſinos caprasque ſuas, e quibus una hædulum cum capella enixa eſt. Hæc nigerrima erat, auribus plane aſininis, quas robuſta armabant cornua; cauda prolixa & aſinina: cætera matri ſuæ ſimilia. Et anno 1174. agnus in monte Jacobi natus eſt auribus leporinis. De porcello monſtroſo & deformi capite, vid. Joh. Helwig. *Obſ. 7. p. 20.* de monſtro porcino elephantis quandam formam ſiſtente obſervationem communicat Andreas Cleyerus *M. N. C. Cent. II. An. 8. Obſ. 22. p. 70.* Evolvatur etiam Joh. Georgii Schenckii *Hiſtor. monſtror.* Licetus & Palfyn ſupra allegati. In pago quodam, non procul a patria mea Hayna, diſtante, nomine Walda, anno 1682. apud præfectum illius loci, gravida quædam ſus ſeptem ediderat porcellos, quorum tres in ſtatu erant naturali, quatuor vero proboſcidem quaſi elephantinam (uti in modo allegata Cleyeri obſervatione depictam videmus,) a fronte incipientem ultraque os propendentem habebant. Quam monſtroſam figuram tunc temporis ipſe præfectus a gravidæ ſuis impreſſione non immerito derivabat, ſiquidem ancilla quædam ruſtica, quæ ſuibus ordinarie pabulum exhibere ſolebat, tempore conceptionis & graviditatis dictæ ſuis, ob commiſſum aliquod delictum, certum inſtrumentum ligneum, cui ferrum incurvatum cum appenſa circa extremitatem nola erat infixum, (*eine Fiedel* dicebant) loco pœnæ per longum tempus ſpatium circa collum geſtarat hacque occaſione ſuis phantaſiam depravarat. Quod aliquando etiam accidit in equis: Anno enim Domini 1254. Ve-

porcelli cum auribus leporinis.

Obſervatio.

ronæ

ronæ equa pullum equinum peperit, cætera quidem equum, ſed humana plane facie. vid. Ambroſ. Paræi *Oper. Lib. XXIV. cap. 1. fol. 541.* & Georg. Simon. Winter. *de Re equar. Part. II. cap. 16. fol. 102.* quo loco etiam alium pullum equinum, pedibus anterioribus inverſis, anno 1623. in monaſterio Sulz, ditionis Marchio-Brandenburgicæ editum depingit, cujus effigies in anticamera (ut ajunt) ſereniſſimi Principis Alberti Erneſti Onolsbaci adhuc viſitur.

Equus cum facie humana.

cum pedibus inverſis.

§. 135.

Ex imaginatione quoque animalium accidere ſolet, quod ſæpius longe alterius coloris, quam ipſa per ſe habent, fœtus excludere ſoleant; unde etiam equorum magiſtri, ubi equos coloris varii, ex nigro albicantis, exoptant, caballum ad aliquot dies in ſtabulo detinent, cujus parietes calce incruſtati variis locis denigrati, nullam ſic admittunt lucem, niſi quam candela ſuſpenſa præbet. Hinc ex obſcuro ejusmodi loco equum, quem imprægnare equam deſiderat, in lucidum producit. Hic equus clauſis oculis, dum congreditur, non niſi variegata obverſari ſibi perſuadens fœtum variegatum generari efficit, juxta Jobi a Meckren *Obſ. med. chirurg. poſthum. I. p. 353.* Vel ſecundum verba Thomæ Bartholini *Hiſtor. anatom. Cent. VI. Hiſt. 61. pag. 297.* mulomedici variis pro lubitu coloribus tabellam depictam ante oculos equarum detinent, quando ab equis ineuntur, ut tali pilo hinnulos edant, qualem quisque deſideraverit. Ita & præcipit Conſtantinus Cæſar, ut aſinus inſiliens aut equus, aut aliquod animal aliud, tali amiciatur ſtragulo, quali fœtum volumus naſci colore tinctum: ſiquidem qualis fuerit color operimenti, quo tegitur admiſſum animal, talis futurus eſt partus. Johannes Baptiſta Porta *Magiæ natural. Lib. II. p. m. 90.* ita inquit: Equi ſi vis varii naſcantur, prævalet hoc, idque utplurimum obſervant, qui ejusmodi curam habent, & ad coitum equas admittunt, ut equilia, ubi coitum explent, tapetis & variis pannis depictis coloribus exornent, unde diſcolores equos ſcutulatos, ſpadiceos diverſeque co-

Equorum color.

loratos efficiunt. Docet quoque Abſyrtus, equam colore aliquo contegas, qualem futuram pullulationem vis referre, ſiquidem qualem veſtitu colorem ipſi mentiuntur, in talem enata progenies degenerabit, nam conſcendens equus in coitu, colorum ſpectaculo detinetur, quod oculis obverſabitur, & talem dabit fœturam, ut tergoris diverſitas maculis evariet, totidemque viſuntur colores, quot in exemplo fuere, plurimumque emaculato blandiuntur colore. Quandoque etiam equorum magiſtri in equarum grege generoſos objiciunt equos viſibus concipientium, quo ſimiles eorum concipere ac creare poſſint, uti ſcribit Zacutus Luſitanus *de Medicor. princip. Hiſtor. Lib. III. Hiſt. 12. fol. m. 487.*

§. 136.

Ovium. De dolo Jacobeo ſeu de Jacobi artificio ope baculorum in aqualiculis ante oculos gregum poſitorum, pecudes diſcolores generandi ſcribit Porta *l. a.* Jacobus virgulta ac perticas populneas, amygdalinas, quæve facile corticibus ſpoliari poſſunt, edolatas corticibus interceptas, circulis redimitas & ſinuatas, uti colubros, albo nigrove interſtinctas colore, in canalibus juxta aquas, in paſcuis & præſepibus fixit: ubi grex ovilli pecoris ſtabulabantur, ut coitum ineundo & oculos circumſtrando nil niſi virgas aſpicerent, ut quos darent fœtus, diverſe colorati & paſſim candida vellera pullis infuſcarentur maculis, non injucundum viſum. vid. *Geneſ. cap. 3. verſ. 37.* Et juxta Sim. Majol. *Dier. Canicul. Coll. 3. f. 42.* quin Jacob cum Laban convenerat, ut oves variæ & maculoſæ cederent ſibi in mercedem, populeas virgas & amygdalinas, aut e platanis, detractis ex parte corticibus, ponebat in canalibus, quare potantes oves ibique coeuntes conſpectis varii coloris virgis maculoſos quoque fœtus concipiebant.

§. 137.

Columbarum. Idem etiam de columbis affirmat Zacutus *l. a.* illos ſcilicet, qui artem paſtoritiam exercent columbarumque ſunt ingenui dilecto-

lectores, ponere pulcherrimas columbas iisdem in locis, quibus illæ verſantur, quo videlicet rapiente viſu ſimiles generent. Et ſi vis, columbæ depictæ naſcantur, ſecundum Joh. Bapt. Port. *l. a. p. 91.* modo uteris, qui ab Oppiano docetur. Tempore quo uxores oſcula maritis miſcent, & veneris deſiderio moventur, columbarius pulcherrimas varias, præſertim purpureas veſtes, in conſpectum earum exponat, quibus illæ delectatæ pullos etiam ejusdem coloris edunt.

Hæc eadem peragit, novit quoque callidus auceps,
Cui volucres curæ ſunt, & lætalis arundo,
Atque columbarum pullos hac arte figurant,
Stragula flammeolis oculis rubrosque tapetes,
Et veſtes oſtro perfuſas objicit auceps,
Sicque oculos paſcens animos eludit amantes,
Et pullos edit rubeo diſcrimine miſto.

Ibidem etiam dictus Porta de modo, quo pavones albi & canes villoſi ac jubati inſtar leonum fiant, pluribus agit, totam tamen operationem animalium impreſſioni adſcribit. De pavonibus ita ſcribit: Erant olim Coloniæ pavones albi tam rari, ut tanquam rem raram admirarentur, poſtea vero frequentiores ibi facti ſunt, a mercatoribus e Norwegia: nam quum ſpectaculi cauſa nigri vel varii pavones in regionem iſtam invecti eſſent, omnes albi effecti ſunt; quippe cum mares in ipſo aere ova incubarent, nivoſaque illa montium juga perpetuo ob oculos viderent, ex ovis jam animatis albos pullos excluſerunt. Idem etiam de omnibus avibus faciendum ſuadet. Nam aviaria vel caveas, quibus concluduntur, eorumque cubilia tectorio inalbentur oportet, vel albis linteis & velaminibus protegantur, vel exiguis cancellis præpediantur, quo minus ex iis locis fugiant, quum coitum ineunt excubant ovaque fovent, ſic albicantem dabunt ſobolem. Et Johannes Fernelius *Phyſiolog. Lib. VII. cap. 12. p. m. 189.* Si pavo, dum ovis ſuis incubat, linteis albis circumtegatur, albos omnino pullos,

pullos, non gemmantis coloris edet, quemadmodum etiam gallina colore varios emittet, ſi picta ova foveat.

§. 138.

Imaginatio quomodo operetur.

Quamvis autem plerique etiam recenſitorum autorum dictos nævos aliosque naturæ in formandis fœtibus errores imaginationis in gravidis luſui adſcribant, qua tamen ratione ea, quæ prægnantes externe tantum tangunt & ſuperficialiter afficiunt, vel earundem oculos ex improviſo incurrunt, vel ſolo etiam ſono earundem aures penetrant, nihilominus in tenelli atque materno utero adhuc incluſi embryonis cute atque partibus ſive membris, tam internis, quam externis, tantam alterationem & mutationem, nonnunquam etiam membrorum privationem cauſentur, mea quidem ſententia nondum adeo clarum ſatisque perſpicuum eſt, neque etiam fortaſſe in poſterum, ad omnium conſenſum ſufficienter explicabitur. Cum vero in tractatibus a me editis, &, Deo volente, adhuc edendis, benevolo lectori collectanea tantum mea communicem, liceat etiam hoc loco quorundam autorum ſententias & verba annectere, vel tantummodo autores allegare, ex quibus optimam ſibique veriſimillimam quilibet eligere velit.

§. 139.

Sententiæ autorum: Kircheri.

De hac imaginationis vi, ſtigmata & nævos tanquam notis infantibus imprimendi, ita philoſophatur Athanaſius Kircherus *in Art. magn. de Luc. & Umbr. Lib. X. P. II. cap. 2.* Imaginatio eſt vis quædam in organo corporeo, unde ad ſpeciem imaginatam mutatur ſpiritus corporeus, in quo vis formativa formatur, quæ operatur in ſemine, ideo ſubinde mutatio fit in prole propter imaginationem parentis. Tanta certe vis eſt ſpiritus plaſtici, ut ex vehementi imaginatione mirabiles producantur formæ, hinc tot ſtigmata, nævi & characteriſmi fructuum, vini rubri, carnium, animalium, in fœtu impreſſa reſultant. Quædam ſi in faciem, vel in ſinum prægnantis vel ceraſum, vel fragum, vel vinum projiciant,

jiciant, vel infundant, & mulier gravida ægre id tulerit, tunc rei nota in fœtu impreſſa depictaque ſpectabitur. Idem accidit, ſi felis aut mus inopinato mulierem gravidam inſilierit, confeſtim nota fœtui imprimetur, rei ſpecie radiante per phantaſiam; ſpirituumque ope in loco fœtus tactui correſpondente devecta, niſi forſan mulier membrum ab animali contactum illico manu abſtergat, eandemque manum alteri corporis parti abditæ admoveat: Et ut idem Kircherus *l. a.* pergit: Pictrix phantaſia eſt in nævis producendis, penicillus eſt ſpiritus corporeus: colores, ſpecies ex phantaſia radiantes: tela, corpus infantis tenerum: prototypon corporis infantilis corpus maternum, cujus partes cum partibus infantis ſingularem habent conſenſum. vid. Phil. Jacob. Sachſ. a Lewenh. *Schol. in Obſ. 135. M. N. C. Dec. I. An. 1. p. 300 ſeq.* Ad quæſtionem: An imaginatio potentiam ſeminis effigiemque conceptus mutare valeat? utique ſeu affirmative reſpondet. Hermannus Frid. Teichmeyer *Inſtit. med. legal. cap. 6. pag. 45.* hoc enim variis probari argumentis poteſt, v. g. in poſthumis major ſemper ſimilitudo obſervatur, quam in aliis liberis, ob continuo ante oculos verſantem patris defuncti ideam. 2) Nævi etiam materni ab impreſſione ideali, vel objecto quodam terrifico pendentes, id ipſum probant. 3) Imaginationis vis, etiam in brutis probari poteſt ex ovibus Jacobi in ſacris, 4) Mira & fere incredibilis imaginationis gravidarum potentia elucet ex hiſtoria quadam, ubi mater a viſa decollatione paulo poſt partum edidit capite truncatum. vid. Georg. Wolffg. Wedel. *Pathol. dogmat. Sect. II. cap. 9. pag. 339.*

§. 140.

Juxta Joh. Bapt. Portæ *Mag. natural. Lib. II. cap. 19. p. m. 89.* gerentes uterum mulieres, quando vehementiſſime cupiunt, vehementerque excogitant, ſpiritus immutant interiores, & in his excogitatæ rei pinguntur imagines, ii ſanguinem movent, unde in molliſſima fœtus materia rei imaginem exprimunt; Sic par- Porta.

Sennerti. tus in perpetuum maculis variisque notis inficiunt, nisi desiderio refricato quiescunt. Daniel Sennertus *Tract. de Chymic. cum Aristotelic. Consens. cap. 14. p. 237.* inquit: quomodo ad fœtus immutationem faciat imaginatio, ita obscurum est ut omnes doctissimi viri in causa reddenda hic hæreant. Hoc certum est, imaginationem per se, immediate atque per simplicem imaginationis actum, fœtum non immutare, cum sit potentia cognoscens atque immanens; & quantitatis, figuræ, numeri, situs colorisque caussa proxima sit facultas conformatrix. Neque etiam a specie phantastica fœtus immutatur; cum ea per se nullam qualitatem realem producere possit, nec ullam vim habeat, nisi movendi potentiam imaginandi eique repræsentandi objectum suum. Et si species phantastica eam vim haberet, multo plures mutationes in fœtibus acciderent: & imprimis melancholicæ mulieres & quæ de rebus aliquibus habent intensas cogitationes, fœtum mutarent; quod tamen non accidit. Vero magis consentaneum est, fœtum immutari ab imaginatione vel mediantibus animi affectibus per humorum & spirituum motum, vel dirigendo facultatem conformatricem. Mutationes & læsiones, quæ in fœtu accidunt, sunt duplices, communes & determinatæ. Communes ut abortus, mors, partis alicujus parvitas vel magnitudo, determinatæ sunt eæ mutationes & signaturæ, quæ cum re aliqua externa determinatam habent similitudinem, v. g. cum cerasis &c. Priores contingere possunt a phantasia, mediantibus animi pathematis & motu humorum ac spirituum, non autem posteriores, notæ scilicet ac signaturæ &c.

§. 141.

Harderi. Juxta Johannis Jacobi Harderi verba sciendum est, maximam esse femellarum cum fœtibus, quos in utero detinent, consensionem, adeo quidem, ut hi illis intime compatiantur, eoque facilius noxam accipiant, quo cum cerebri ipsorum, tum singularum partium fibrillæ teneriores sunt, neque ejusmodi impetus

suf-

ſufferre vel iis reſiſtere poſſint. Abſurditatis heic, ſed temere accuſatur a Galeni filiis, ſi infantes matrum intelligere ſuſpiria, audire ejulatus, videre afflictiones, vel vulnera perpeti dixero, cum tamen inficias ire nequeam, iisdem, quibus illas, animi pathematibus affici, & unionem hanc quam maxime neceſſariam eſſe, pro tenera ipſorum vita ſuſtentanda: unde etiam admiranda fuit naturæ atque hujus autoris providentia, qua utrique harum, cum ſanguinis pro aura vitali, tum ſpirituum pro ſenſu & motu influxum communem eſſe juſſit, ita quidem ut ex eodem liquore vitali, quem vaſa matris placentæ ſuppeditarunt, & particulæ nutritiæ partibus ſingulis apponerentur, & ſpiritus nitro-aereus, per delicatos cerebri poros ſecerneretur. Qui deinceps ex filamentis exiguis in nervos per ſui propagines, verſus ſingulas corpuſculi partes protenſas, pergeret, munia hic illic legitima obituras. Quodſi ergo ex matris vitioſa imaginatione, quæ varie utcunque ſuccreſcit, nunc ab externis, motum vehementiorem plerumque concitantibus, nunc ab internis, recordatione pertinaci eorum, quæ aliquando vidimus, ſpiritus impetuoſe motitentur, ob recitatam partium teneritudinem generationis negotium facillime confunditur, ut fœtus monſtroſus, vel maſſa omnino deformis poſtmodum procudantur. vid. Jac. Harder. *Apiar. Obſ. 92. p. 344 ſq.*

§. 142.

Ad quæſtionem, quomodo imaginatio in gravidis agat? ita reſpondet Johannes Dolæus. Quanta vi agat matris imaginatio in fœtum, innumeris conſtat exemplis & quotidiana experientia confirmat, objectorum externorum a matre perceptorum imaginem tenellis embryonum corporibus imprimi; unumquodque ſiquidem objecti externi punctum lucis radiis a ſe reflexis in oppoſitum oculi punctum agit; iique ad retinam usque penetrantes ſingulas ipſius fibrillas, quibus applicantur, concutiunt, ſpiritusque animales in iis contentos in motum concitant. Quum autem ex univerſis objecti punctis proficiſcantur radii lucis, omnes *Dolæus.*

retinæ fibrillæ motum, quem ſpiritibus communicant, ab ipſis mutuantur, & veram hac ratione objecti imaginem, quæ in retina depingi dicitur, ſuſcipiunt: motus vero ſpirituum animalium, ad cerebrum usque pertranſiens, iis, qui ipſum incolunt, communicatur. Quoniam enim objectum vel terrorem mulieri incutit, vel validum, ipſum poſſidendi, deſiderium in ea creat, inde fit, ut ſpiritus facilius in motum eumque rapidiorem cieantur. Illi enim, qui per nervos ad uterum tendentes, in partem iſtam accurrunt, copioſioresque in eam affluunt, penetrata ipſius ſubſtantia, fœtum, quocum intimum illi adeſt commercium, attingunt: & molliuſculam ejus texturam ſubingreſſi fibras, quas ſubeunt, agitant & juxta peculiarem illum motum, quem in cerebro adoptarunt, eas diſponunt, ſimilemque iis conciliant ordinem, illi, quem obtinebant partes corporis, quod talem determinatum motum in retinæ fibrillis produxit. Quod vero videamus partis hujuſce, quam mater cum terrore aut commiſeratione conſpexerit, ſignum in ſimili fœtus parte imprimi, vel rei a matre flagrante deſiderio fruſtra expetitæ effigiem pari in fœtus parte, quam mater in proprio corpore contigerit, repræſentari; id evenire videtur ex eo, quod ſpiritus animales ita determinentur a ſpeciali ipſo motu ipſis in cerebro impreſſo, ut fibrarum partium illarum, quarum ſimilium occaſione motum hunc concepere, poris tantummodo adaptari queant, in iisque vim ſuam exercere valeant. vid. *M. N. C. Dec. II. An. 8. Obſ. 132. p. 290.* quo loco tamen non ſemper requiri addit, ut imaginatio vehementius ab objecto commoveatur.

§. 143.

Wedelii. Imaginatio & animi pathemata nullibi magis morbos producunt, quam in gravidis, inquit Georgius Wolffgangus Wedelius *Patholog. med. dogmat. Sect. II. cap. 9. p. 318 ſeq.* ita pergens: Rationes plures hujus rei paſſim notavit Helmontius, ſatis vero nobis laudat, archeum accurate intentum fœtus fabricæ; ipſe hic diviſas quaſi operas tunc habet, partim matris corpori, partim fœtus inten-

intentus. Quando ergo turbatur in opere ſubtiliſſimo occupatus eo præſentius id fit. Ab ira, a terrore toto die fiunt abortus. A conceptis his ideis diverſis, cum terrore junctis, ſigillantur in fœtum conſimiles effectus, unde naſcuntur nævi diverſiſſimi, imo ſtupenda hinc inde notata ab autoribus. Utut enim a ſola quoque phantaſia fortiori conceptus tales effingi & produci poſſint, utplurimum tamen terror conjunctus eſt. Omnia hæc a ſpiritibus, qui actionum omnium ſunt præſides in corpore, derivantur optime & unice, eorum tamen vis & in hoc vix poteſt ſatis concipi & exprimi, quomodo e. g. viſa a matre decollatione hinc paulo poſt infans naſci potuerit truncato itidem capite. v. etiam Wedel. *Libr. de Morb. Infant. cap. 3. p. 8 ſeq.*

§. 144.

Sic Theodorus Craan *Oeconom. animal. Part. II. Queſt. 39. p.* Craanii.
177. ad quæſtionem: quomodo imagines rerum in gravidis tranſeant ad fœtum, & cur non ipſi matri, ſed tantummodo præciſe iſti parti fœtus imprimantur, quam mater tetigit in proprio ſuo corpore? ita reſpondet: Hujus difficillimi problematis cauſam reddere hoc opus, hic labor eſt. Poterimus tamen hanc rem quodammodo adumbrare, ſi cogitemus, quod totum noſtrum corpus ſit perſpirabile, ita ut radiationes ſpirituum undiquaque admittat. Si igitur jam gravida magno teneatur deſiderio alicujus fructus, vel etiam ſummo terrore percutiatur, facile intelligimus, animam hisce unice eſſe intentam, & haſce imagines fructuum ita conjungere cum ſpiritibus per totum corpus diffuſis adeoque & ipſum uterum pervadentibus, ut illæ imagines nullo negotio imprimi poſſint tenello corpuſculo fœtus intra contenti. Obſervamus etiam, haſce figurarum ſignaturas non niſi geſtationis menſibus fœtui communicari a matre: ratio autem cur in corpore matris non ſequatur idem effectus, hæc eſt, quia illud eſt nimis ſolidum & durum, adeoque inſtar terræ exſiccatæ ſigillum reſpuit, cujus tamen impreſſionem facile recipit molle fœtus corpuſcu-

lum, quod inſtar ceræ mollioris flecti poteſt. Cur autem illa imago præciſe imprimatur illi fœtus parti, quam mater in ſuo proprio corpore tetigit, ratio hæc eſt, quod anima eo tempore nullius amplius motus eſt conſcia, quam tantummodo illius, quo mater certam ſui corporis partem contrectavit, unde etiam huic unice inhærens ei junxit illam imaginem hujus vel illius fructus ardenter deſiderati, vel animalis cujusdam abominati. Sed cum hæc ſpirituum determinatio ad hanc partem matris radiavit ad ipſum uterum, factum eſt, ut etiam tenderet ad ſimile membrum fœtus, eique ſuam imaginem imprimeret. v. etiam ejusdem **Theod. Craanen** *Tract. de Homin. cap. 151. p. m. 751 ſeq.*

§. 145.

Lentilii. Ut mentem ſuam aperiat Roſinus Lentilius, primo ſupponit, animalium omnium quædam germina in primæva creatione a ſummo conditore condita in auris vagari, cum aere per reſpirationem corporibus animalium communicari, in feminarum teſticulos illabi, ſed in nullis niſi ſuæ ſpeciei hærere, radicari ibidemque vegetari, & ovula ceu id, quod in ovo gallinaceo fecundo germen vocamus, adglutinari; 2) omnia membrorum ſtamina jamjam actu ſecundo iſtis germinibus, ac ita quidem ineſſe, ut Deus jam in primæva creatione ſexus differentiam illis impreſſerit. 3) in homine præter rationalem illam immaterialem, etiam eſſe ſenſitivam animam corpori coextenſam. 4) Matris animam ſenſitivam in germina per coitum virilem fecundata perpetuari, hæcque in uterum deferri illic perficienda. 5) adeoque inter binas haſce animas, matris ſcilicet & fœtus tenelli, eſſe intimam conſenſionem & compaſſionem per experimentorum centurias demonſtrabilem. 6) a terrore ſubitaneo percelli animam ſenſitivam matris. 7) idque pathema illico animæ ſenſitivæ fœtus communicari, 8) & in hoc tenello rei externæ, quam mater expaverat, ideam exprimi. 9) quod non æque fit in corpore matris, quod hoc

hoc jam ſit firmius & robuſtius, fœtus autem tenellum; ejusque ſtamina flexibiliora. 10) quod autem in determinata corporis parte fiat, hinc exiſtimat Lentilius procedere, quod, quia matris anima ſenſitiva, quippe, ut dictum, materialis & corpori coextenſa, in hac vel illa determinata parte territa afficiatur, vix aliter eſſe queat, quam fœtus quotidie animam ſenſitivam, ceu ab anima ſenſitiva matris productam, cumque illa perpetuum atque continuum commercium habentem, eadem in parte affici. 11) illiusque, ſcilicet animæ ſenſitivæ fœtus hinc negotium in formando fœtu, in quo unice & ſolertiſſime occupatur, in ea parte perverti, aut pro re nata penitus aboleri. Quæ, quo melius intelligantur, Lentilius ibidem ad aliquot caſus applicat. vid. *M. N. C. Dec. III. An. 2. Obſ. 117. Schol. p. 179. 180.*

§. 146.

Secundum mentem Guſtavi Caſimiri Gahrliep *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 87.* non poſtremum prolis in utero, ut nutriendi & augendi, ſic efformandi officium matri debetur, & quidem præcipue vi imaginativa mentis, phantaſiæ nempe maternæ in fœtum pro lubitu pene agentis. Qua etiam in perfecto fere jam fœtu diverſas operatur quaſi metamorphoſes, addit, detrahit, auget, minuit, figuram, colorem, aliaque accidentia mutat, mutilat, aſtruit, deſtruit, imo annihilat membra, omni procul dubio antea jam efformata & perfecta, &, quod majus, ipſius fere naturæ leges transgreditur & tranſcendit, & ἀδύνατα quaſi patrat, dimenſionem quadantenus penetrationes committendo. Et Johannes de Muralt. *Colleg. Anat. Lect. 12. p. 204.* inquit: *Wann die Frau empfangen hat, ſo arbeiten alle ihre Geiſter in der Bildung der jungen Frucht, ja ſo gar, daß ſie im Anfang offt ſinnlos, ſchwermüthig und verruckt ſind, wann ſie von obern Theilen müſſen entlehnet werden. Dieſe Geiſter werden von allerhand Geſtalten und Einbildungen ſtarck bewegt und erſchrecket, welche Bewegung und Schrecken zuſamt dem eingebildeten in das Cryſtall-lautere Mutter-Eylein eingepræget wird,* und

Gahrliep.

Muralt.

und weil ſolche ſchreckhaffte, oder beliebte Geſtalt ſteiff in den bildenden Geiſtern eingewurtzelt iſt, formiret ſie gleichen Abdruck in der Frucht.

§. 147.

Dobrozenſki. De his effectibus ita ſcribit Arnoldus Bachimius Denſtonius (ſive verus autor, Jacobus Wenceslaus Dobrozenski, de Nigroponte, medicus Pragenſis) *Panſoph. Enchiret. §. 216 ſeq. p. 176 ſeqq.* Imprimuntur ſtigmata infantibus, mediante ſenſitiva anima matris. Nam quando mater v.g. fortiter apprehendit aliquam rem cum deſiderio habendi, ſic anima matris in ſe ipſa phantaſtice formet ſibi figuram rei deſideratæ, ab illa cogitationes non removens, ſimilem phantaſiam in anima infantis ſuſcitat, & quia hæc phantaſia infantis archæum informatione formet & commovet, ab hac liberari ſe ſatagens, illam non poteſt, quamdiu mater ſimili cogitationi inhæret & infantis animæ inſit adhuc brutalis appetitus. Idcirco ſi tum mater in cogitationibus hærens aliquam partem ſui corporis tangat, (nam ex toto corpore matris anima ſenſitiva in uterum radios corporeos emittit, qui membris infantis correſpondent, & proprietates, defectus, aliaque mala membris infantis invehit) in ſimilem corpuſculi ſui partem anima infantuli formam iſtam excutit, & illa ita ſuam phantaſiolam liberat, & corpus unum deſiderii matris portat, ille vero pergit in ſuo opere. Aſt mirabilius illud, quod mulier quædam fœtum grandiuſculum utero gerens, dum ſemel decapitari quendam hominem vidiſſet, valde territa in deliquium cecidit, enixa paulo poſt infantem, cui caput erat abſciſſum, caput autem ex utero non exivit, nec mulier moleſtiam in utero ullam habuit, ſigno certo, quod caput infantis non reſtiterit in utero. O admiranda res! cujus rationem dare difficile. Dicimus tamen, vi noſtræ doctrinæ facile id fieri potuiſſe. Nam cum mulier gerens utero in decapitatione facta a carnifice, fors ſummam habens complacentiam, deſiderium (ſicut prægnantibus nihil novi, abſurdiſſima appetere) accepit aliquod decapitandi

tandi, etiam forte ſui proprii in utero infantis: Quare in tali deſiderio ideam gladii fabricavit, & tangens uterum, quo loco caput infantis erat, manu ideam gladialem collo infantis incuſſit, & caput demeſſuit, ſicuti ſi pyrum deſideraſſet & pyri formam collo appoſuiſſet. Quod vero caput abſciderit, non vero gladii formam expreſſerit, ratio eſt, quia deſiderium erat infantis caput abſcindendi, idcirco gladialis idea non ſolum ad collum, ſed per collum tranſierit. Quod autem caput nullibi repertum, id quoque matris phantaſiæ adſcribi poteſt, quæ caput a ſe decollati infantis nolens reperiri nec noſci, cujus cadaver eſſet, caput in atomos reſolvit, quæ cum lochiis mulieris exiverunt. Cum vero vix ulla mater concipi queat animo tam crudeli in fœtum, ut eum in utero capite truncandi deſiderio capi poſſit? & qualisnam ſit illa ideæ gladii fabrica? Roſinus Lentilius loco paulo ante allegato potius circa hanc obſervationem arbitratur, animam ſenſitivam matris perterrefactæ terrorem ſuum adeo impreſſiſſe animæ ſenſitivæ tenelli fœtus illi parti, qua collum eſt, ut inde ſemet ſubtrahens, dicta fœtus anima ſenſitiva verſus thoracem, caput omne deſeruerit, quod propterea vita & nutritione orbum abſcedere haud aliter coactum fuit, atque ligaturis intercipi ſteatomata, verrucæ aliique id generis tumores, ac inde emarcida decidere. Scipion. Mercur. *della Commare Lib. I. cap. 20. p. 121 ſeq.* edition. German. *p. 215 ſeq.* Quæ tamen Lentilii ſententia pariter ſuas patitur difficultates. Prolixe de hac gravidarum imaginationis efficacia agunt adhuc alii autores v. g. Joh. Nicol. Pechlinus *Obſerv. Phyſ. med. Lib. III. Obſ. 15. p. 426 ſeqq.* Franc. Bayle *Diſſert. Phyſic. pag. 116 ſeqq. 122 ſeq.* Job a Meekren *Obſ. med. poſthum. cap. 1. p. 345 ſeqq.* Caſp. a Reies *Ethſ. jucund. Queſt. Camp. Queſt. 50. p. 620 ſeqq.* Johannes Jacobus Waldſchmid *Epiſtol. I I. ad Joh. Dolæum pag. 47.* ita ſcribit: Eo ipſo, quo ſub prælo ſudat epiſtola ecce! Tuas accipio literas, n quibus quæris, quomodo in gravidis objecti alicujus horridi mago in fœtum tranſire poſſit? & quare gravida, ſi hominem *Wald. ſchmidii.*

parte aliqua mutilatum cum quadam alteratione & pavore intuea-tur, poſtmodum in lucem edat infantem eadem parte mutilum? Cui quæſtioni ut ex parte ſatisfiat, fulcimenta quædam prius po-nenda erunt, cum arduum hoc opus ſaltem adumbrari, & ſubli-mioribus meditationibus facilius attingi, quam verbis explicari poſſit. Itaque obſervandum erit (1) quod fluida imagines rerum facile ſuſcipiant, ſicuti id in hydraulicis, & in aere luminoſo, pau-lo ante ſpeculum exiſtente, videre licet. (2) quod ſtupendum illud flumen animale in noſtro corpore æque certam aliquam ra-diationem & curſus formam, hoc eſt, imaginem, ab objecti & men-tis determinationibus ſuſcipiat, (3) quod in viſione vera objecti imago in fundo oculi depingatur, & quod occaſione hujus ſpiritus animales certam curſus formam nanciſcantur, ipſi imagini, in ocu-lo depictæ, ſimilem. (4) Quod inter motus & alterationes matris & inter infantem in utero contentum adeo arcta ſit connexio, ut hic omnibus vehementioribus animi paſſionibus matris non ſine ſuo periculo ſit expoſitus. E quibus apparet, quod mens ex aſpectu horridi alicujus objecti conquaſſata, & vehementer affli-cta, ſpiritibus animalibus ſimilem jungat imaginem, ſive quod tunc mirabile illud cerebri & nervorum flumen a mente ad ſimilem curſus formam determinetur, atque totum corpus matris cum appendice, hoc eſt, fœtu, fulminis inſtar tranſeat, huicque ob mollitiem & flexibilitatem partium ſimilem imprimat imaginem. Enim vero aliquam adhuc ſupereſſe difficultatem eminus etiam video, de qua forte alibi pluribus. Quænam autem ex his opi-nionibus veritati proxima ſit, ego non inquiram, ſed potius inge-nioſioribus curioſorum animis hujus indaginem relinquam.

§. 148.

Animi vitia ob imagina-tionem.

A tali autem gravidarum imaginatione in embryonibus non modo nævi ſtigmata, mutationes, mutilationes atque privationes membrorum oriuntur, ſed etiam animi errores variæque im-preſſiones, unde in quibusdam interdum magnum variarum re-

rum

rum inſolitarum deſiderium, in aliis econtra inſolitarum averſatio atque faſtidium obſervatur, quorum illud a medicis pica, hoc autem nauſea & antipathia vocari ſolet; de quibus, cum in Chylologiæ noſtræ *Capite II & III.* plurima exempla adduxerim, prolixe hic agere ſuperſedeo. Quo pertinent etiam varii affectus, item virtutes & vitia. v. g. Jacobus Magnæ Britanniæ rex ſtrictum enſem per totos vitæ ſuæ dies averſabatur, ut ad ejusdem adſpectum tantum non obſtupeſceret, quod mater regina per aulicos quosdam, ſtricto enſe miniſtrum quendam ſuum inſectantes, perterrefacta fuiſſet, cum utero gereret, uti ex Digbæo refert Georgius Fridericus Rallius *de Generat. animal. Sect. V. p. 238.* Quibus Guſtavus Caſimirus Gahrliep. *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Obſ. 56. p. 90.* addit characterem cupiditatum maternarum abominabilem fœtui impreſſum, vitiorum, libidinum, malitiæ, furti ſimiliumque deſideriorum in prolem phantaſiæ maternæ vitio transplantatum, cujus tragicum adducit exemplum mulieris, ſupplicium decollationis cum deſiderio & gratiarum actione fortiter ſubeuntis, quo ab appetitu furandi, a quo temperare ſibi nullo modo poterat, tandem liberaretur. Inquit etiam Petrus Müllerus *Diſput. de Jure prægnant. cap. 2. p. 14.* multos furacitatem, quæ matres gravidæ ſe fœdarint, vitæ totius moribus retuliſſe.

§. 149.

Cum proinde gravidæ & quidem, absque dubio, ob ſpirituum, ordinarie ad fœtus formationem non exigua copia concurrentium, inopiam & imbecillitatem, animi affectibus admodum ſint obnoxiæ, non mirum, quod illæ, etiam alioquin ſatis ſanæ, variis & inſolitis, levi data occaſione, corripiantur imaginationibus, poſteaque non modo varios atque monſtroſos edant fœtus, ſed varios etiam ipſis imprimant affectus; ex quibus, intelligere licet, quanta eſſe debeat mulierum prægnantium temperantia, quam moderata victus ratio, quanta animi tranquillitas, ut liberos gignant & mente & corpore ſanos. In quibus rebus cum, juxta *ratio.*

Franciſc. Bayle *Diſſert. phyſ. p. 114.* paſſim mulieres delinquant, imo nonnullæ ſui vix compotes omne genus intemperantiæ ſectentur, & pathematis continuo, quibusdam veluti furiis, agitentur, nec pudori, nec fœtui, quem in utero gerunt, conſulentes, ſubit mirari, cur in humano partu monſtra non ſint frequentiora. Hinc admonet etiam Joannes Ludovicus Vives *de Chriſtian. femin. Lib. II. pag. m. 464 ſeq.* ne interea, dum uterum geſtant, indulgeant crapulæ, ne inebrientur. Multi, quæ a matribus acta ſunt, dum geſtabantur, vitæ totius moribus retulere. Et quatenus imaginationis vires magnæ ac validæ ſunt in humano corpore, matres dum uterum geſtant, dent operam, ne quam admittant vehementem cogitationem deformis rei, turpis, obſcœnæ: pericula item devitent, in quibus fœda aliqua viſu ſpecies poſſit occurrere. Quod ſi eas occaſiones adeant, præcogitent, quicquid poſſit oculis offerri, ne ex inopinata novitate noceat, ſiquid ſubito adſpexerint, unde contrahat noxam fœtus. Hanc Vivis admonitionem ſalubrem eſſe patet, ſecundum Philipp. Camerar. *Horar. ſubciſiv. Cent. I. cap. 54. p. 238.* ex Empedoclis & phyſicorum opinione, qui etiam ſtatuunt, imaginem, quæ animo mulieris in ipſo concipiendi articulo occurrit, tantum habere virium in eum fœtum, qui effigiatur, ut ipſius rei character quaſi impreſſus perpetuo hæreat. Plura de gravidarum diæta ſupra diximus.

§. 150.

cur nævi ſimul cum fructibus floreſcant?

Cur autem nævi ſupra citati variorum fructuum, v. g. ceraſi, mori, pruni, mali punici, &c. figuram referentes uno eodemque veris tempore cum fructibus floreſcant, non ita facile dictu eſt, juxta Cornel. Stalpart van der Wiel *Obſerv. rar. Cent. poſt. Obſ. 36. p. 383.* qui tamen, ne ſymbolam non conferat, ſtatuit eandem hujus rei eſſe cauſam, quæ efficit, ut vina, ſtato anni tempore menſe videlicet Majo, floreſcentibus vitibus, etiam ad fermentationem invitentur, hoc autem præcipue recentioribus, quæque nondum fæcibus purgata, contingit vinis. Hujusmodi autem operatio

juxta

juxta quosdam recentiores a circumgyratione telluris circa ſolem annua dependet, qua certis menſibus quibusdam propior fiat ſtellis, quæ ætherem quendam ad nos transmittendo efficiant, ut ſemina ſuccique nonnulli ad fermentationem concitentur. Eodem autem modo certum ætherem ad nos transferri putandum eſt, quando morus, ceraſus &c. floret, qui nævos, quibus eadem pororum diſpoſitio, quæ fructibus eſt, eodem anni tempore floreſcere facit.

§. 151.

pulchri fa-

In gravidarum etiam imaginatione nonnulli infantum quæ- *tus.*
runt pulchritudinem, ſi nimirum matres prægnantes tempore fœcundi coitus, vel a principio conceptionis, vel per totum geſtationis ſpatium, pulchri & elegantis hominis, hujus vel illius ſexus, imagines depictas, circa torum, vel in cameris & hypocauſtis ſuſpenſas habent, vel etiam ſtatuas vel effigies ex ligno, marmore, gypſo vel cera confectas, ſæpius intuentur, vel etiam ſi cum vivis hominibus pulchris converſantur & amoroſe cum ipſis fabulantur. Sicuti enim ſecundum ſuperius dicta, ex Johannis Baptiſtæ ejusque veſtimenti, item urſorum depictorum eorumque pellium aſpectu fœtus naſcebantur villoſi, cur non etiam ex pulchræ perſonæ ejusve effigiei aſpectu ejusque crebra reminiſcentia idem expectandum erit? Ut itaque mulieres pulchros pariant filios, Johannes Baptiſta Porta *Mag. natural. Lib. II. cap. 20. p. m. 92.* maxime ſalutare eſſe retur, ut in magnatum cubilibus & proſpectu Cupidinis Adonidis & Ganimedis imagines propendeant, vel ex materia parentur ſolida, unde venerem exercentes uxores animo eas verſent, imo fortiſſima imaginatione animus rapiatur, & gravidæ diutius eas contemplentur, ſic partus inde conceptus eam formam imitabitur, quam ipſæ coeuntes & utero gerentes mente conceperint. Id quod non parum prodeſſe ſe ſcire ait dictus Porta, atque exemplo probat. Fabulam de hominis ruſtica uxore recenſet Philippus Camerarius *Horar. ſubciſiv. Cent. I. cap. 54. p.*

238. virum ſcilicet, cum illa eſſet deformi facie, metuentem, ne ſibi conſimiles liberi gignerentur, hoc remedium commentum eſſe, domi imagines egregie formoſas ut collocaret, in easque aſpicere uxorem quam minime conniventibus oculis aſſidue juſſiſſe; Ita de ſe quam pulcherrimam ſobolem propagaſſe. Sic Dionyſium tyrannum, eo quod ipſe deformis eſſet, nec tales habere filios vellet, uxori ſuæ in concubitu formoſam proponere ſolitum fuiſſe picturam, cujus pulchritudinem concupiſcendo quodammodo raperet, & in prolem, quam concipiebat, afficiendo transmitteret, uti ex Auguſtino recenſet Simon Majolus *Dierum canicular. Colloqu. 3. fol. 42.* Huc pertinet etiam lepida hiſtoria Heliodori, de Theagenis Theſſali reguli & Charidiæ regis Æthiopiæ filiæ amoribus, quam mater regina Perſina ex intuitu ſtatuæ Andromedæ elegantiſſimæ, prope torum genialem collocatæ, lacteo colore pulcherrimam, præter morem nigerrimæ gentis, conceperat & peperat, & ob diverſitatem coloris infantem, metu infamiæ, elato partu transportari clam juſſerat. Quæ ſuperatis multis & graviſſimis difficultatibus, tandem compertis certis indiciis & notis, pro filia & hærede agnita & Theageni, ſocio fideli calamitatum & exilii, quem ſincero amore, in maritum elegerat, conjugali vinculo copulata fuit. vid. Phil. Camerar. *Hor. ſubciſ. Cent. I. cap. 54. p.*

Obſervatio. *240.* Sic femina mihi ſat nota, circa graviditatis initium, a marito ſuo puellulum elegantiſſimæ faciei, ex cera artificioſe elaboratum, accipiebat, quem ipſa fixis prius oculis intuita in armariolum, in quo res ſuas frequentioris uſus reponere ſolebat, ita collocabat, ut ſtatim, aperta janua, ipſius oculos incurreret, ſicque talem puellulum dicta femina ſæpiſſime de die, quandoque etiam per longum ſatis temporis ſpatium, attente inſpiceret, tandemque accedente partus hora puerum quoque elegantem, cereoque illi artificiali ſimillimum pareret.

§. 152.

A tali gravidarum imaginatione, ſecundum quorundam autorum

torum ſententiam, dependet etiam externa faciei infantum, ſive filiorum cum patribus & filiarum cum matribus ſimilitudo vel diſſimilitudo. Varias autem varii autores de hac parentum & liberorum ſimilitudine fovent ſententias, quorum alii hujus cauſam quærunt in abundantia vel majori copia ſeminis, ita ut ſi viri ſemen in generatione feminæ ſemen ſuperet, tunc infans patri, econtra vero matri fiat ſimilis. Alii hanc differentiam a dextra vel ſiniſtra uteri parte petunt, quippe quod in dextro uteri latere naſceretur, patri, quod in ſiniſtro, matri ſimile eſſet; alii caſu id fieri, alii ab imaginatione matris, quam tempore conceptionis fovet, hoc evenire ſtatuunt, uti Mercurius Scipio della Commare *Lib. I. cap. 11.* della ſomiglianza, c'hamo i figlioli al padre, ò alla madre, ò ai parenti edalle, cagioni di eſſa. *p. m. 76 ſeq.* refert, qui tamen *pag. 80.* ita pergit: Fra tante opinioni mi piace quella, che il penſiero della donna induce la ſomiglianza della creatura: imperoche ſe la donna con la forte imaginatione e col fiſſo penſiero penſarà ad alcuno ò al proprio marito, ò al parente, ò à qualche altro nell' atto della concettione, al ſicuro quella creatura porterà quella ſomiglianza; e maggiormente, quando affrontaſſe il padre ancora, che concorreſſe nella medeſima imaginatione. A credere veramente queſta opinione mi induce non ſolo il veriſimile, mà la verita iſteſſa. Juxta Michaelis Alberti *Introduct. in univ. medicin. cap. 2. §. 69 ſeq. p. 37.* in negotio generationis requiritur & obſervatur inter animam fœtus & animam matris accuratus conſenſus: diſſentiente enim anima matris, neque conceptio contingit, neque fœtus continetur, ſed iterum per abortum rejicitur. Unde hujus conſenſus per totum actum & tempus geſtationis multa exempla & documenta occurrunt, quo conſenſu nititur diſtinctio fœtus quoad ſexum, mores & numerum, ut exinde rationes ſuppeditari poſſint, cur fœtus aliquando vel corpore, vel animo ſive patri ſive matri aſſimiletur. Ob id in ſexu, ſimilitudine & moribus diſtinguendis multum valet ſub cohabitatione prævalens

Similitudo liberorum cum parentibus.

lens in parentibus major animi intenſio & ad actum illum p
tior, ſenſibilior & intimior attentio. Ad quæſtionem, q
cauſa ſimilitudinis natorum? reſpondet Hermannus Frid
Teichmeyerus *Inſtitut. medicin. legal. cap. 7. Qu. 2. p. 43 ſeq.* d
ſa ſimilitudinis natorum variæ autorum proſtant opiniones
ſententiæ, quarum prima eſt Hippocratis, non ſexum tantu
& ipſam natorum ſimilitudinem a multitudine ſeminis e
rantis fere provenire. Sed cum unica ſeminis virilis guttu
ficiens ſit ad integrum imprægnationis opus abſolvendum
non in quantitate ſeminis hæc vis determinans deliteſcit,
qualitate potius, imprimis elaſticitate, qua partes & ſtami
tus, in ovulo exiſtentia, ſimiliter extenduntur, adeoque ad
ſuæ perfectionem perducuntur. Secunda eſt Galeni arbit
ubi major vis ſit feminis maſculini, fœtum naſci patri ſimi
contra. Sed dubia hæc eſt ſententia, cum ita nullo modo
contingere, ut natus alii perſonæ, quam uni parentum, aſ
retur; quod tamen ipſa experientia, ut falſum refellitur.
dum enim natus avo ſimilis deprehenditur, avunculo quan
aut patruo &c. imo ignota nonnunquam perſonæ. Unde
bile potius ac concludendum videtur, ſimilitudinem & diſ
tudinem ex matris imaginatione, phantaſia, aut impreſſion
cipue dependere. Cæterum omni tempore graviditatis
poteſt imaginatio, nunquam quieſcens: primario vero te
conceptionis, vel proximis ab illa diebus, antequam partiu
mina a ſeminis virilis vi & efficacia fortius jam ſint, explicat
quam efficaciſſime. Poſſe autem imaginationem ſeminis
tiam conceptusque effigiem mutare, idem autor ibidem pr

§. 153.

Similitudinem filiorum ad matres non a materia ſed
ciente oriri, ex mente Hippocratis inquit Regnerus de G
Mulier. Organ. cap. 13. p. 313. Et juxta Joh. Barthol. Adam.
ger. *Inſtitut. medic. Theſ. 15. p. 38.* Similitudo patris ſive ma

filio ſeu filia expreſſa non ab idæiſante genitura, ſed ab idæiſante imaginatione matris dependet, nam ſicut hæc fulmine terroris nævos & varias extraneas ideas tenero fœtus corpuſculo imprimere potis eſt, ita & jaculo amoris vel odii, quo mater proſequitur patrem, uti & ſui ipſius complacentiæ vel displicentiæ, patris, vel ſui ſimilitudinem in, & exprimere in fœtu ſuo potis erit. De quæſtione quibus ex cauſis fiat, ut nati parentibus ſimiles diſſimilesve ſint? agit Joannes Fernelius *Phyſiolog. Lib. VII. cap. 12. p. m. 189 ſq.* cui inter alias ſententias probabilius eſt, vehementi comprehenſione & firma gravidarum cogitatione vim eam, quæ fœtum conformat, duci atque gubernari. Hujus enim, quæ potiſſimum data eſt hominibus, tanta vis eſt & poteſtas, ut ſicuti plerumque corpus cogitantis immutet, ſic & in conceptum vim ſuam conferat. Hoc teſtimonio, quod dum mulieri, qua nuper utero conceperit, vel ceraſum, vel fragum, vel vinum in ſinum effundetur, ſi animo id graviter ferens vehementer apprehendat, ibidem infanti nota inuretur. Par ac ſimilis eſt eorum ratio, quæ in malacia accidunt, ſi gravida eo, cujus flagrat deſiderio, minime potiatur, infans illius ſignum geret. Veterum etiam literis proditum eſt, mulierem albam prolem nigram genuiſſe, hinc duntaxat, quod fixis oculis intentoque animo diu æthiopis imaginem comprehendiſſet. De tali ſimilitudine ita ſcribit Plinius *Hiſt. nat. Lib. VII. cap. 12. fol. m. 109.* In Lepidorum gente tres, intermiſſo ordine, obducto membrana oculo, genitos accepimus: Similes quidem alios avo, & ex geminis quoque alterum patri, alterum matri, annoque poſt genitum, majori ſimilem fuiſſe ut geminum. Quosdam ſibi ſimiles ſemper parere, quosdam viro, quosdam nulli, quosdam feminam patri, marem ſibi. Indubitatum exemplum eſt Nicæi nobilis pyctæ Byzantii geniti, qui adulterio æthiopis nata matre, nihil a cæteris colore differente, ipſe avum regeneravit æthiopem. Similitudinum quidem in mente reputatio eſt, & in qua

credantur multa fortuita pollere viſus, auditus, memoria hauſtæque imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam utriuslibet animum ſubito transvolans, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoque plures in homine, quam in cæteris omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum animique celeritas & ingenii varietas multiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus ſingulisque in ſuo cuique genere. Juxta verba Ariſtotelis *de Hiſtor. animal. Lib. VII. cap. 6. fol. m. 436.* gignuntur læſi ex læſis, claudi ex claudis, & cæci ex cæcis, denique ſimiles ſæpe numero in re, quæ præter naturam comitatur, & ſigna habentes ſibi cognata hæreditaria: ut verrucas, ut nævos, aut cicatrices aut quid aliud generis ejusdem. Jam tale quid vel tertia prole poſt regeneratum eſt, ut cum quidam ſuo in brachio puncti notam haberet, filius non id retulit, ſed nepos ea corporis parte nigritiem quandam habens confuſam prodit. Similes etiam aliqui parentibus aut avis ſuisque majoribus generantur: aliqui ſimilitudinis nihil referunt. Redditur etiam vel poſt plures ejusdem proſapiæ: ut in Sicilia, ejus, quæ adulterium cum æthiope commiſerat, filia non colorem patris æthiopis retulit, ſed qui natus ex hac eſt, is avum æthiopem regeneravit. Feminæ magna ex parte matri, mares patri proveniunt ſimiles, ſed fit etiam e diverſo, ut feminæ patri, mares matri ſimiles procreentur &c. Item *c. 4. fol. 435.* refert idem autor, adulteram quandam geminos peperiſſe, alterum marito, alterum adultero perſimilem. Secundum C. Jul. Solin. *Polyhiſt. ſiv. Collect. Rer. memorab. cap. 4. p. 17.* Proconeſia ancilla e duplici adulterio geminos edidit, utrumque patri ſimilem. Regem quendam, qui paulo antea de æthiope colloquia habuerat, uxori commiſtum eadem mente revolviſſe imaginaria quadam repræſentatione, tametſi tum ipſe, tum uxor albo colore eſſent, æthiopem genuiſſe, ex Galeno recenſet Simon Majolus *Dier. ca-*

nicu-

nicular. Colloqu. 3. fol. m. 42. Huc pertinet etiam exemplum mulieris, quæ abjecto pudore, dum maritus abeſſet, alteri ſe ſubmiſit, infantem edidit non adultero ſimilem, ſed abſentis mariti imaginem prorſus referentem. Cujus cauſam lepide Thomas Morus hoc Epigrammate deſcribit:

Quos ante conjux quatuor
Natos, Sabine, protulit,
Multum ecce diſſimiles tui,
Tuos nec ipſe deputas.
Sed quem tibi puellulum
Enixa jam nuperrime eſt,
Solum tibi ſimillimum
Pro quatuor complecteris.
Adulterinos quatuor
Vocas, repellis, abdicas.
Atqui graves tradunt ſophi,
Quodcunque matres interim
Imaginantur fortiter,
Dum liberis datur opera
Ejus latenter, & notas
Certas & indelebiles
Modoque inexplicabili
In ſemen ipſum congeri.
Quibus receptis intime
Simulque concreſcentibus
A mente matris inſitam
Natus refert imaginem.
Quum tot abeſſes mailibus,
Dum gignit uxor quatuor,
Quod eſſet admodum tui
Secura, diſſimiles parit.
Sed unus omnium hic puer
Tui refert imaginem
Quod mater hunc dum concipit
Sollicita de te plurimum,
Te tota cogitaverat,
Dum pertimeſcit anxia.
Ne tu, Sabine, incommodus
Velutque lupus in fabulam
Supervenires interim.

Uti refert Antonius le Grand *Hiſtor. Natur. Part. VIII. Articul. 2. p. 361 ſeq.* Quid itaque mirum, quod ob talem infantum atque parentum diſſimilitudinem quandoque inter conjuges variæ oriantur rixæ & adulterii ſuſpiciones, quod teſtatur Quintilianus, qui matronam defendit, quæ æthiopem enixa fuerat, quum ejus coloris icunculam haberet in thalamo. Eadem ratione Hippocrates mulierem ſuſpicione adulterii laborantem, quod marito penitus diſſimilem filium procreaſſet, liberavit, quod in cubiculo

picturam ea mulier habebat, cui ſimilem infantem pepererat, vid. Phil. Camerar. *Hor. ſubciſ. Cent. I. cap. 54. p. 238 ſeq.*

§. 154.

Caſus. Huc pertinet etiam caſus & reſponſum de ſimilitudine natorum ad parentes Baldaſſaris Tinæi a *Güldenklee Reſponſ. 56. p. 1089 ſeq.* Femina ſcilicet quædam partum edidit marito ſuo plane diſſimilem, juveni vero cuidam, cum quo familiariter converſabatur, per omnia ſimilem; quæritur ergo an propterea adulterii ſit arguenda? In reſponſione dictus autor cauſas ſimilitudinis & diſſimilitudinis ex variis ſcriptoribus recenſet, v. g. multitudinem & copiam, & in paucitatem ſeu inopiam utriusque parentis genituræ, ita ut ſi viri ſemen ſit ſemine mulieris uberius, juxta Hippocratem, natus patri aſſimiletur; & contra ſi exuberet genitura mulieris, fœtus etiam ipſi ſimilis naſcatur. Alii autores partum ei ſimilem reddi ſtatuunt, cujus vis formatrix in ſemine prævaluerit; alii cauſam ad ſobrem ſeminis motum & vim formatricem, alii ad ſeminis temperiem, variamque permixtionem, nec non ad robur formatricis facultatis, & aſtrologi ad aſtra referunt: Denique Tinæus cum aliis autoribus eandem adſcribit vehementi ac variæ imaginationi inter concipiendum vel in toto formationis tempore, quæ dominatur formatrici naturali ſeminis, imperatque ei eo modo, quo inferiores potentiæ parent ſuperioribus, & ſic imprimitur potius idolum ſeu effigies imagine vehementer comprehenſa, quam paternum idolum in ſemine adſervatum. Hanc ſententiam ſecutus allegatus autor pronunciat, feminam illam, quæ, ſecundum recenſitum caſum, non marito, ſed familiari ſimilem edidit prolem, adulterii ex hoc quidem capite argui non poſſe, cum ſimilitudo individualis non ſemper & ſimpliciter, ex ſemine, ſed quandoque ex imaginatione ſorti mulieris, non tantum tempore coitionis, ſed etiam ex frequenti ac iterata & quotidiana imaginum ſibi ob oculos obverſantium contemplatione effigiem

figiem imagini ſimilem natis imprimat; id quod manifeſtum eſt in poſthumis, qui plerumque patribus magis ſunt ſimiles, quam reliqui liberi, non alia de cauſa, quam quod iterata ac frequentior viduæ matris imaginatio in demortui conjugis contemplatione plurimum ac enixe fixatur ac hæret. Eſt enim imaginatio tantæ efficaciæ, ut ad ſpeciem imaginatam mutetur ſpiritus corporeus, qui ad uterum proveniens, fit veluti facultatis formatricis fundamentum & ſubjectum, qui poſtmodum juxta imaginem imaginativæ impreſſam, fœtum efformat, eo quod ſit majoris efficaciæ, quam ſpiritus genitivus, qui in ſemine paterno præfuerat. Hancque ſententiam ſuam confirmat experientia de muliere alba, quæ fixis oculis æthiopis imaginem conſpiciendo prolem nigram genuit, item de alia, quæ puellam peperit omnino hirſutam, quia imago S. Joannis cilicio induti in conceptus ei obverſabatur; & de ovibus, quibus Jacob, ut gregem ſuum augeret, virgas amygdalinas variis coloribus inciſas apud canales diſpoſuit, ad quos ubi bibendi cauſa oves appellebant coeuntes, illas conſpicerent, & fœtus variorum colorum conciperent. Inſuper novit Timæus feminam honeſtam, quæ utero gerens de induſtria fratrem, quem habebat elegantis formæ ſæpius & intentis oculis contemplabatur, non alia de cauſa, quam ut ſimilem ederet, id quod & factum eſt. Hinc etiam Juriſconſulti ſimilitudinem externam per ſe filiationem neutiquam probare ſtatuunt. Quamvis etiam ſimilitudinem multum urgere & non levem præſumptionem filiationis facere videatur, quod ſcribit Zacchias his verbis: profecto apud me nunquam bene audiret mulier illa, quæ alteri ſimilem, præſertim familiari alicui ac domeſtico vel ſuſpecto viro filium generaret: ignoſcendum tamen eſt homini Italo, qui adeo ſunt ſuſpicaces, ut nec aſpici uxores ab alio patiantur, unde domi plerumque parietibus incluſas, vel in publicum prodeuntes velo tectas curioſe cuſtodiunt. Optimum eſt, ut prolis

Sit ſuo ſimilis patri
Manlio, & facile inſciis
Noſcitetur ab omnibus,
Et pudicitiam ſuæ
Matris indicet ore.

Quanquam & hoc interdum fallat, dum cum alio concumbens mulier metuit, ne maritus vel ſuperveniat, vel factum poſtea reſciſcat & vindicet, unde ob oculos quaſi ipſi verſatur zelotypus; imo quædam adulteræ de induſtria effigiem mariti in perpetuo conſpectu habent, eandemque fortiter ſibi imaginantur, ut marito ſimilem edant partum; adeo dubia ſunt a ſimilitudine quæ petuntur argumenta, ut exinde nec certa filiationis indicia haberi, nec mulier violatæ fidei conjugalis argui poſſit. Hæc Timæus.

§. 155.

de ſimilitudine cum progenitoribus.

De ſimilitudine natorum cum progenitoribus ex matris imaginatione inſuper videatur Levin. Lemn. *de Occult. Natur. miracul. Lib. I. cap. 4. p. m. 14 ſeqq.* Franc. Bayle *Diſſert. phyſic. Art. 7. pag. 114,* Caſp. a Reies *Camp. Elyſ. Quæſt. 54. p. 670 ſeq.* Mich Ettmüller. *Oper. Tom. I. fol. 170. & Tom. II fol. 1075. it. 1607.* de cauſis ſimilitudinis & diſſimilitudinis in fœtu reſpectu parentum vid. Gregor. Horſt. *Oper. medic. Tom. I. Diſſert. 4. fol. 454 ſeq.* Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. Lib. I. Tit. V. Qu. 1. ſq. fol. m. 138 ſeq.* Et *Qu. 4. fol. 146.* quæſtionem tractat, an ſimilitudo conjecturam filiationis facere debeat? ubi reſpondet, ſimilitudinem equidem debere maximam & urgentiſſimam facere præſumptionem filiationis, quia naturaliter inſiti temperamenti convenientiam, quod in ſeminibus reperitur, ſimile non niſi a ſimili generatur, *fol.* tamen *147. n. 13.* judicat idem, quod non ſit ſtandum ſoli ſimilitudini in filiationis probatione, ſed eam cum aliis præſumptionibus etiam levioribus junctam evidentiſſimam facere præſumptionem filiationis vel fraternita-

nitatis &c. Et juxta Herm. Frid. Teichmeyer. *l. a. p. 43.* ſimilitudo quidem filiationem probat veriſimiliter, ſed diſſimilitudo filiationem plane non negat. De quæſtione, utrum infantes, qui patri vel matri ſunt ſimiles, ſint ſpurii an legitimi, prolixe agit Nicolaus Venette *de la Generation de l' homme Part. III. cap. 7. p. 521 ſeq.* quo loco examinat, an imaginatio vera hujus ſimilitudinis cauſa eſſe poſſit? & inter alia *pag. 525.* ex ſententia juris conſultorum ita loquitur: Si la femme penſe vivement à ſon amant, à ſon oncle, ou à ſon grand-pere, lorsqu'elle conçoit, l'enfant, qu'elle engendrera, ſera tout ſemblable à l' une de ces perſonnes. La reſſemblance n'eſt pas une preuve de filiation, ſelon le ſentiment des juris conſultes. L' enfant, qui reſſemble à ſon pere, n' eſt pas pour cela legitime. L' on ne ſauroit ſur cette conjecture de declarer heritier de ſon pere. Sa mere dans des embraſſemens illegitimes a pû l' avoir engendré avec cette reſſemblance par la force de ſon imagination, car en penſant toûjours à ſon mary lorsqu' elle eſtoit entre les bras de ſon amant, elle a imprimé ſur le corps tendre de l'enfant, qu' elle concevoit alors, les traits du corps & tous les caracteres de l'ame de celuy, ſur le quel ſon imagination eſtoit fixement arreſtée. Ipſe tamen Venette poſt varias contra hanc maternæ, tam circa nævos, quam ſimilitudinem, imaginationis virtutem ſeu potentiam adductas rationes, *pag. 529.* inquit: Pour moy, je me perſuade aiſément, que les femmes ont beaucoup contribué à introduire cette opininion ſur la cauſe de la reſſemblence des enfans, à fin de couvrir des fautes, qu' elles commettent tres-ſouvent, & qu' en-ſuite des perſonnes habiles & politiques ayant conſideré, que ce ſentiment eſtoit aſſez favorable, pour le bien & pour la tranquillité de l'eſtat, ont cherché des raiſons pour l' appuyer. Mais, bien loin que l' imagination de la femme ſoit la cauſe de la reſſemblance, il eſt meſme impoſſibile, qu' elle puiſſe produire les effets, que l' on ſe perſuade &c.

§. 15. Non

§. 156.

Imaginationis vis in brutis. Non autem gravidarum ſolum imaginationem in fœtus proprios, ſed quarundam etiam feminarum in bruta tantam habere efficaciam, ſequentibus obſervationibus monſtrat Johannes Caſparus Weſtphalus *Ephem. Acad. N. C. Cent. X. App. p. 567.* inquiens: Feminam juvenculam novi, honeſtæ conditionis & feſtivi ac ludicri animi, quæ ſola cogitationum atque imaginationis directione muſcarum cædem, quam alii inſtrumento coriaceo conſueto (*einer Fliegenklatſche*) omni opera intendunt, impedire ſolet, atque ſic earum conquaſſationem per merum cachinnum & animoſitatis illuſionem nunc inhibet, nunc animando permittit. Conſul quidam Bitterfeldenſis, Chriſtophorus Poyda, mihi cognatus, ſolo cachinno omnes ſe invadentes & latrantes canes ſubito ſubmuteſcere fecit, propter firmam & a teneris annis ſibi impreſſam perſuaſionem & imaginationem. Qua occaſione retinere non poſſum uxoris meæ, nunc beate defunctæ conditionem, quæ, quoties olim per pagos, villas ac prædia, perambulabat, ſola fiducia ſeriaque impreſſione, omnium adorientium canum ſæviſſimo latratui obicem ponebat, eosque ad momentaneum ſilentium, ſummam tranquillitatem & familiaritatem cogebat, ſimul ac fimbriam perizomatis dentibus maſticare inciperet, mihi contra timidulo ac incredulo irritus ſemper fuit effectus, utut loco perizomatis aut extremæ tunicæ, aut marginem pilei, illius ſuaſu, ori admoverim ac maſticaverim; Ad latus tamen illius, nihil tale quid agens ſine ulla canum offenſione ſemper tuto procedere potui.

§. 157.

Varia adhuc de gravidarum pica & nauſea ſeu antipathia in liberos transplantata annecti poſſent, quarum tamen plurima exempla in Chyrolog. noſt. *Cap 2. a p. 12. uſque ad p. 95 & cap. 3. p. 98 ſeq.* allegavimus. v. inſuper *M. N. C. Dec. III. An. 7 & 8. Append. 125.*

SYLLABUS

SYLLABUS AUTORUM.

A.

Acta Eruditorum Lipſienſium 4. An. 1682. ſeq. Lipſiæ
medica Hafnienſia Thomæ Bartholini 4. Hafn. 1673. ſeq.
Anglicana Philoſophica Oldenburgii 4. Lipſ. 1674
Æliani, Claud. Hiſtoria animalium. vid. Oper. fol. Tiguri
Agricola, Georg. de Naturæ foſſilium
Alberti, Michaelis, Introductio in univerſam Medicinam 4. Halæ 1718
Syſtema Jurisprudentiæ medicæ 4. Halæ 1625
Albucaſis
Amati, Luſitani, Curationes medicæ fol.
ab Amelunxen, Iſibordi, Breviarium Rerum memorabilium v. M. N. C. Dec. II. An. 4. Append.
Ammanni, Pauli, Medicina Critica 4. Stadæ 1677
Irenicum Numæ Pompilii 8. Francof. Lipſ. 1689
Praxis Vulnerum lethalium 8. Lipſ. 1690
Aquapendens de Formatione Ovi, vid. Hieron. Fabric. ab Aquapendente
Opera anatomica & Phyſiologica fol. Lipſ. 1687
Ariſtotelis Opera, fol. Baſil. 1542
Augenius, Horatius, de Febribus, fol. Francof. 1605
di Aurelio, Marco, l'Horologio de' Prencipi 4. in Venetia 1589
Avicennæ Liber Canonis fol. Venet. 1544
Aulı Gellii Noctes Atticæ 8. Genev. 1621
Axtius, Joh. Conr. de Partu ſeptimeſtri 12. Jenæ 1679

B.

Bachimi, Arnold. Panſophia enchiretica 12. Norimb. 1682
Barbatus, Hier. de Sanguine & ejus ſero 12. 1667
Baricelli, Jul. Cæſ. Hortulus genialis 12. Colon. 1620
Bartholdi, Gregor. Theod. Opera medica tripartita 4. Francof. 1717
Bartholini, Caſpari, Specimen Hiſtoriæ anatomicæ 4. Hafn. 1701
de Ovariis mulierum 8. Norimb. 1679
Thomæ Acta medica Hafnienſia 4. Hafn. 1663
Ciſta medica 8. Hafn. 1662
Epiſtolæ medicæ 8. Hafn. 1662.
Hiſtoriæ anatomicæ 8. Hagæ & Hafn. 1657. 1659
de Flagrorum uſu in re medica & venerea 8. Franc. 1670

Bartholini, Thomæ, de inſolitis partus viis 8. Hafn. 1664
Bauhini, Caſp. Appendix in Roſſetum 8
de Hermaphroditorum natura 8. Oppenheimii 1614
Bauſchius, Joh. Laur. de Ætite 8 Lipſ. 1665
Bayle, Th. Diſſertationes phyſicæ 12 Hagæ 1678
Bayri, Petri, Enchiridion de medendis humani Corporis partibus 12. Frf. 1572
Behrens, Conr. Barth. de Conſtitutione Rei medicæ 8. Helmſt. 1691
Bellefontaine, Louis, dela Medicine dogmatique mechanique 12. aAmſt. 1712
Benedictus, Alexander, de Re medica fol. Baſil. 1549
Benivenius, Antonius, de abditis Morborum cauſis. vid. Dodonæi Obſervationes
Bergeri, Joh. Gothofr. Phyſiologia medica, ſeu de Natura 4. Witteberg. 1702
Beringeri, Joh. Barth. Adami, Inſtitutiones medicæ 8. Hermipol. 1708
Bibliotheca anatomica fol. Genev. 1685
Bickeri, Johann. Hermes redivivus 8. 1612
Bidloo, Anatomia fol. Amſterd. 1685
Bierlingii, Caſp. Theop. Adverſaria curioſa Jenæ 1679
Theſaurus theoretico-practicus 1690
Binningeri, Joh. Nic. Obſervationes & Curationes 8. Montbelg 1673
Bitterkraut, Joh. Chriſtoph, Klag Thranen der Arzney-Kunſt 4. Nürnb. 1686
Blancardi, Steph. Opera medico-theoretico-practica 4. Lugd. 1702
Collectanea medico-phyſica 8. Lipſ. 1690
Blaſii, Gerard. Obſervata anatomica 8. Lugd. 1674
Obſervationes medicæ 8. Amſterdami 1677
Annotationes in Veslingii Syntagma anatomicum 4. Patav. 1677
Blegny, Nicolai, Zodiacus Medico-Gallicus 4. Genev. 1680
Bohnius de Officio Medici duplici 4. Lipſ. 1704
Circulus anatomico-phyſiologicus 4. Lipſ. 1686
Exercitationes phyſiologicæ 4. Lipſ. 1688
Bonaciolus, Ludov. de fœtus formatione, vid. Sever. Pinæus de Not. Virginit. 12
Boneti, Theoph. Sepulchretum ſeu Anatomia practica fol. Genev. 1679
Medicina ſeptentrionalis fol. Genev. 1686
Mercurius compitalitius fol. Genev. 1683
Polyalthes fol. Genev. 1691
Borelli, Petri, Hiſtoriæ & Obſervationes Medico-phyſicæ 8. Franc. & Lipſ. 1676
Bourgeois, Louyſe, *Hebammenbuch 4. Oppenheim 1619*

Bravo Caſp. de Sobremonte Conſultationes 4. Colon. 1671
Brendelii, Adami, Obſervationes anatomicæ 4. Wittenb. 1716. ſeq.
Brieſſe remarquable 8
Brunonis, Jac. Panor. Lexicon medicum Caſtelli 4. Norimb. 1682

C.

Cælii Rhodig. Ludov. Lectiones antiquæ, fol. Baſil. 1550
Camerarii, Joh. Rud. Memorabilia Medicinæ 8. Tubing. 1683
Philippi, Horæ ſucciſivæ 4. Francof. 1658
Capivaccii, Hieron. Practica Medicinæ 4. Francof. 1694
Cardanus, Hieron. de ſubtilitate fol. Baſil 1694
a Caſtro, Rodericus, de Natura & Morbis Mulierum 4. Colon. 1689
Medicus politicus 4. Hamburg. 1662
Charleton, Gualterus, de Oeconomia animali
de Catameniis & fluore albo 12. Lugdun 1686
Claudini, Jul. Cæſ. Reſponſiones & Conſultationes 8. Francof. 1607
la Clef de Cabinet
Cockburn Guſt. Oeconomia Corporis animalis 12. Auguſt. 1696
Collectanea de diuturna Graviditate 24
Columbus, Realdus, de Re anatomica 8. Francof. 1593
Comitis, Nathan. Mythologia 8. Genev. 1651
Connor, Bernard. Evangelium Medici 8. Amſtelæd. 1699
Cornarii, Diomed. Obſervationes & Hiſtoriæ admirandæ 4. Lipſ. 1599
Jani, Verſio latina Hippocratis 8. Baſil. 1554
Cornelii, Thomæ, Conſentini, Progymnaſmata phyſica 12. Francof. 1665
Craan, Theod de Homine 4. Lugd. 1689
Oeconomia animalis 8. Amſterd. 1703
Cremoninus, Cæſar, de calido innato & ſemine 24. Lugd. 1634
Cypriani, Abrah. Epiſtola de Fœtu tubario exciſo 8. Lugd. 1700

D.

Dælmanns, Ægid. Praxis medica *oder Heilkunſt* 8. Franckf. 1690
a Deventer, Henr. Operationes Chirurgicæ ſive de Arte Obſtetricaria, 4.
Lugd. 1701
Deuſingii, Antonii, Vindiciæ fœtus Muſſipontani, v. J. Ben. Sinibaldi Geneanthropœia Append.
de Lacte 12. Groeningæ 1655
de Diemerbroec, Isbrand. Opera anatomico-medica fol. Ultraj. 1685
Digby, Kenelm. de Immortalitate animæ 8. Francof. 1664
de Sympathia 8. Hamburg 1684

Dionis, Petri, Anatomia Corporis humani 8. Genev. 1696
Traité des Accouchemens 8. a Paris 1724
Dodonæi, Remberti, Obſervationes 8. Colon. 1581
Dollæi, Joh. Encyclopædia médica 4. Francof. 1684
Donatus, Marcellus, de Hiſtoria medica mirabili 8. Francof. 1613
Drelincurtius, Carol de Conceptione conceptus 12. Lugdun. 1685
de Conceptione adverſaria 12. Lugdun. 1686

E.

Eiſenmengerus, Joh. Chriſtoph. de Fœtu Muſipontano. vid. Sinibaldi Geneanthrop. Append.
Ephemerides Academiæ Naturæ Curioſorum
Ettmülleri, Michaelis, Opera fol. Francof. 1695
Mich. Erneſti, Diſputatio, de Monſtro Hungarico 1718
Exercitationes Francofurtenſes Tom. I.

F.

Fabricii, Guil. Hildan. Opera fol. Francof. 1656
Ab Aquapendente de formatione Ovi. vid. Hieron. Fabricii ab Aquapend. Opera anatomica & phyſiologica fol. Lipſ. 1682
Fallopii, Gabrielis, Opera omnia fol. Francof. 1600
Fernelii, Joh. Univerſa Medicina 4. Trajecti 1656
Fidelis, Fortunatus, de Relationibus Medicorum 8. Lipſ. 1674
Foeſii, Anutii Annotationes in Hippocratem fol. Baſil. 1636
Foreſti, Petri, Obſervationes medicinales fol. Francof. 1602
Fracaſtorius, Hieron. de Sympathia & Antipathia 8. Lugd. 1654
Franciſci, Eraſmi, *luſtige Schaubühne* 8
Franci, Georgii, Annotationes in Paulum Zacch. Quæſtiones M. L. Satyræ Medicæ 8. Lipſ. 1722
Freind, Joh. Emmenologia ſeu de fluxu muliebri menſtruo 8. Roterod. & Lugd. Batav. 1711

G.

Gabelchoveri, Wolffg. Curationes & Obſervationes 8. Tubing. 1611
Gaffarelli, Jacobi, Curioſitates inauditæ 8. Hamburg. 1678
Galeni Opera, fol. Venet. 1562 ſeq.
Garmannus, Chriſt. Frid. de Miraculis mortuorum 4. Dresdæ & Lipſ. 1709
Oologia curioſa 4. Cygneæ
Epiſtolarum Centuria 8. Roſtoch. Lipſ. 1715
Diſputatio de Generat. Partus numeroſ. Lipſ. ſub Præſidio Gottf. Welſch. 1667. habita

Gaſſendi, Petri, Deſcriptio Vitæ Peireſcii
a Gehema, Jan Abrah. Obſervationes medicæ 12. Bremæ 1686
Gellii, Auli, Noctes Atticæ 8. Genev. 1621
Gerbezii, Marci, Intricatum extricatum medicum 8. Laubach. 1692
Chronolog. medico-practica 4. Francof. 1713
Geuderus, Melch. Fr. de Fermentatione & Ortu animalium 8. Amſt. 1680.
Gockelii, Everhard. Gallicinium ſeu Conſilia & Obſervat 4. Ulmæ 1700
Gœlicke Andr. Ottom. Medicina Forenſis 4. Francof. ad Viadr. 1723
Gofey de Generatione fœtus. vid. Daniel Hoffmann
Gordonii, Bernhardi, Lilium Medicinæ 8. Francof. 1617
Gorræi, Joh. Definitiones medicæ, fol. Lutet. 1564
Graaf, Regneri de, Opera omnia de Organis Virorum, mulierum, de Succo pancreatico & Clyſteribus 8. Lug. 1677
Græbneri, David. Medicina vetus reſtituta 4. Lipſ. 1678
le Grand, Anton. Hiſtoria naturalis 8. Norimb. 1678
Grœnlands Beſchreibung 4. Nürnb 1679
a *Güldenklee*, Bald. Tim. Opera omnia medico-practica 4. Lipſ. 1677

H.

Hagenbomii, Ehrenfr. Hiſtoriæ medico phyſicæ 8. Rudolphſt. 1690
du Hamel, Joh. Bapt. Hiſtoria regiæ ſcientiarum Academiæ 4. Lipſ. 1700
Harderi, Joh. Jac. Apiarium ſeu Obſervationes 4 Baſil. 1687
Prodromus phyſiologicus de Nutritione & Generatione Baſil. 1679
Hartmanni, Joh. Opera omnia fol. Francof. 1687
Harvæus, Guil. de Generatione animalium 12. Hagæ 1680
de Puerperii tempore, ibidem
ab Heer, Henrici, Obſervationes medicæ 12. Lugd. 1685
Heiſteri, Laur. Oratio de Incrementis Anatomiæ 8. Wolffenbütt. 1720
Hellwigii, Joh. Obſervationes phyſico-medicæ 4. Auguſt. 1680
van Helmont, Joh. Bapt Opera omnia fol. Lugd. 1667
Franc. Mercurii, Obſervationes circa Hominem 12. Amſt. 1682
Herfeld, G. H. de Origine morborum 8. Amſterd. 1706
Herlicius, Dav. de Purgationibus gravidarum 8. Stutgard 1626
Heurnii, Joh. Interpretatio Aphorismorum Hippocratis 12. Lugd. 1638
Hippocratis Opera Foeſii Editio Foeſii, fol. Baſil. 1536
Aphoriſmi 24
Hiſtoria Academiæ regiæ ſcientiarum Pariſienſium 1699. 1700. 8. Lipſ. 1715
Morborum Vratislaviæ A 1702. graſſantium 4. Vratisl. & Lipſ. 1710
Hœchſtetteri, Phil. Obſervationes medicinales 8. Franc. Lipſ. 1634

Hoffmannus, Conr. Phil: de Puerperii temporibus 4. Regiomont. 1723
Hoffmanni, Danielis, Annotationes in Hypotheſes Goſeyanas 8. Frf. 1719
Frid. Fundamenta Medicinæ 8. Halæ 1695
Medicinæ rationalis ſyſtematicæ Tom. I. 4. Halæ 1718
Medicina Conſultatoria 4. Halle 1722
Joh. Mauric. Idea Machinæ humanæ anatomico-phyſiologica 4. Altdorf. 1703.
Diſquiſitio Corporis humani anatomico-pathologica 4. Altdorf 1713.
Hollerii, Jac. de morborum internorum curatione 8. Pariſ. 1567.
van Horne, Joan. Opuſcula anatomico-chirurgica c. annot. Pauli 8. Lipſ 1707
Hornungii, Joh. Ciſta medica 4. Norimb. 1625
Horſtii, Gregor. Opera medica, fol. Norimb. 1660
Hucher, Joan. de Sterilitate utriusque Sexus 8. 1599

I.

Janſon, Sam. *von Erzeugung der Menſchen 8. Franckf 1700*
Jonſton, Joh. Thavmatographia naturalis 12. Antverp. 1633
le Journal des Sçavans de l'an 1665. ſeqq. 12 a Amſterd.
Joſephi, Flavii, Opera de Antiquitatibus Judaicis 8. Francof. 1617
Junckeri, Joh. Conſpectus medicinæ theoretico practicæ 4. Halæ 1718

K.

Kerckringii, Theodor. Spicilegium anatomicum 4. Amſtelod. 1670
Anthropogeniæ Ichnographia 8. 1671
Kircherus, Athanaſius, de Luce
Kœnig, Emanuelis, Regnum animale 4. Baſ. 1698
Kornmannus, Henr. de Virginitate 12. Franc. 1629
Opera curioſa 8. Francof. 1696
Kozack, Joh. Sophron. de Sale 4. Francof. 1663
Kyperi, Alberti, Anthropologia 4. Lugd. 1660

L.

Lactantii, L. Cœlii, Opera 8. Lugd. 1652
Lamzweerde, Joh. Bapt. a, Hiſtoria Molarum uteri 8. Lugd. 1686
Langii, Joh. Epiſtolæ medicinales 8. Hanov. 1605
Chriſt. Joh. Opera medica, fol. Lipſ. 1704
Laurenbergii, Petri, Acerra Philologica 8. Francof. & Lipſ. 1694
Laurentii, Andr. Hiſtoria anatomica, fol. Francof. 1601
Georg. Frid. Exercitationes in Hippocratis Aphorismos 4. Hamburg. 1647
Lemnius, Levinus, de occultis Naturæ miraculis 12. Franc. 1604

Lemnius de Complexionibus 12. Francof. 1604
Lentilii, Roſini, Miſcellanea Medico-practica 4. Ulm. 1698
Iatromnemata theoretico-practica 8. Stutg. 1712
Libavii, Andreæ, Epiſtolæ chymicæ 8. Francof. 1595
Licetus, Fortunius, de ſpontaneo viventium ortu, fol. Vicent. 1618
de Monſtris, Gallice v. Jean Palfyn Traité de Monſtres, 4. a Leyde 1708
Linſing, Petr. Ern. Inſtitutiones Medicæ 8. Erlang. 1701
Lipſii, Juſti, Commentarius in Corn. Tacitum, fol.
Lommii, Jodoci, Obſervationes medicinales 12. Fr. Lipſ. 1688

M.

Majoli, Simonis, Dies Caniculares, fol. Francof. 1642
Malpighii, Marcell. Epiſtola ad Sponium, vid. Biblioth. anatom.
Mandelsloe, Joh. Albr. v. Perſianiſche Reiſe, v. Olearii Orientaliſche Reiſe, fol. Schleswig 1647
Mappus, Marcus, de Acephalis Hiſtoria medica, 4. Argent. 1687
Matthiæ, Dan. Mennonis, Experimenta & Obſervationes, 12. Frf. 1683
Matthioli, Petr. Andr. Epiſtolæ, vid. ejusdem Opera, fol. Baſil. 1674
Mauriceau, François, Obſervations ſur la Groſſeſſe, 4. a Paris 1695
Maximus, Valerius
Mayerne, Theod. de, Praxis medica 8. Auguſt. 1691
a Meekren, Jobi, Obſervationes Medico-Chirurgicæ, 8. Amſterd. 1682
Mercurialis, Hieron. Medicina practica, fol. Francof. 1601
Prælectiones Piſanæ, fol. Venet. 1597
de Morbis Mulierum, vid. Iſr. Spacchii Gynæc.
Mercurio, di Scipione, la Commare Oriccoglitrice, 8. in Milano 1618
Michaelis, Joh. Opera medico-chirurgica, 4. Norimb. 1688
Miſcellanea Naturæ Curioſorum
Mœbii, Gothofr. Phyſiologia 4. Jenæ 1661
a Mœnichen, Henr. Obſervationes medico-chirurgicæ 12. Dresd. 1691
Montani, Arnold. *Geſandſchafft an die Kayſer von Japan, fol. Amſt. 1700*
Moroni, Matthiæ, Directorium medico-practicum 4. Franc. 1663
de la Motte de Generatione & ſuperfœtatione. vid. Heiſteri Oratio de Incrementis Anatomiæ
Mülleri, Petri, Diſputatio de Jure Prægnantium, 4. Jenæ
Munnicks, Joh. Anatomia nova, 8. Lugd. Batav. 1699
Muralt, Joh. von, Hippocrates Helveticus, 8. Baſel 1692
Anatomiſches Collegium, 8. Nürnb. 1697

Muralt, Joh. von, Vademecum ſeu Clavis Medicinæ, 12. Tigur. 1672
Muſitanus, Caro us, de Morbis Mulierum, 4. Colon. Allobrog. 1709
Muys, Joh. Praxis medico-Chirurgica, 12. Amſtelod. 1695

N.

Nenteri, Georg. Phil. Phyſiologia medica, 8. Argent. 1674
Nicolai, Joh. Georg. de Repudiis & divortiis, 4. Dresd. 1685
Nitzſchii, Frid. Journal des ſçavans ſeu Ephemerides Eruditorum, 8. Lipſ. 1671
Nova Literaria Germaniæ, 4. Hamburg. 1703
Maris Balthici, 4. 1700
Nuck, Anton. Adenographia, 8. Lugd. 1692
Nymannus, Greg. de Vita fœtus in utero, vid. Plazzon. de Partibus genitalibus 12

O.

Obſequens, Julius, de Prodigiis, 8. Baſil. 1552
Oldenburgii, Henr. Acta philoſophica, 4. Lipſ. 1674
Olorinus, Johannes de Arboribus mirabilibus, 8. Magdeb. 1616
Ortlobii, Joh. Frid. Hiſtoria Partium ſeu Phyſiologia, 4. Lipſ. 1697

P.

Pachequi, Petri, Obſervationes, vid. Riverii Obſervat. 8.
Pæonis & Pythagoræ Exercitationes anatomicæ & medicæ, 8. Baſil. 1682
Palfyn, Jean, de la deſcription anatomique des parties de la femme, 8. Leide 1708
Panaroli, Dominici, Obſervationes medicinales, 4. Harlem. 1654
Pancirollus, Guil. de Rebus memorabilibus ſeu deperditis, 4. Franc. 1660
Paræi, Ambroſ. Theſaurus Chirurgiæ, fol. Francof. 1610
Paſchalii, Petri, Methodus curandi cum Peredæ Scholiis, 8. Lugd. 1587.
Pauli Joh. Guilh. Annotationes in Hornii Opera
Pauli, Sim. Quadripartitum Botanicum, 4. Argentor. 1666
Paullini, Chriſt. Franc. Cynographia curioſa, 4. Norimb. 1685
Lagographia, 8. Auguſt. 1691
Obſervationes medicæ. 8. Lipſ. 1706
Zeitkürzende erbauliche Luſt, 8 Franckf. 1695
Philoſophiſche Luſt-Stunden, 8. Franckf. und Leipzig 1718
de Talpa, 12. Francof. & Lipſ. 1689
de Salvia, 8. Auguſtæ 1688
Pechlini, Joh. Nicol. Obſervationes phyſico medicæ, 4 Hamb. 1691
Perdulcis, Barthol. Medicina univerſa 4. Lugdun. 1649
Peredæ, Petri Pauli, Scholia in Michaelis Paſchalii Methodum curandi, 8. Lugd. 1587

Pereſcii Vita
Petermanni, Andr. Caſus medicinales 8. Lipſ. 1708. ſq.
Peyeri, Joh. Conr. Exercitationes de Glandulis Inteſtinorum 8. Amſt. 1681
Piens, Franciſcus, de Febribus 8. Noviomag. 1669
Pinæus, Joh. Severin. de Notis Virginitatis 12. Amſterd. 1663
Piſonis, Cenoli, Obſervationes & Conſilia de Morbis ferosis 8. Lugdun. 1650
Plateri, Felicis, Obſervationes. 8. Baſil. 1614
Quæſtiones ſemioticæ, it. Praxis
Plauti, Marci Accil. Comediæ 12. Witteb. 1652
Plempii, Vopiſci Fortunati, Fundamenta Medicinæ contra Primeroſium fol. Lovan 1644
Plinii Hiſtoria Mundi fol. Baſil. 1654
Portæ, Joh. Baptiſtæ, Magia naturalis 12. Amſterd. 1664
Posneri, Caſpar. Geneanthropologia fol.
a Pratis, Jaſon, de Uteris 12. Amſtelod. 1657
Primerosius, Jacob. de Vulgi Erroribus in Medicina 12. Roterod. 1668
Deſtructio Fundamentorum Plempii 4. Roterod. 1657
Purmanns, Matth. Gottfr. *Chirurgiſcher Lorbeer-Crantz 4. Halberſt. 1684*

R.

Rallius, Georg. Frid. de Generatione animalium 12. Stetin. 1669
a Reies, Caſpar. Campus Elyſius jucundarum Quæſtionum 4. Francof. 1670
Relationes Lipſienſes
Remigii, Nicolai, Dæmonolatria 4. Lugd. 1595
Rhodii, Joh. Obſervationes. vid. Petri Borelli Obſervationes.
Riedlini, Viti, Lineæ medicæ 8. Auguſtæ 1675. ſq.
Obſervationes 12. Auguſtæ 1682. it. 1696.
Millenarius Curationum medicarum 4. Ulmæ 1709
Riolani, Joh. Ars bene medendi 8. Lipſ. 1601
Anthropographia ſ. Opera omnia anatomica fol. Lutet. 1649
de Monſtro Pariſienſi. vid. Anthropogr.
Riverii, Lazari, Obſervationes medicæ 8. Hagæ 1656
Rivini, Diſputatio de Spiritu Hominis 4. Lipſiæ
Rolfincius, Guerner. de Partibus Generationi inſervientibus 4. Jenæ
Rondeletii, Gulielmi, Methodus curandorum morborum 8. Pariſ. 1574.
Roniſei, Bald. Epiſtolæ. vid. Opuſcula medica 8. Lugd. 1618
Roſſetus, Franc. de Partu Cæſareo ſ. de Exſectione fœtus vivi 8. Francof. 1601
Ruyſchii, Frid. Theſaurus anatomicus 4. Amſterd. 1701. ſq.

S.

Sachſii, Phil. Jac. Gammarologia ſ. de Cancris 8. Francof. & Lipſ. 1663
de Lapidum natura vid. Majoris Epiſtola de Cancris & Serpentibus petrefactis 8. Genæ 1664
Salmuthi, Phil. Obſervationes medicæ 4. Brunſvigæ 1648
Saltzmanni, Joh. Rudolphi, obſervata anatomica 12. Amſtelod. 1669
Sandris, Jac. de, de Sanguinis ſtatu 8. Francof. 1712
Savanarolæ, Joh. Mich. Practica oeconomica
Schenckii, Joh. Obſervationes, fol. Francof. 1665
Joh. Georg. Hiſtoria Monſtrorum 4. Francof. 1609
Schraderi, Juſti, Obſervationes & Hiſtoriæ 12. Amſterd. 1674
Schrœckii, Lucæ, Additamenta ad Joh. Helvigii Obſervationes
Schurigii, Martini, Chylologia 4. Dresdæ 1727
Sialologia ſive de Saliva 4. Dresdæ 1723
Spermatologia ſive de Semine humano 4. Francof. 1720
Muliebria ſ. de Partibus genitalibus Mulierum 4. Dresdæ & Lipſ. 1729
Parthenologia ſive de Virginitate 4. Dresdæ & Lipſ. 1729
Gynæcologia ſive de Cortu ibid. 1730
Schwenckfeld. Caſpar. Theriotrophæum Sileſiæ 4. Lignic. 1603
Scriptura Sacra
Sculteti, Joannis, Armamentarium Chirurgicum 4. Francof. 1666
Sengverdus, Arnoldus, de Oſtento Doletano 24. Amſtelodami
Sennerti, Dan. Practica 4. Wittebergæ 1654 ſq.
Sennertus de Chymicorum cum Ariſtotelicis Conſenſu & Diſſenſu 4. Franc. & Witt. 1655
Siegemundin, Juſtina, *Brandenb. Wehmutter 4 Cœlln an der Spree* 1690
Sinibaldi, Joh. Bened. Geneanthropœia ſive de Generatione Hominis 4. Francof. 1669
Snellen, Henr. Delineatio Theoriæ mechanicæ 8. Lugd. 1705
Solenandri, Reineri, Conſilia medica fol. Hanov. 1605
Solingen, Cornelii van, Embryulcia ofte Afhalinge eenes doden Vruchts 12. Graven-Haag 1673
Ampt ende Plicht der Vroedvrouwen; Manuale Operatien 4. t' Amſterd. 1684.
Solini, C. Julii, Polyhiſtor ſ. Collectanea Rerum memorabilium 8. Gothæ 1665
Spacchii, Iſrael. Gynæciorum liber fol. Argent. 1597

Sperlin-

Sperlingius, Joh. de Formatione fœtus in utero 8. Witteb. 1641
Spindleri, Pauli, Obſervationes medicinales 4. Francof. 1691
Stalpart van der Wiel, Cornelii, Obſervationes rariores 8. Lugd. 1687
Petrus, de Nutritione fœtus ibid.
Stockhammeri, Franc. Microcosmographia 12. Viennæ 1682
Strauſſius, Laur. de Fœtu Muſſipontano, vid. Sinibaldi Geneanthrop.
Svetonius
Swammerdam de Utero muliebri vid. Bibliotheca anatomica Tom. I.
Sylvii, Franc. Opera medica fol. Avenione 1680. & 4. Amſtelod. 1680

T.

de Taranta, Valeſci, Philonium pharmaceuticum & chirurgicum 4. Franc. 1688
Tauery, Danielis, Anatomia 8. Ulmæ 1694
Teichmeyeri, Herm. Frid. Inſtitutiones Medicinæ legalis vel forenſis 4. Jenæ 1723
Temnick, Joh. Philoſophia vera 8. Colon. 1706
de Tertre, Marguerite, Inſtruction de ſage-femmes 12. a Paris 1677
Tilemanni, Joh. Aphorismi Hippocratis 24
Timæus a *Güldenklee* Baldaſ. Opera medico-practica 4. Lipſ. 1677
Torreblanca, Franc. de Magia 4. Lugdun. 1678
Tulpii, Nicol. Obſervationes medicæ 8. Amſterd. 1652

U. V.

Valentini, Mich. Bernh. Novellæ medico-legales 4. Francof. 1711
Polychreſta exotica 4. Francof. 1700
Pandectæ medico-legales 4. Francof. 1701
Valerius Maximus
Vallerioſæ, Franc. Obſervationes medicinales 8. 1588
Valleſii, Franc. Controverſiæ medicæ fol. Francof. 1590
Varandei, Joh. Opera omnia fol. Lugd. 1658.
a Vega, Chriſtophori Opera fol. Lugdun. 1587
Velſchii, Georg. Hier. Sylloge Curationum Epiſagmata 4. Auguſt. 1667
Hecatoſtea duæ Obſervat. 4. Auguſt. 1675
Velthuyſius, Lambertus, de Liene & Generatione 12. Traject. 1657
Venette, Niclas de la Generation de l'Homme ou Tableau de l'amour 12. Cologne 1696.
Venus Minſiecke Gaſthuis J. V. E. 8. a Amſterd. 1687
Verduc, Jean Bapt. de l'Uſage des Parties 12. a Paris 1696
Veſalii, Andreæ, Anatomia fol. Venet. 1614
Veslingii, Joh. Syntagma anatomicum 4. Patavii 1647

Veslingii, Joh. Obſervationes anatomicæ 8. Hafniæ 1664
Viardel, Cosmus, *von der weiblichen Geburt*
Vicarii, Joh. Jac. Franc. Baſis univerſæ medicinæ 8. Ulmæ 1700.
Vives, Joh. Lud. de Chriſtianis feminis 8. Baſil.
Vlmi, Marci Ant. Phyſiologia Barbæ fol. Bonon. 1603
Vnterredung; Monath. von allerhand Hiſtorien 8. 1690

W.

Waldſchmidii, Joh. Jac. Inſtitutiones medicinæ 8. Lugd. 1689
Epiſtolæ de Rebus medicis 4. Francof. 1689
Wilh. Huld. de Superfœtatione 4.
Waldungi, Wolffg. Lagographia 4. Amberg. 1619
Warlizius, Chriſtianus de morbis biblicis 8. Witteberg. 1714
Wedelii, Georg. Wolffg. Phyſiologia medica 4. Jenæ 1682
Pathologia medico-dogmatica 4. Jenæ 1698
de morbis infantum 4. Jenæ 1706
Weinrichius, Mart. de Ortu monſtrorum 8. 1597
Whartoni, Thomæ, Adenographia ſive de Glandulis 12
Winteri, Georg. Sim. Tractatio de Re equaria *oder Stutterey* fol. Norib. 1672
Wolffii, Ido, Obſervationes Chirurgico-medicæ 4. Quedlinb. 1704
Chriſtiani *Muſeum* 4.
Wormii, Olai, Muſeum ſeu Hiſtoria Rerum naturalium fol. Lugd. 1655

Z.

Zacchiæ, Paul. Quæſtiones medico-legales fol. Francof. 1688
Zacutus, Luſitanus, de Praxi medica vid. Opera omnia fol. Lugd. 1649
Zittmanni, Joh. Frid. Medicina forenſis 4. Francof. 1706
Zwingeri, Theodori, Theatrum Praxeos medicæ 4. Baſil. 1710
Zypæi, Franc. Fundamenta medica 8. Bruxellis 1684

INDEX RERUM.

A.

Abdominis intumeſcentia an ſignum graviditatis? 380. neg. 417
in Abdominis cavitate ovula 91
Aſcites pregnans 353
Agrypnia gravidarum 512
ab Alumine ſterilitas 174
Amnios gemellorum 215
ab Amnio ſterilitas 175
Anima gemellorum coalitorum 292
per Animam conceptionem fieri 58
Animi vitia ab imaginatione 642. ratio 643
Antipathia anguillarum 429
ab Aqua ingravidatio fœtûs 450
Aura loco ſeminis in coitu 141
Aurem ſeminis per tubam aſcendere ad ovarium 23
Autoris ſententia de Embryotokia 324
de gemellorum tunicis 216
placentis 227

Auto-

Autorum variorum ſententiæ de imaginationis operatione 632
de conceptione 1. ſq.

B.

Baptiſmus gèminorum 242
coalitorum 248
Bombyx in bombyce 340
Bruta an ſuperfœtent 301
Brutorum imaginatio 627
in Brutis Embryotokia 329

C.

Calculus humanus prægnans 356
Cancer in cancro 333
Canicula prægnans 331
Canis mas lactans catulos 411
fœtem 412
Capex [illegible] lac habens 413
Capite truncatus fœtus ex matris imaginatione 633. 640. ſq.
Caryophylli proliferi 350
Caſus de ſuperfœtatione 310. 313. ſq.
Ceraſus prolifera 351
Citrum in Citro 344
Clauſura orificii uteri an ſignum graviditatis? 365
Coitus gravidarum 533
ante partum 538
Color equorum ab imaginatione 629
columbarum 630
pavonum 631
Conceptio eſt opus abſtruſum 1
quomodo fiat? 28. ſq.
per feminum commiſcelam fieri 9
vermicularis 10. 34
vetularum 116
hermaphroditica 145
ſine prævia menſtruatione 118
tempore menſtruationis 120
an a liquore vaginarum? 133
an a flagrorum uſu? 123
an ſine voluptate? 124. 128. 133
ſine penis immiſſione 131
imperforatarum abſque voluptate 133
Conceptio an integra virginitate fieri poſſit? 138
an in tubis Falloplanis? 43
an in utero? 44
in ventriculo 99
an unico coitu fiat? 139
an ſine ſemine? ibid.
ſine coitu 144
an a flatu? 148
in ſomno an detur? 136
marium & feminarum 147. ſq.
Conceptio fœtus in fœtu an ad gemellationem, an ſuperfœtationem ſit referenda? 322
Conceptionis ætas 115
locus 17
in ovario 44
ſigna 164. ſq. fallacia 166
Conceptionem an femina impedire poſſit? 169
de Conceptione variæ opiniones 1
Conceptus tubarius 84 ſeq.
Cornu in Cornu 348
Corona imperialis prolifica ſeu prægnans 350
Corpus glanduloſum 83. ſq.
Craanii ſententia de imaginationis operatione 637
Cypriani Obſervatio de fœtu 87

D.

Dæmon ſaltans ab imaginatione 628
Decollatio fœtus a matris imaginatione 633
Dens in dente 340
Dentium dolor ſignum graviditatis 430
Diarrhœa ſignum graviditatis 427
Didymotokia 154
Dobrozenski ſententia de imaginationis operatione 640
Dolæi ſententia de operatione imaginationis 635
Draconum ſpecie Ethnicorum Deos feminas iniiſſe 144
Dubia contra graviditatem 583

E.

Embryo prægnans 321. 324

Embryotokia 321
Embryotokiæ exempla 326. ſq.
in bruris 329
in canicula 331
in gliribus 332
in muribus ibid.
in mula 329
in vitulo ibid.
Epilepſia ſignum graviditatis 429
in gravidis 513
Equa ſuperfœtans 305
Equus cum facie humana 629
cum pedibus inverſis ibid.
Equorum color ex imaginatione ibid.

F.

Femina an in coitu ſemen conferat? 108
Feminæ an habeant ſemen proprium? 3. ſeq.
Feminarum conceptio 147
fraudes ratione graviditatis 357
Fimbriæ tubarum 79
Flagrorum uſus an conceptionem promoveat? 123
Flatus loco ſeminis in coitu 141
an a flatu ſine ſemine conceptio? 142
a Flatibus ingravidatio falſa 445
Flores floriferi ſeu prægnantes 347
Fluor albus cauſa ſterilitatis 173
Fœcundationis modus 54
Fœtus in ovariis 51. 83
Dolanus 94
Muſipontanus 95. 487
Toloſanus 95
extra uterum 92
in abdomine 91. a ruptura uteri 97
in inguine 98
in ventriculo 99
in fœtu 321
in ſecundinis latens 296
in utero vagiens 483
in utero diu deliteſcens 484. ſq. 487
prægnans & pariens 321
materia ex ovo 10
Fœtus an a ſemine virili? 2.
pulchri 145
quomodo parandi? ibid.
Foramen in ovario unde? 70
Fuſtigatio gravidarum 500

G.

Gallina ſuperfœtans 305
Garliep ſententia de imaginationis operatione 639
Gemellatio 184
frequens 196
quomodo differat a ſuperfœtatione 253
Gemellationis modus 188
ex binis vitellis 189
ſtaminibus ibid.
ex duobus ovulis ſibi annexis 191
ex uno vel duobus ovariis 193
ex pluribus congreſſibus 194
Gemelli quid proprie ſint? 195
cur non ſemper naſcantur? 197
in abdominis cavitate 96. 252
ab interfecta gravida editi 200. 242
a ſuſpenſa nati 200. 504
duplices 203
diverſæ magnitudinis an ſint ſuperfœtati? 217
monſtroſi 233
coaliti & ſeparati 238
in brutis 239
in mola 240
humani a vacca editi 241
peregrino ſermone loquentes 242
coaliti an unicam habeant animam? 250
coaliti an unicum habeant cor? 251
Gemellorum denominatio 184
definitio 185
cauſa ibid.
exempla 199. 206
ſigna 207. ante partum ſunt incerta 208
coalitus 233. 245

Gemellorum placentæ 212
similitudo 229
tunicæ 212
baptismus 242
coalitorum discrepantia 246
jus primogenituræ 252
Generatio a vermiculis an fiat? 10
ex ovo a quibusdam negatur 11. seq.
defenditur 16. sq.
marium & feminarum an pro lubitu fit possibili? 158
an a phantasia? 161
in Gliribus embryotokia 332
Gravida suspensa pariens 503
Gravidarum coitus 533
dieta 525
incarceratio 497
mensium fluxus 527
phantasia 542
pica 526
pœna 499
pœna differenda 500
circa fustigationem ibid.
privilegia 493
circa juramenta 494
circa torturam 498
sepultura 507
symptomata 511
Graviditas 357
simulata 360. 476
diuturna 480. seq.
duplex 509
occulta seu ignorata 470
astutia detecta 431
falsa v. Ingravidatio falsa ab ovario 463
per septem annos 96
Graviditatis signa 357
signa sunt incerta 361
a conjugum constitutione 362
ab horrore 368
a lassitudine ibid.
a lacte 379. 399. 414. seq.
a mensium suppressione 370. 386
Graviditatis signa a mulsa 375. 396
signa ab oculis 374
ab orificii interni clausura 365. 385
a siccitate partium genitalium 363. 384
a varicibus 378
ab urina 376
ab uteri intumescentia 380

H.

Harderi sententia de imaginatione gravidarum 634
Hernia uterina signum graviditatis 429
Horror an signum graviditatis? 368
ab Hydatidibus ingravidatio falsa 453. 458

I.

Imaginatio gravidarum 542. sq.
brutorum 627
quomodo operetur? 632
Imperforatas absque voluptate concipere 133
Imprægnatio vid. Graviditas.
Infans recens natus gradiens & loquens 483
Infantes lac habentes 399
Ingravidatio falsa ab aqua 450. 458
falsa a flatibus 445. 463
ab hydatidibus 453
a mola 457. 458
ab ovario 463
Ingravidationis falsæ exempla 458. sq.
in Inguine fœtus 98
Intumescentia uteri an signum graviditatis? 380
Iudicis cautela circa gravidarum pœnas 504

K.

Kircheri sententia de operatione imaginationis 632

L.

Labia leporina in porcellis 627
Lac an signum graviditatis? 379. 399
in infantibus 399
in vetulis 404
in virginibus 400

Lac in viris 406
nullum in gravida 415
Lapides prægnantes 355
Lassitudo an signum graviditatis? 368
Lentilii sententia de imaginationis operatione 638
Lepores cum rostro suillo 627
an superfœtent? 303. sq.
Lepusculi extra uterum 97
Liberorum cum parentibus similitudo 647
de Limone in Limone 341
Liquor prostatarum 6
a Liquore vaginarum an conceptio? 123

M.

Malum aurantium prægnans 344
sinense in malo sinensi 345
Marium conceptio 158
Melancholia gravidarum 511
Mensium fluxus in gravidis 527. per quas vias? 528. 529
Menses non nisi in gravidis 393
Mensium suppressio an signum graviditatis? 370. 386. 389
Menstruationis tempore Conceptio 120
sine Menstruatione prævia Conceptio 118
Mola pro gemellis superfœtatis habita 312
a Mola ingravidatio falsa 457
Monstra gemellorum coalitorum 233. 245. sq.
Morbilli in gravidis 517
Morsus canis rabidi in gravida 520
Motus in utero an signum graviditatis? 382. 420. 459
Mula in mula 329
a Mulsa an signum graviditatis? 375. 396
Muralti sententia de imaginationis operatione 639
Mures in muribus 332

N.

Nabothi ovarium 47
Nausea an signum graviditatis 373. 395
Nævi materni & varia a gravidarum imaginatione 542. 581. 633
Nævi v. g. Abdomen pertusum 604
Æthiops trium Regum 607
ani fistula 585
anseris caput 621
avellanæ 547
aranea 557
aures asininæ 581
leporinæ ibid.
brachiorum defectus 612. 615
brassica 552
canis 625
capilli varii 563
cani ibid. russi ibid.
nigri & crispi ibid.
caput anseris 621
carpionis 622
vituli 621
transfossum 599
capita coalita 608
capitis defectus 616
carnis portiuncula 601
carpionis caput 622
caryophyllum 547
cataracta 603
cerasum 544
cerebri defectus 616
chelæ cancrinæ 573
ciceres 547
cohæsio gemellorum 605
color niger penis 561
albus 561. in nigro 562
cornua 564
cranii defectus 608
crista galli 575
cutis flava 559
decedens 581
dentes ovini 590
digiti cheliformes 573
coaliti 574
racemosi ibid.
raniformes 575
digitorum defectus 612
signum 555
equi figura 557
Erynacei [illegible] modum asperitas [illegible] 577

Nævi

Nævi &c. facies horrida 605. pallida 605
ficus 547
fistula ani 585
flammeus color 554
flexibilitas mira 601
fœtus mortuus & niger 607
perforatus 604
foramen ani parvum 585
fragum 543 547
frons discissa 569
frontis tumor 566
fungus 551
gammarus 558
gangræna 583
glis 579. 625
hernia 586
hydrocephalus 592
imago Christi crucifixi 55[illegible]. 590
infans sine brachiis & pedibus 615
infantes villosi 593. 565
intestinorum prolapsus 586
labia coalita 570
leporina ibid.
labrum superius abstersum 571
lactuca 551
lardum 596
lentes 546
limax 575
macula rubra 554
sanguinea 553
malum punicum 548
mammæ magnæ 583
manus curvæ 584
manus defectus 609
menses in infante 583
morum 544
motus lascivus 600
murænula 558
mus 578
musca nigra 557
nictatio 582
obesitas stupenda 602
oculus vitulinus 580
oculi privatio 597
olus 549
ossa diffracta 617
ossis occipitis absentia 608
passulæ 550
pedes curvi 567. 584
penis & testes in fronte 558
niger in puero albo 561
[illegible] 562
Nævi &c. penis defectus 617
pes anserinus 615
pili 592
pilosa puella 563
pisa 547
piscis 579
plaga dorsi 619
pomum 548
proboscis suilla 556
loco nasi 572
præputium incisum 577
puer squamosus 589
rapa 547
ribesia 546
ronchus caninus 594
rosa 549
satyrus 624
scrotum vacuum 577
serpens 572
sertum florum 547
simiæ vultus 603
spica 549
spina dorsi bifida 591
squamosus puer 589
sternutatio 599
struma 567
tremor 592
testes in fronte 598
tumor frontis 566
in lumbis ibid.
tumores varii 567. seq.
vesica sanguinea plana 603
verbera 556
virgarum ictus ibid.
vituli caput 621
umbra 552
ungues aquilini 581
decedentes ibid.
vulnera 598
vulva intus hirsuta 605
uvula duplex 596
divisa 570
uvulæ defectus 597
Nævi an simul cum fructibus florescant? 644

O.

Obesitas stupenda a matris imaginatione 602
Occipitis ossis absentia 608
Oculus vitulinus a matris imaginatione 580
Oculi privatio [illegible] 597

ex Oculis an detur signum graviditatis? 371
Odontalgia signum graviditatis 430
Ophthalmia in gravidis 512
Orificii uteri interni clausura an signum graviditatis? 365
Ossa diffracta a matris imaginatione 617
Ostentum Dolanum 54 474
Ova in tubis 8
an a virginibus deponantur? 113
Ovarium Nabothi 47
Ovaria post coitum fœcundum mutantur 47. 49
in Ovariis fit conceptio 15. 17. seq 47 sq.
fœtus 51. 83
in Ovario foramen remanens 70
Ovariorum læsio causa sterilitatis 180
ad Ovarium quomodo semen feratur? 23. sq.
Ovuli ex ovario secessus 59. 6[illegible]. 67
Ovula in abdominis cavitate 91
Ovula per tubas descendunt 74
an ad uterum perveniant integra? 102. 104. seq.
disrumpi 102. sq.
cur non omnia simul fœtus dentur? 109
perfecta 111
subventanea 112. seq.
Ovulum an statim in coitu ad uterum perveniat? 60. negatur ibid.
quomodo ex ovario protrudatur? 63
Ovum prægnans 334
in ovo ibid.

P.

Partus gemellorum 199
in intersecta ibid.
a matre suspensa 200
quatuor liberorum 203
quinque liberorum 205
septem filiorum 206
in supersœtatione 310
Parones albi unde? 631
Penis intromissione conceptio 131
Phantasia gravidarum 542
Pica gravidarum 526
Picturæ gravidis vitandæ 540
a Pinguedine nimia sterilitas 178
[illegible] gemellorum [illegible]
Pœna gravidarum 495. sq.
Pomum aurantium 544
[illegible] prægnans ibid.
commune prægnans 345
[illegible]
Pomum sinense prægnans 345
Porcelli cum auribus leporinis 628
J. B. Portæ sententia de gravidarum imaginatione 633
in Posthumis major similitudo ibid.
Priapolithus prægnans 355
Proboscis suilla a matris impressione 556
Ptyalismus signum gravidatis 428
Puer squamosus 589
Pulchritudo quomodo fœtibus comparanda? 645
Pyrum prægnans 346

Q.

Quadrimelli 203
in Quadrimellis an unica placenta? 225. 226

R.

Rosæ floriferæ 347
Ronchus caninus a matris impressione 594
a Ruptura uteri fœtus in abdomine 97

S.

Sanguis ex bregmate stillans signum graviditatis 427
in Secundinis latens fœtus 296
Semen muliebre quid sit veteribus? 3. 6
virile an materia fœtus? 1
Seminis virilis via ad ovarium 23
aura per tubas 27
a Seminis spiritu conceptionem fieri 30
Seminis utriusque commiscela aliqualis conceditur 107
Seminis loco aura vel flatus 141
an sine semine conceptio? 139
Seminum commiscela an fiat? 2 seq.
Sennerti sententia de gravidarum imaginatione 634
Sepultura gravidarum 507
Sexus signa in utero an dentur? affirm. 434.
negatur 440
propria 444
Signa graviditatis 357
incerta 361
certa propria 427
Similitudo gemellorum 229
ejus causa 231
liberorum cum parentibus 647
Somnus meridianus signum graviditatis 428
in Somno an conceptio fieri possit? 136
Spina dorsi bifida a matris imaginatione 591
Spiritus genitalis causa conceptionis 30. sq. 35
an per tubas [illegible] 23. sq.

Spiritus an per uteri porositatem? 38
an per uteri vasa sanguinea? 36
Spiritus an a femina in coitu conferantur? 108
Squamosus puer 5 9
Steatoma uteri causa sterilitatis 177
Sterilitas ab alumine 174
ab amnio 175
a calculo 176
a fluore albo 173
ab ovariorum læsione 180
a pinguedine nimia 177
an causa divortii? 181
Sterilitatis causæ 176. 175
exempla 171
Sternutatio signum graviditatis 429
Sudor unius lateris 428
Superfœtatio 253
an detur neg. 257
affirm. 260
fit ab uno coitu 274
reiterata 290
falsa 300
in brutis an detur? 301
equæ 305
gallinæ ibid.
leporum 303
falso prætensa 315
Superfœtationis definitio 254
denominatio 256
descriptio ibid.
modus 266
exempla 278. 310. seq.
tempus 276
scelera 296
diagnosis 305
prognosis 309
suspicio 317
frequentis causa 313
de Superfœtatione casus 310. sq. 314. 317. sq.
Superfœtatorum involucra 307

T.

Tortura gravidarum 495. sq.
Trigemini 198
Trimelli 201
Trimellorum tunicæ 218
Tubæ Fallopianæ ovariis applicatæ 82. sq. 84
Tubarum usus 25
ad ovaria applicatio 14. 82
angustiæ 78
fimbriæ 79
motus 75
per Tubas semen ad ovarium ascendere 23. seq.
in Tubis an conceptio fiat? 42
Tulipa prolifera 351
Tunicæ gemellorum 212
trimellorum 218

U.

ab Urina an signum graviditatis? 376
ab Uteri ruptura fœtus in abdomine? 97
motu an signum gravidatis 388
intumescentia an? 380
in Utero an fiat conceptio? 44
Uvula duplex 598

V.

Vultus simiæ a matris imaginatione 623
Vaginarum liquor an causa conceptionis? 123
Vacca superfœtans 304
Vagitus uteri 483
Varices an signum graviditatis? 378
Variolæ in gravidis 418
Venæ sectio gravidarum 531
Vermes prægnantes 390
a Vermibus an fiat conceptio 10. 34
Vermiculi an per tubas ad ovarium ascendant? 34
Vetulæ lac habentes 404
Vetularum conceptio 188
Virgines an ova ponant? 188
lac habentes 404
Virginitas simulata 358
an Virginitate integra conceptio fiat? 198
Viri lac habentes 406
lactantes infantes 399
Vitia animi ab imaginatione 642
Vitulus in vitulo 329
sine Voluptate an conceptio fiat? 124
alii negant ibid.
alii affirmant 125

W.

Waldschmidii sententia de imaginationis operatione 642
Wedelii sententia de operatione imaginationis 636

F I N I S.

CORRIGENDA.

p. 9. l. 7. copioſiſſimas damas l. 19. tactu p. 10. l. 12. Rallus p. 11. l. 21. loco mulieri lege nauneri p 20. l. 5. maturum l. 19. ovulis p. 18. l. 19. fuerint p. 25. l. 22. reperiſſe p. 37. l. 12. conqueſt. p. 38. l. 22. ovulis p. 42. l. 15. nulla eſt lic l. 20. cui p. 43. l. 7. contractæ l. 14. dele &c. l. 15. fœcundat p. 45. l. 30. quaque verſum p. 51. l. 10. die, canem cultro p 53. l. ult. orificia p. 54. l. 17. contractione p. 56. l. 30. concipiunt l. ult. exiſtant p. 61. ult. quam p. 72. l. 16. repræſentans p. 87. l. 9. & 10. loco mihi lege inibi p. 88. l. 15. lecto p. 93. l. 29. toute p. 94. l. 15. an 1661. p. 99. l. 29. inuſitatæ l. ult. dele in p. 100. l. 2. ſolum p. 105. l. 18. aliquod p. 109. l. 26. eur à p. 114. l. 20. ſiculam p. 120. l. 9. adducta p. 123. l 17. uſui p. 140. l. 1. uteretur, ver. l. ult. varias cauſas p. 159. l. 10. debile a p. 152. l. ult. Commare p. 160. lin. antep. regles p. 162. l. 4. Utrum p. 180. l. 12. p. 234. l 4. gemelli p. 308. l. penult. Teich. l. ult. p. 313. l. penult. loco ab lege ob, p. 314. l 1. concubitu p. 315. l. 11. loco amo lege anno p. 316. l. 28. vicinis p. 342. l. 5. iſtius p. 387. l. 1. loco & lege ex p. 388. l. 8 id ipſum p. 392. l. 18. ac unq. l. 21. Epiſt. 13. l. 25. partui p. 394. l. 17. nunquam p. 397. l. 11. leg. 371. p. 400. l. 22. ſe vidiſſe in lin. antep. alita eſt p. 405. l. 20. poſt Diemerbroc adde Anatom. Lib. II. cap. 2. fol. m. 249. p. 409. l. 27. huic p 417. l. 2. excandeſcentiis l. 17. dubitabant l. 19. tactu lin. ult. talem p. 418. l. 1. tiam p. 419. l. 10. hydropico-aſcit p. 419. impregnationis ſignis p. 420. l. 17 tombe comme p. 444. l. 5. Tertre p 446 l. ult. ineſſe p. 454 l. 3 rotundæ p. 458. l. 22. dele in p. 460. l. 4. manſit p. 464. l. 14. adhuc ſequut. p 469. l 26. Slegel p. 475. l. 4. ſoupis p. 476. l. 17 ſimple l. 26 parler l. 26. derobé p. 483. l. 16. iterato p. 485. l. 29. roſatum p 487. l. 17. ſeq. hiſtoria p. 489. l. 5. abdominis p. 507. l. 21. aliquod p. 523. l. 14. patereter p. 543 l 8. imprimi p. 553. l. 20. ſanguineo p. 555. l 1. incend. p. 568. l. 16. Turco p. 570. l. 13 in margine lege Labia p 571. l. 26. pendi jubet: id ei p. 573 l. 19 magnitudine cancrum p. 575. l. 10. abundantiam p. 596. l. 16. laxatam p. 597. l. 16 infantum p. 598. l. 25. emanante p. 599. l. 26. labio p. 606. l. 8. adſtitem p. 611. l. 25. annos p 611. l. 6. alii a l. 22. hunc que l 23. ſatisfieret. p. 623. l. 19. infra p. 625. l. 15. permanſit p. 628. l. antepen. temporis p. 633. lin. 15. dele punctum p. 634. l. 2. quieſcant p. 641. l. pen. in l. ult. imago p. 646. l. 16. pepereras p. 647. l. 12 c'hanno p. 653. l. penult. velo.